Digitized by Google

4 Brit. 85 A- 2

BIBLIOTHECA

REGIA
MONACHENSIS.

Digitized by Google

<36616663090012

RERUM HIBERNICARUM.

VOL. II.

RERUM

# HIBERNICARUM

## SCRIPTORES.

### TOM. II.

COMPLECTENS

**ANNALES TIGERNACHI,**

*Ex Codice Bodleiano, Rawlinson, No. 488,*

**ANNALES INISFALENSES,**

*Ex duobus Codicibus, Dubliniense et Bodleiano,*

ITEMQUE

**ANNALES BUELLIANOS,**

*Ex Codice Cottoniano, Titus A. xxv.*

NUNC PRIMUM EDIDIT C. O'CONOR, D.D.

*Ordior audaci, tenebrosa per æquora, velo*
*Cimmerium textare adytum: Submersaque lethis*
*Sistere de barathro luci. Da Maxime rerum*
*Conditor, ut fugiens syrtes, scopulosque latentes,*
*Fælici inveniam quæsitos littore portus.*

*BUCKINGHAMIÆ,*
EXCUDIT J. SEELEY,
PROSTANT LONDINI APUD T. PAYNE, IN VICO DICTO PALL-MALL.

1825.



**Clarissimo Viro,**

*Bonarum Artium ac Literarum fautori eximio,*

**RICHARDO DUCI DE BUCKINGHAM ET CHANDOS,**

NOBILISSIMI ORDINIS MILITARIS,

A SUBLIGACULO CRURIS, GARTERII NOMINE APPELLATI, SOCIO,

*&c. &c. &c.*

OPUS HOC,

IPSO HUMANITER PERMITTENTE,

*D.D.D.*

UT OBSERVANTIÆ, ATQUE GRATI ANIMI MEI

TESTIMONIUM PERENNE RELINQUEREM,

ET PUBLICO SIMUL, AC PRIVATO AMICORUM

DESIDERIO INDULGEREM,

C. O'CONOR.

*Ex Bibliotheca Stowense,*
*Pridie Kal. April.*
*Anno Salutis* M.DCCCXXIV.

# SAMUELIS JOHNSONI

## AD OPUS HOC SUSCIPIENDUM

### ADHORTATIO. (1)

SIR,

I have lately, by the favor of Mr. Faulkner, seen your account of Ireland, and cannot forbear to solicit a prosecution of your design. Sir WILLIAM TEMPLE complains that Ireland is less known than any other country, as to its ancient state. The natives have had little leisure, and little encouragement for enquiry; and strangers not knowing the language, have had no ability.

I have long wished that the Irish literature were cultivated. Ireland is known by tradition to have been once the seat of piety and learning; and surely it would be very acceptable to all those who are curious either in the original of nations, or the affinities of languages, to be further informed of the revolutions of a people so ancient, and once so illustrious.

What relation there is between the Welch and Irish languages, or between the language of Ireland and that of Biscay, deserves enquiry. Of these provincial and unextended tongues, it seldom happens that more than one are understood by any one man; and therefore it seldom happens that a fair comparison can be made. I hope you will continue to cultivate this kind of learning, which has lain too long neglected; and which, if it be suffered to remain in oblivion for another century, may perhaps never be retrieved. As I wish well to all useful undertakings, I would not forbear to let you know how much you deserve, in my opinion, from all lovers of study, and how much pleasure your work has given to, Sir,

Your most obliged,
and most humble Servant,
SAM: JOHNSON.

*London, April 9th, 1755.*

*To Charles O'Conor, Esq.*

Vide Boswell's Life of Johnson, 4to edit. vol. 1, p. 177.

---

SIR,

Having had the pleasure of conversing with Dr. Campbell about your character and your literary undertaking, I am resolved to gratify myself by renewing a correspondence, which began and ended a great while ago, and ended I am afraid by my fault; a fault which if you have not forgotten it, you must now forgive.

If I have ever disappointed you, give me leave to tell you that you have likewise disappointed me. I expected great discoveries in Irish antiquity, and large publications in the Irish language, but the world still remains as it was, doubtful and ignorant.

What the Irish language is in itself, and to what languages it has affinity, are very interesting questions, which every man wishes to see resolved, that has any philological or historical curiosity. Dr. Leland begins his History too late: the ages which deserve an exact enquiry are those times (for such there were) when Ireland was the School of the West, the quiet habitation of sanctity and literature. If you could give a history, though imperfect, of the Irish nation, from its conversion to christianity *to the invasion from England*, you would amplify knowledge with new views, and new objects. Set about it, therefore, if you can: do what you can easily do without anxious exactness. Lay the foundation, and leave the superstructure to posterity.

I am, SIR,
Your most humble Servant,
SAM: JOHNSON.

*May 19th, 1777.*

*To Charles O'Conor, Esq.*

Vide Boswell's Life of Johnson, 4to edit. vol. 2, p. 118.

---

(1) This work has been executed at the expence of His Grace the Duke of Buckingham and Chandos.

# TIGERNACHI

## ABBATIS CLUANENSIS,

DEFUNCTI ANNO 1088,

# ANNALES HIBERNICI,

NUNC PRIMUM

E LINGUA VETERE HIBERNICA TRANSLATI, ET NOTIS ILLUSTRATI,

STUDIO ET OPERA

REV. DOMINI CAROLI O'CONOR, S.T.D.

---

"*Nemo sibi blandiatur de auctoritate veterum, quibus etsi fabulæ displicuerunt, non tamen habebant unde falsitatem*
"*earum coarguere possent. Sed, nostra ætate, crebrescentibus literarum monumentis, inexcusabilis torpor est, in*
"*fabulis scientes prudentesque permanere.*" Cranz. l. 2, Metrop. 9.

---

# CODICUM DESCRIPTIONES.

---

## CODEX PRIMUS.—*Rawlinsonianus*, 502.

CODEX hic antiquissimus est extantium—Membranaceus—in folio minori, et sæculo, ut videtur, 12mo, saltem quoad eam partem quæ *Tigernachi* fragmentum continet, exaratus. (1)—Incipit ab *Elencho*, manu J. Waræi, his verbis, descripto.

" 1. Annales ab Urbe condita usque ad initium Imperii Antonini Pii. fol. 1.—Excerpta " quædam ex Archivis Saccarii Dublinii, in Officio Rememoratoris Regii. fol. 13.—Miscellanea " de rebus Hibernicis, collecta per Oengusium *Celide*, sive *Colideum*, vulgo *Psalter-narran*. " fol. 19.—Excerpta ex Rotulis Patentibus et clausis, asservatis in Turre Birminghamiana, " intra Castrum Dublin. fol. 90.—Processio de electione Archiepiscopi Dubliniensis, per Pri- " orem et Conventum Ecclesiæ S. Trinitatis Dublin. et *Decanum et Capitulum* Ecclesiæ S. " Trinitatis Dublin. post *Gulielmi de Hotham*, Archiepiscopi, obitum, anno 1298. fol. 98.— " Exemplaria Chirographorum Episcoporum Leghlinensium, de Possessionibus et Libertatibus " Burgensium Leghlinæ." fol. 102.

Elenchus is, plane indicat Waræum ignorasse, primam hujus Codicis partem, quam "*Annales ab Urbe condita*" appellat, fragmentum esse Annalium Tigernachi.

Desunt in initio Codicis folia plura, procul dubio membranacea; prima enim quæ extant membranacea sunt, eaque sola Tigernachi fragmentum continent, in initio et in fine mutilatum. Characteres hujus primæ partis sunt Hibernici, minusculi, rotundiores, et elegantiores quam Hibernici sæculorum sequentium, et ad Characteres Codicis Hibernici Harleiani IV Evangeliorum, anni 1138, valde accedunt, ita ut eodem sæculo utrumque Codicem exaratum fuisse, non sine rationibus validis conjiciendum sit.—Folia porro quæ Fragmentum hoc complectuntur, non plura sunt quam

---

(1) Chronicon Scotor. MS. in Collegio Dublin. H. 15. hæc habet ad ann. 1088. "*Tigernach h. Brain do Sil* " *Muiredh. Comarba Ciarainn Cluana-mc-nois 7 Comain q.*" i. e. " Tigernachus O Brain, de Clientela *Muredachi*, " nempe de familia O'Conor, Connaciæ, Successor S. Ciarani Abbatis de Cluanmacnois, et S. Comani (de " Roscoman) quievit."—Eadem habent ad eundem annum Annales Ultonienses, et IV Magistrorum, item Inisfalenses, Waræus, et Usserius.

*duodecim.* Incipiunt a verbis "*esse fertur, quem multo ante tempore regnasse præscripsimus,*" et desinunt in Imperio Antonini Pii.

*Ejusdem Codicis descriptio ex Catalogo Tenesoniano.*

Fol. 1.—" Annales ab urbe condita (1) usque ad initium Imperii Antonini Pii, charactere " Hibernico, sed lingua Latina. (2)—Fol. 13. Excerpta ex Archivis Regiis, in officio Rememo- " ratoris.—Fol. 19. Miscellanea de rebus Hibernicis metrice, lingua partim Latina, partim " Hibernica, collecta per *Aengusium O'Celede*, forte Colideum; hic liber *Psalter Naran* appel- " latur. Continet præterea alia multa, et versibus et soluta oratione, Genealogias Sanctorum " Hiberniæ; item Catalogum Regum Hiberniæ ab Herimone, usque ad Brianum filium Cinedi, " cognomento *Boruma*, sive *Boro*, qui a Danis Dubliniensibus die Aprilis 22, A.D. 1014, ætatis " suæ anno 74, occisus est.—Item antiquam Hiberniæ Divisionem, et excerpta quædam ex " antiquissimo illo Codice, vulgo "*Psalter Cassel*" appellato, quod a Cormaco, Culenani filio, " Rege et Episcopo Casseliense, sub anno 901, scriptum ferunt.—Huc usque in Membr. " Reliqua in Charta, collecta ex Archivis Regiis in Turri Berminghamiana conservatis.

Fol. 90. " Processio de electione Archiepiscopi Dublin. per Priorem et Conventum Ecclesiæ " S. Trinitatis Dublin, et Decanum et Capitulum Ecclesiæ S. Patricii Dublin, post mortem " Gulielmi de Hotham Archiepiscopi, anno 1298.—Fol. 98. Exemplaria Chirographorum Episco- " por. Leighlinensium de possessionibus et libertatibus Burgensium Leighlinæ."

---

## CODEX SECUNDUS.—*Rawlinsonianus*, 488.

Codex est Membranaceus, qui Tigernachi Annales, ab Alexandri Magni obitu, continet, usque ad annum 1088, et *Continuatoris* ejusdem Annales, usque ad ann. 1178. Una eademque manu, et characteribus Hibernicis, descriptus est.—Totius Elenchum, J. Waræi manu exaratum, et Codici præpositum, hic describendum putavi.

" 1. Annales Tigernachi (Erenachi, ut opinor, Clonmacnoisensis) usque ad annum Salutis " 1088, quo obiit, a folio 1.—Continuatio Tigernachi usque ad annum 1178, a folio 20.—Frag- " mentum Annalium cujusdam Anonymi, a folio 30.—Fragmentum Annalium Prioratus Insulæ " Sanctorum, in Shenano fluvio, ab anno 1392, usque ad annum 1407, a folio 34.—Annales " Ecclesiæ, ut videtur, B. Mariæ Virginis, Pontanæ, ab anno 1488, usque ad annum 1501, a folio 40. " Severall Memorials of Edward Staples, some time Bishop of Meath, given to me by Ant. " Martin, Bishop of the same, a folio 42.—" Severall Memoires of Sir Henry Sidney, some

---

(1) Nescivit ab initio rerum deductum esse Tigernachi Chronicon; et cum prima folia desint, putavit ab Urbe condita incipere, unde folium quod nunc primum est, initium ducit.

(2) Prima folia Tigernachi utplurimum Latine scripta sunt, quia Historiam universalem respiciunt.

"time Lord Deputy in Ireland, a folio 44.—George Gage, his narrative of his Agency in "Rome, annis 1621, 22, et 23, a folio 49.—T. Bramhall, Bishop of Derry, his Letter to A. B. "James Usher, touching Popish Emissaries in Puritanical dresses, during the late King's "tribulations, a folio 52.—Sir William Boswell's Letter to William Laud late Arshbishop of "Canterbury, formerly with Primate Usher. The original with Sir Robert Cotton's choice "papers," fol. 53.

### *Notanda de hoc Waræi Elencho.*

Hæc sunt quæ, manu propria, huic Codici, pro Contentorum *Elencho* præposuit Waræus. Plura autem notanda sunt in quibus erravit.—Imprimis enim folium quod *vigesimum* enumerat, ubi Tigernachi Continuationem incipere ait, est revera Codicis, prout nunc extat, decimumnonum. (1) 2do. Folium quod 30*mum* numerat, ubi incipere inquit Fragmentum Annalium Anonymi, est 29*num*. Incipiunt porro Annales isti Anonymi ab anno Domini 1238, et desinunt in anno 1314, fol. 28. b. (2) et omnia desunt ab anno 1249 ad annum 1306, quod Waræum effugit.

Præterea, in fragmento quod sequitur, Annalium nempe Prioratus *Insulæ Sanctorum*, desunt nonnulla ab anno 1398 ad ann. 1401, et omnia quæ sequuntur a folio 40 Chartacea sunt, et characteribus Latinis descripta, partim Anglice partim Latine.—Hunc Codicem longe accuratius descriptum invenio, idque a Waræo ipso, in suorum Codicum Manuscriptorum Catalogo rarissimo, edito Dublinii anno 1648, 8vo. p. 4, his verbis—

"No. III. Liber meus MS. *(nempe Codex hic Tigernachi)* caret principio, et incipit a morte "Alexandri magni. Continuavit ejus *(Tigernachi)* Annales aliquis Anonymus, usque ad annum "1178, sed quamdiu postea me latet, nam cætera desunt in Libro meo."

"Tertia pars continet Fragmentum Annalium cujusdam Anonymi Connatiensis ab anno 1238 "usque ad an. 1314. (3)—Quarta Fragmentum Annalium Prioratus Insulæ omnium Sanctorum, in "Shenano fluvio, ab anno 1392, usque ad annum 1407. Horum partem aliquam scripsit *Augus-* "*tinus Magraidin*, illius Cœnobii Canonicus Augustinianus, qui obiit anno 1405,—in Membr.— "Accesserunt collectanea recentia de Rebus Hibernicis in fol. Chart."—Hæc Waræus.

Ex his patet errasse virum doctum Thomam Astle, qui, in Opere *De Origine Scribendi*, Specimen hujus Codicis, ex ultimo anno prædicto 1407 desumptum, edidit, ut Tigernachi hoc Exemplar eo anno exaratum fuisse, vel exinde indicaret. (4) Cum tamen neque Tigernachi opus

---

(1) Continuatio ista incipit a folio 19, col. 2, lin. 6. Waræus folium *unum* tantum in initio deesse putavit, quamvis plura desiderentur, tam in initio, quam in fine.

(2) Folium 28 numeratur Cifris 31. sed duo chartacea, numerata 28 et 29, vacua sunt, nec numerari debent, utpote ad Codicem membranaceum non spectantia.

(3) Recte. Sed non animadvertit deesse omnia ab anno 1249 ad 1306.

(4) "No. 15, in the same plate is taken from the *Annales Tigernachi*, amongst the Clarendon MSS. at "Oxford, No. 3. *which annals end in* 1407. This Specimen is supposed to have been written about that year." Origin of writing, fol. ed. pag. 136.—In pluribus errat. Inter alia putat se specimina exhibere Codicis Tigernachi No. 488, dum revera specimina exhibet "*Annalium Prioratus Insulæ Sanctorum*," diversa manu, ad calcem Tigernachiani Codicis, appositorum; neque accurate edidit ea ipsa, cum verba ab eo depicta, aliter legantur in Codice sic—"*Kl. En. m.cccc.vii. u. dc. at. Donca mor G. dith for ceitrib isi bli si.* Concobar Mac Diarmada *hi Ceallaid said an* "*rig Matamhna h. Nectain demarb, la a claid m. cogain a fill Cathal fearadhach*," &c.

sit, unde Specimen istud descripsit, neque iisdem Characteribus exaratum, quibus prima folia, quæ Tigernachi Annales conservant, sed Fragmentum recentius Annalium *Augustini Magraidin*, cum additamentis usque ad 1407.

### *Notitia ejusdem Codicis.—Ex Catalogo Librorum MS.torum in Bibliotheca Tenesoniana, No. 3.*

" Annales *Tigernachi* (Erenachi, ut opinatur Waræus, Clonmacnoisensis, ut in Annal. Ult. ann. " 1088,) mutili in initio. Auctor Historiam Universalem attingit, usque ad adventum S. Patricii, " Inde vero Res Hibernicas ad annum 1088, quo obiit, describit.—Post annum 1178 nonnulla " desunt, usque ad annum 1235, (*lege* 1238, ut in ipso Codice, fol. 27, quod Cifris, in summo " margine, erronee numeratur 30.) Post annum 1314, deficit idem Chronicon fere ad annum " 1393. (Notare debuit deesse folia quædam post 27m. ab anno 1249 ad ann. 1300.) Reliqua " sequuntur usque ad annum 1404. Liber charactere et lingua Hibernicis scriptus. Annales " Tigernachi isti pergunt ad annum Salutis 1088, quo obiit. Quæ sequuntur, a pag. 20 usque " ad 30, (lege a folio membranaceo 19 ad fol. membr. 26 inclusive) & ann. 1178, per alium aliquem " continuantur. (1)—Ad paginam 30, (*lege ad fol. membr.* 27, *quod erronee numeratur pag.* 30,) " incipit fragmentum Annalium cujusdam Connatiensis, ab anno 1238 ad an. 1314.

" Quæ sequuntur a pag. 34, *(lege a folio membranaceo* 29, *quod perperam numeratur* 34*)* con- " tinent fragmentum Annalium Prioratus Insulæ Sanctorum in Shenano fluvio, ab anno 1392 ad " annum 1047, (*lege* 1407, *ut in fine folii membranacei* 31.*)*—Horum partem aliquam scripsit " *Augustinus Magraidin*, illius Cænobii Canonicus Augustinianus, qui obiit anno 1405.—Huc " usque Membran.—Quæ sequuntur sunt in Charta descripta.

" Sequuntur ad pag. 40. *(i.e. ad pag. Chartaceum, quæ erronee numeris Arabicis* 40 *designatur,)* " Excerpta ex Annalibus Pontanensibus, ab anno 1388 usque ad ann. 1501. Memorial of Edward " Staples B. of Meath,—from page 42 to p. 44." (2)

### *Notanda de hoc Elencho Tenesoniano.*

Hæc sunt quæ de hoc Codice annotata invenio in Catalogo Tenesoniano, in quo, præter erroneam foliorum enumerationem, illud etiam notandum, Catalogi Scriptorem non animadvertisse, extare ad calcem prædictorum Annalium Pontanensium, folio erronee notato Cifris 41, b, " *Inquisitionem de Roscree, ex Bundello Escaetorum* de anno Regis Henrici 3tii, 28vo, descriptam " die 6 Maii anno 1618." Charta etiam, cujus titulum ita exhibet, " *Memorial of Edward Staples,*" &c. est tamen revera, ut in ipso Codice, his verbis designata, " Memorandum of Anthony Martin

---

(1) Folium Membranaceum 27m. Codicis, perperam hic numeratur 30m. ubi Tigernachi opus desinit, et Annales Continuatoris incipiunt. Neque animadvertit hujus Catalogi Scriptor, deesse folia nonnulla post 27m. prædictum, ab anno nempe 1249 ad annum 1300.

(2) In fine primæ paginæ Chartaceæ, quæ erronee designatur 44, hæc leguntur. " 1544. The King, to keepe " Ireland quiet, and secure from Rebellion, sent severall of the Irish, and employed them to the siege of " Boullogne, provideing shipping, victualls, armes, and munition for them."

" Bishop of Meath, touching Paul the third's granting Ireland to O'Neal and the other Irish " petty Kings, taken out of Edward Staple's Memorials,"—in margine, " given to me, Sir J.Ware, " March 26, 1648."

Ignoraverunt præterea Auctor prædictus, et Waræus, omnia desiderari in hoc codice, ab anno 766 usque ad annum 973, et folium quod falso designatur 17mum, esse revera Codicis, prout nunc extat, 15tum, desinens in anno 766; neque perspexerunt folium huic proximum, incipere a terminatione rerum gestarum anni 973, cujus anni non pluræ extant quam sex lineæ, quibus expletis, incipit annus 974, ab obitu *Edgari* Regis Saxonum, et *Cennethi O'Artegan* Archipoetæ Hiberniæ.

Ex his omnibus patet, plura desiderari in hoc Codice, quæ nec ope primi Codicis, nec ope sequentium supplenda sunt; et Auctorem Operis *De Origine Scribendi*, ignorasse, plura in eo contineri opuscula recentiora, quæ Tigernacho minime adscribenda sunt; itemque characteres quorum specimen exhibet, non solum non haberi in Tigernachi Annalibus, sed neque in Annalibus Continuatoris Tigernachi, cujus continuatio desinit in hoc Codice ad annum 1178, quo Rex erat Connaciæ *Concobarus Moinmoy O'Conor*, uti narrat Continuator iste in Codicis folio 17mo, prout nunc extat, Columna 4ta. ad finem.

## *Characteres Codicis, No.* 488.

Discrimen inter Characteres foliorum qui Tigernachi Opus comprehendunt, eosque quos Auctor prædictus adducit, omnium intuentium oculis, si modo caute inspexerint, manifeste patebit. Characteres utriusque Operis sunt certe Hibernici, non tamen eadem elegantia nitent ii quos edidit vir doctus, ac ii primæ vel 2dæ partis, quos penitus omisit; non eadem manu scripti sunt; non eodem modo scribuntur Literæ initiales; neque pergamena eadem est; sed longe inferioris speciei, a Columna 64ta usque ad finem. Plurima etiam discrimina notanda sunt, in forma rudiore literarum partis istius, unde specimen suum adduxit, itemque in Abbreviationibus.

Nulla est vel in Annalibus Tigernachi, vel in Continuatoris ejusdem Fragmento, Cifra Arabica.—Atqui Cifræ istæ, a sæculo 13tio frequenter in Anglia usurpatæ, (1) extant in Anglo-Hibernorum Literis, a Sæculo 14to, et frequenter usurpantur in Codicibus Hibernicis ab eodem Sæculo, ut in Codice Bodleiano Annalium Ultoniæ. In hoc autem Codice nullibi extant, quamvis pateat, ex abbreviationibus fere innumeris syllabarum, Amanuensem eas Cifras, quibus brevitati consuluisset, potius quam Romanam methodum usurpaturum.

Non raro quidem in hoc Codice invenio characterem 7, quæ videtur esse Cifra numeri *Septimi* indicativa. At nusquam pro numero isto usurpatur, sed tantum pro Syllaba *et*. Cifra quæ numerum *Septimum* indicat, in omnibus Codicibus Hibernicis in quibus usurpatur, non est 7 sed /\ ut in prædictis Annalibus Ultoniensibus, et abbreviatio ista 7 pro *et*, communiter in usu fuit longe ante Sæculum 12mum. Imo vero Mabillonius asserit hunc scribendi morem in usu fuisse in Europa, usque ad Sæculum istum, et *tum demum desuevisse*, eo ipso tempore quo aliqui, rerum antiquarum ignari, inchoasse arbitrati sunt.

---

(1) Vide Wallisii Dissert. in " The Philosoph. Transact." et Wallis's Algebra, Oxon, 1685.

Deest etiam in hoc Codice Litera angularis *V*, neque usquam scribitur duplicitur *uu*, vel *w*, neque ullibi invenitur vel litera *y*, vel *i* cum puncto supraposito; neque ullibi extat nota admirationis, vel interrogationis, vel ulla alia scribendi forma, quæ ab Anglorum adventu, in Hibernicam scribendi methodum post Sæculum xiv. profluxit.

Prima itaque Codicis folia, quæ Tigernachi Annales et Continuationem continent, usque ad annum 1178, ante Sæculum 14tum descripta fuisse, minime dubitandum censeo, cum omnes Codices Hibernici, a medio Sæculo 14to descripti, quædam habeant Anglis communia, quæ in his foliis minime reperiuntur.

Qui plura de hoc Codice desiderat, plura inveniet in Prolegomenis a pagina x ad pag. xxiv, a pag. xlvii, ad pag. liii, et a pag. clxiv ad clxxix.

---

## CODEX TERTIUS.—*Dubliniensis*, H. 15.

Codex est chartaceus, in quarto majori, foliorum 221, characteribus Hibernicis, et Sermone partim Hibernico partim Latino, sed præcipue Hibernico.

FOLIUM 1.

Duas tantum lineas, Avi mei CAROLI O'CONOR, manu exaratas, exhibet, his verbis— "*Mo ched radharc ar an leabhar so an tos.madh la' decc do mhis na Samhna* 1774, 7 *mo bhuidhe* "*don Ughdar oirdherc Major Bhelansa, ro thug a iasas. damh.—Cathal ua Concabhar*," quæ sic verbatim expono.—Mea prima inspectio in librum hunc incidit in octavum diem (et) decimum mensis *Samnii*, i. e. Novembris, 1774, (1) et gratias reddo Auctori illustri, Præfecto Militum, Vallanceo, qui ejus usum mihi commodo præstitit.

CATHAL O'CONOR.

FOL. 3.

Vacua sunt folia quæ primum sequuntur, usque ad folium tertium, quod *Elenchum* exhibet breve Contentorum, manu recentiore descriptum, et in pluribus mancum, ut ex sequentibus patebit. Placuit enim diligentius inquirere, et, singula folia sigillatim pervolvendo, omnium Indicem sequenti ordine breviter exhibere.

FOL. 4.

Desunt quædam, huic folio præponenda. Incipit enim, non ab initio, sed a fine Carminis Hibernici in laudem cujusdam e familia Geraldinorum, cujus ultima tantum disticha exhibentur, manu eadem scripta, qua *Historia Geraldina* quæ sequitur, usque ad folium 112, manu nempe *Andrei Mac Crutin*, (2) qui cum ea omnia fere, quæ in hoc carmine continentur, vel falsa, vel inania, ac supra modum amplificata videret, hæc in margine apposuit "*mas b'ag ni domhsa is b'ag e*," i. e. si mendacium hoc est, non mihi tribuendum est.

---

(1) De Deo *Samnio* veterum Hibernorum, vide Prolegomena nostra ad Annales Hibernicos. pag. lix.

(2) Non *Mac Curtin*, ut in Elencho, huic Codici præposito, folio 3, sed *M'Crutin* qui floruit ab anno 1721, ut postea patebit, et fuit Geraldinorum Momoniæ, *jure Hæreditario*, Archipoeta, sive Historicus.

FOL. 4. *b.*

Incipit hæc pagina a titulo "*Blog do Sencas Sil m Briain son.*" i. e. "Pars Historiæ familiæ "O'Brianorum hic."—Hæc autem non solum *genealogica* sunt, verum et *chronologico* ordine exhibentur; et Comitum O'Brianorum annos indicant, a Sæculo xi ad annum 1608. Anni quadrant cum Annalibus Hibernicis, usque ad ann. 1119. Cætera O'Brianorum Genealogis emendanda committo.———Titulo, ut supra, præposito, Auctor ita prosequitur.—

"*O'Brianorum Chronologia ex Codice isto.*"

Bliaghain teasdaigh do dha ched 7 cuig mhile o cruthug. an domhain go tes. Criosda.

Pattraice do seanamoir an creidamh an Erinn—Anno Mundi.

Eag Pattraice ann sa mbliaghain daois Criosd.

Laogaire mc Neill naoighiall. ba h Ardri ar Erinn ar ttes. Pattraice, 7 Carthan fionn mc Blaid mic Cais ba Ri Tuadhmumhan.

O gein Criosd airemh ait—
Cheithre chead ar chaom nochad
Teora bliaghan fair iar sin,—
Go bas Pattraice p.omhapstail.

O bhas Phattraice go bas Briain Bhoroimhe naoi mbliaghna deag agus 3 chead (*)—unde Poeta.

Ceithre bliaghna for tri-deich, (†)
Iar ccur mhileuadh (‡) for leith,

*Chronologiæ istius versio ad Literam.*

Annus unus deest e 200 et 5000 a creato mundo ad adventum Christi .. 5199

Patricius venit ad prædicandam fidem in Hibernia,—anno Mundi ....... 5631

Obiit Patricius anno æræ Christianæ 493

*Laogarius* filius Nialli Novi-obsidum fuit Supremus Rex supra Hiberniam tempore adventus S. Patricii, et *Carthannus* Albus filius Bladi, filii Cassi, (1) fuit Rex Momoniæ Septentrionalis (i. e. Thomoniæ)—Vetus Poeta inquit ......

A nato Christo numerantur—
Quadringinti anni supra Salutiferos nonaginta,
Tres annos numera post istos,—
Usque ad obitum Patricii primi Apostoli. (2)

Ad obitu Patricii ad obitum Briani Boromei, novem anni decem et quingenti; uti cecinit Poeta— .............. 519

Quatuor annos numera cum uno decennio,
Postea subjunge istis mille cum dimidio,

(*) Lege 5 *chead.* Etsi enim aliud exemplar MS. Dubliniense H. 4 habeat *tri chead*, omnium tamen Annalium consensu prælium Cloontarfense, in quo Brianus occubuit, gestum est anno Æræ Com. 1014. unde inter Patricii obitum et Briani, anni intercedunt 521. Hic porro auctor æram com. duobus annis prævertit.

(†) "*for aon deith*" Codex prædictus H. 4, et recte, ut ex versione patebit.

(‡) "*mhileuaigh*" ibid.—idioma Momoniæ est, non Connaciæ.

(1) Ab hoc Rege Thomonii Hibernice *Dal-Cassii* appellantur usque in hodiernum diem.

(2) Vetustos hoc versus, eodem modo adduxit Tigernachus in Annalibus, scriptis ante annum 1088, itemque IV Magistri, ita ut de eorum antiquitate minime ambigendum sit.

| | | |
|---|---|---|
| O gin Criosd ni radh breige,—<br>Go bás Bhriain mic Cinneide. | A nato Christo, non numeratio falsa—<br>Ad obitum Briani filii Cennedei. (1) | 1014 |
| Se bliaghna fithiod (§) o bhás Bhriain Bhoroimhe go dul do Donnch. mc Briain dia Oilithre don Roimh.—A. c. | Septem anni (et) bis viginti ab obitu Briani Boromei, usque ad discessum Donnchadi filii Briani in peregrinationem Romam. (2) .................. | |
| As sin go bás Toirrdealb. mc Taidhg mc Briain Boroimhe tri bliaghna deag ar fithchid, 7 ba ri Eireann an Toirdhealbh. sin. | Inde ad obitum Tordelbachi filii Thadæi, filii Briani Boromei, tres anni (et) decem supra viginti, et fuit rex totius Hiberniæ Tordelbachus iste. (3) .... | 33 |
| O bhás Toirdhealbh. go bás Muirchertaic mhoir tri. bl.na deag ar fithchidh. | Ab obitu Tordelbachi ad obitum Mucertachi Magni tres anni decem supra viginti. 1119. (4) ............... | 33 |
| O bhás Muirceartaicc moir go bás Domhnaill mhoir Ri letha Modha se bl. na 7 tri fithchid. | Ab obitu Mucertachi Magni ad obitum Donaldi Magni, Regis Dimidii *Moghæ*, (i. e. dimidii Australis totius Hiberniæ) sex anni (et) ter viginti. 1155. (5) .... | 36 |
| O bhás Domhnaill mhoir go bás Donncha Cairbricc cuig bl.na fithchiod. | Ab obitu Donaldi Magni ad obitum Donnchadi *Carbrechensis*, viginti quinque anni. (6) ......... ..... ...... | 25 |
| O bás Donnch. Cairbricc go bás Conchubhair na Siudaine ocht bl. deag ar fhithidh. | Ab obitu Donnchadi *Carbrechensis* ad obitum Concobari *Margaritarum*, anni triginta octo. (7) ................ | 38 |
| O bás Conchubhair na S. go bás Briain Ruaidh mc Concubhair na S. ceithre bl. fithead.—Do bhi an Brian sa naoi mbl. na deag attiaigernus Tuamumhain. | Ab obitu Concobari ad obitum Briani Rufi, filii Concobari *Margaritarum*, anni sunt viginti quatuor—Fuit Brianus hic annis 19, in Regimine Thomoniæ. (8) | 24 |

(§) "*Secht mbl. 7 da fithid*" ibidem, i. e. "Septem anni et bis viginti"—Anni autem 47 anno 1014 adjuncti efficiunt annum 1061: Atqui Donnchadus Romæ obiit, anno æræ com. 1064, ut supra.

(1) Briani nativitatem refert Chronicon Scotorum, in hoc ipso Codice, ad ann. 924, fol. 32, obitum vero ad ann. 1014, fol. 41.

(2) Numeri 1061 in textu, æram communem antecedunt annis 3.

(3) Obiit *Tordelbachus* juxta Tigernachum et omnes, anno 1086; unde pro numeris 33 legendi sunt 23, anni enim 23 adjuncti anno 1064 quo Donnchadus obiit, annum efficiunt 1086--7.

(4) Obiit *Mucertachus* anno 1119, quod superiorem notam confirmat.

(5) Obiit *Donaldus Magnus* anno 1194.

(6) Obiit Donnchadus *Carbrechensis* filius Donaldi Magni, anno 1242.

(7) Nennius, sive auctor vetus, qui scripsit de *Mirabilibus Hiberniæ* opusculum, ad calcem Nennii editum a Gale, inquit prope lacum *Lene*, hodie *Killarney*, in Australi Hibernia, inveniri "*Margaritas, quas ponunt Reges in Auribus suis.*"—Obiit *Concobarus* iste anno 1267.

(8) Obiit *Brianus Rufus* anno 1277.

| | | |
|---|---|---|
| Do bhi Toirdealbh. mc Taidhg Caoiluisge mic Conchubhair na Siudaine naoi mbl. na fichehiod attiaigernus Tuadmumhain 7 is se ro chead chumdaiee Caislean Cluana Ramfhada agus Mainisdir Innsi 7 Inis fein ar thus riamh. | Fuit Tordelbachus, filius Thadæi *Angustæ Aquæ* (1) filii Concobari Margaritarum, novem annis (et) viginti in Regimine Thomoniæ; et is fuit qui primus tegumento cooperuit Castellum *Cluan Ramfadæ*, et Monasterium Insulæ, et Arcem Insulæ suæ, in initio Regiminis sui ........................ | 29 |
| Donncha mc Briain Ruaidh seacht mbl. attiaigernus T. agus a bathadh is an bhforgus iaramh. | Donnchadus filius Briani Rufi (fuit) septem annis in Regimine Thomoniæ, et dimersus est in flumine Forgus postea —(anno nempe 1083) ............ | 7 |
| Donncha mc Tiordealbhuidh mc Taidhg chaoiluisge ceithre bl. agus tri ratha attiagernus Tuadhm. Murcha Manchin do marbh an Donnch. so a bhfell. | Donnchadus filius Tordelbachi, filii Thadæi *Angustæ Aquæ*, (fuit) quatuor annis et novem mensibus in Principatu Thomoniæ. Murchadus, *manus scævæ* cognominatus, occidit Donnchadum istum dolose. (2) .............. | 4¼ |
| Muircheartach mc Toirdealbh. mc Taidhg Caoluisge da bl. deag ar fichid attiagernus Tuadmhumhan. | Mucertachus filius Tordelbachi filii Thadæi *Angustæ Aquæ*, (fuit) triginta duobus annis in Regimine Thomoniæ. (3) | 32 |
| Donncha mc Domhnaill da bl. 7 fichche. | Donnchadus filius Donaldi annis viginti et duobus in regimine Thomoniæ. .. | 22 |
| Diarmaid mc Toirdhealbhaiee da bl. is fichche. | Diarmitius filius Tordelbachi annis viginti et duobus in reg. Thomoniæ (4) | 22 |
| Mathghamhuin maonmhuige os. mbl. | Mathgamanus *Campi-divitiarum* dictus, annis octo. (5) .............. | 8 |
| Brian chatha an aonaiee mc Mathghamhna maonmuide se bl. deag ar fichihed—agus is leis an m Brian sa do hionnarbadh Siol m Briain na Ceumrach is na Deisibh Mumhan. | Brianus, *Heros Nundinarum* dictus, filius Mathgamani Campi-divitiarum annis triginta sex. Per Brianum istum expulsa est familia Briani *Præliorum* cognominati, in regionem Desiorum Momoniæ, (6) ................. .. | 36 |

(1) Cognomen hoc assumpsit a situ Arcis *Caol-uisge*, nempe a faucibus angustis amnis, ad cujus ripam positus erat Arx iste.—Obiit autem anno 1306, ut in Annalibus IV Mag.

(2) Obiit Donnchadus is, filius Tordelbachi, anno 1311, et Mucertachus ejus Successor, anno 1333.

(3) Cum his *Mac Cratinii* annis prope conveniunt probatissimi Annales, ita ut ex Schedis authenticis O'Brianorum, quorum erat Archipoeta et Historicus, hæc omnia descripsisse censendus sit. Quæ autem in annorum numeris non raro depravata leguntur, ex Annalibus corrigantur.

(4) Obiit *Diarmitius* anno 1355.

(5) Obiit *Mathgamanus* anno 1369, iv Mag.

(6) Obiit *Brianus* anno 1400.

|| b

Concubhar mc Mathgamhna Maonmuighe os. mbl. attiagernus Tuadhm. agus is se cead duine do siol m Briain do chuaidh go Carraice O Ceannell la na clainn tar Sionainne an san mbliaghainn 1449.

Tadg an chumascc cnamha tri bl xx ed. attiagernus T.

Mathghamhuin dall cuig bl. na go leith attiaigernus T.

Toirdhealbhacc bog tri bl attaigernus T.

Donnch mc Mathghamna daill da bl. att. T.

Tadg an Comfaidh se bl. att. T.

Concubhar na Sron deich mbl. fitched att. T.

An Giolla dubh dar bainm Toirdealb. og naoi raithe att. T.

Toirdealbhach Donn mc Taidg an Comhfhaid naoi mbl. fitched att. T.

Concubhar m. Toirdelb. Dhuinn mic Taidhg da bl. deag.

Murcha mc Toirrdhealbh. Dhuinn cead Iarla Tuadhm. da bl. deag.

Donncha mor mac Concubhair mic Toirrdealb. Duinn an dara Iarla secht raithe attiagernus 7 is se do tionscain Caislean geal Cluana Ramadha.

Concobarus, filius Mathgamani *Campi divitiarum*, annis octo in regimine Thomoniæ; et is fuit primus O'Brianorum qui ivit ad *Rupem O'Connell* cum suis filiis, ultra Senanum, A.D. 1449. (1) . . 8

Thadæus, *Strennus Ossibus* dictus, imperavit annis 23 in regimine Thomoniæ. 23

Mathgamanus cæcus quinque annis cum dimidio in regimine T. . . . . . . . 5½

Tordelbachus *Insipiens* dictus, tribus annis in regimine T. (2) . . . . . . . . . . 3

Donnchadus filius Mathgamani Cæci duobus annis in regimine T. . . . . . . . . 2

Thadæus, dictus *Comfaidh*, sex annis in Reg. Thomoniæ. (3) . . . . . . . . . . 6

Concobarus *Naso* decem annis et viginti in regimine Thomoniæ. (4) . . 30

Gildas Niger, cui nomen Tordelbachus Juvenis, duobus annis et uno mense in regimine Thomoniæ. (5) . . . . . . . . 2¼

Tordelbachus Fuscus filius Thadæi, dicti *Comfhaidh*, 29 annis, in regimine T. (6) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 29

Concobarus filius Tordelbachi Fusci filii Thadæi—duodecim annis in regimine T. (7) . . . . . . . . . . . . . . . . . 12

Murchadus filius Tordelbachi Fusci Primus Comes Thomoniæ, annis 12 in regimine T. (8) . . . . . . . . . . . . . . . . 12

Donnchadus Magnus filius Concobari filii Tordelbachi Fusci, 2dus Comes, uno anno et tribus mensibus in Regimine; et is fuit qui incepit ædificare Castellum Album *Cluanramfadæ*. (9) . . . . . . . . 1¼

---

(1) " A.D. 1444, *Tadhg ua Br. tigerna Tuadhm. decc.*" i.e. Thadæus O'Brian Dominus Thomoniæ obiit. Ita IV M. Erant nempe *Thadæus* iste et *Concobarus*, æmuli pro Supremo Dominio.

(2) Obiit *Tordelbachus* is anno 1460.

(3) Obiit *Thadæus* is anno 1466. iv Mag.

(4) Obiit *Concobar-Naso* anno 1496. iv Mag.

(5) Obiit *Gildas* is anno 1499. iv Mag.

(6) Obiit *Tordelbachus Fuscus* anno 1528. iv Mag.

(7) Obiit *Concobarus* iste anno 1539. iv Mag.

(8) Obiit hic primus Comes anno 1551.

(9) Obiit 2dus Comes anno 1553. iv Mag.

| | | |
|---|---|---|
| Domhnall Cleirech mac Conq.bair mc Toirdealb. Duinn cuig bl. attaigernus T. | Donaldus Clericus filius Concobari filii Tordelbachi Fusci, 5 annis in Regimine Thomoniæ. ................ | 5 |
| Concubhair mc Donnch. mic Conchubhair mic Toirrdealbh Dhoinn. an treas Iarla, is se do chriochnaig Caislean gel Cluana Ramadha. Da bl. go leith 7 fiche bl. attaigernus T. | Concobarus filius Donnchadi filii Concobari, filii Tordelbachi Fusci, 3tius Comes, qui absolvit Arcem Album Cluanramfadæ, 22 annis cum dimidio. | 22½ |
| Donncha mc Concubhair mc Donncha mc Concubhair mc Toirdealb. Duinn, an ceathramadh Iarla ata an anossa a Mumain, 1608." | Donnchadus filius Concobari filii Donnchadi filii Concobari, filii Tordelbachi Fusci, 4tus Comes, is est qui *nunc* regnat, anno 1608. | |

Fol. 5.

Sequitur deinde Opusculum cui titulus—" *Ginealach Iarla Tuadmumhan ann so,* Genealogia " Comitis Thomoniæ hic." Nonnulla extant in margine, ex quodam *Tigernachi* et *Chronici Scotorum* Codice apposita, quæ cum aliis eorumdem Annalium Codicibus diligenter conferenda sunt.—Sic exempli gratia—" Anno 1030. *Gormfhlaith Inghen Murcha mc Finn, mathair* " *Sitriocha mc Amhlaoimh Righ Gall,* 7 *Donncha mc Briain Righ Mumhan,* obiit.—Tigernach." i. e. Gormlata, filia Murchadi filii Finni, Mater Sitrici Regis Alienigenarum, et Donnchadi filii Briani, Regis Momoniæ, obiit.—Hæc cum IV Magistrorum Annalibus, cum Tigernachianis, Ultoniensibus et Inisfalensibus, ad ann. 1030, manifeste conveniunt.

Fol. 6.

Folium hoc Cifris Arabicis 491 designatur, et paginæ sequentes iisdem Cifris, eademque manu, ordine consecutivo 492, 493, &c. usque ad folium 14m. inclusive, quod indicat folia hæc, a quarto ad 15m. ex alio quodam Codice desumpta esse.—Omnia fere quæ in his foliis continentur, O'Brianorum Genealogias respiciunt, iis paucis exceptis, quæ in folii 13tii pagina 2da extant sub hoc titulo.—" *Blog do Senchas Burcach ann so, amhail fuarus a leabhar Iris Clainne i Maol-* " *chonaire.*" i. e. Pars Historiæ Genealogicæ familiæ De-Burg hic sequitur, prout eam inveni in Libro dicto Iris familiæ O'Maolconriorum.—Sex lineis interpositis, hæc sequuntur—" *Bunchios* " *Baruin chaislen i Chonaing,* ·i· *Tigherna Burcach Contae Luimnigh annso.*" (i. e. Origo Genealogica Baronis Arcis O'Conang, nempe Dñi de Burgo comitatus Limericensis hic sequitur.)

Fol. 15.

Erravit procul dubio qui, in Elencho huic Codici præposito, innuit hæc omnia manu *Andrei Mac Curtin* descripta fuisse, annum circiter 1721. Opus enim exaratum ab *Andrea Mac Crutin,* quem *Mac Curtin* erronee appellat, incipit a folio hoc 15to, et præcedentium foliorum characteres, etsi eodem atramento et manu scripti videantur, diligentius tamen insipicienti, alia manu scriptos fuisse patebit. Aspiratio quæ literas quiescentes, in foliis subsequentibus a folio hoc 15to indicat, semper simplici puncto exprimitur, sic. In præcedentibus vero sæpe ad Cifram Arabicam 2 accedit, sive potius ad dimidium literæ cursivæ h, sic ˀ

Discrepant etiam abbreviationes syllabarum; litera *a*, in foliis a 15to subsequentibus, minus diligenter, et magis cursive, seu festinanter, descripta legitur quam in præcedentibus.—Desinit etiam

Genealogia O'Brianorum, folio 5, in anno 1608, quo scriptor Catalogum istum se descripsisse, et Donnchadum O'Brian, *quartum* Thomoniæ Comitem, tum superesse declarat.—Folium 14m. desinit in Genealogia *Ricardi de Burgo*, qui eo tempore floruit. Numerat etiam scriptor quatuor *Ricardos*, quinque *Ulicos*, et duos *Gulielmos* de Burgo, ordine consecutivo a *Waltero*, et ultima ejus verba sunt—"*Tu fein an cuigead Riccard.*" Tu ipse es quintus Ricardus. Hæc autem omnia simul collata indicant prima 14m. folia scripta fuisse annum circiter 1608.

Incipit a folio 15to. Tractatus cui titulus—

"Ag so don prímh leabh. Seanchusa da n gairid eolaig Caithreim Toirrdealb. iona nochtar gach gníomh tasgamhail da harla attuadmumhain, no san Mumhain bud tuaid, ar fead tuill 7 da chead bliadhan, no o gabhadar Goill, beagnach urlamhas Eireann, go bas an Chlaraigh, ar na cheid sgriobh le Sean mc Ruaidhri mc Craith .i. Prímh Seanch. Saoirseacta Cais, san mbliadhain d'aois Xp. 1459, amhail is follas san 19 lethanach den prímh leabh. cian aosda e7na, ata re a feigsin anu, 7 ar na nuad sgriobh anois le h Andrias mc Cruitin chum usaidhe Thaidhg mc Seaain mc Mathgamhna mc Donnch. mc Taidhg oig mc Taidhg mc Donnch. meic Ruaidhri mc Mathgamhna doill, mc mc Con mc Conmetha, mc mc Con m. Lochl. m. Conmetha moir o na Ranna 1721.

Ar tteas. durlamhas Eirinn a seilbhe Ghall san mbliadhain d'aois Xp. 1172, 7 ar sgarad caoimhrighe re gach clann do fhuil Mile Esbaine, do gabh. Donnch. Crannruaidh Cathbuannhar Cairbreach tar eis athar, et. c. * * * * * *

"Hic est præclarus liber Historicus, quem appellant Docti—"*Victoriæ Tordelbachi,*" in quo exponuntur facinora præclara, quæ evenerunt in Thomonia, vel in Momonia Septentrionali, spatio plusquam ducentorum annorum; vel a quo obtinuerunt Alienigenæ paulo minus quam Imperium Hiberniæ, usque ad obitum (O'Briani) Calvi; quod opus primo scriptum est a Johanne filio Roderici *Maccraith*, i.e. præcipuo Historico ex-professo *Cassorum*, A.D. 1459, ut patet ex 19na pagina primi libri antiqui ejusdem, qui extat videndus *usque hodie*, et iterum de novo describitur nunc per *Andream M'Cruitin*, ad usum Thadæi, filii Johannis, filii Mathgamani, &c. &c.

Anno D. 1172, a tempore quo cessit Dominium Hiberniæ potestati Anglorum, et a quo translatum est Imperium a quovis Postero Sanguinis Militis Hispanici, (i.e. *Milesii*) potestatem obtinuit Donnchadus O'Brian, appellatus *Arboris Sanguinei Victricis Carbrechensis*, post Patrem suum; obtinuit nempe Imperium latum, Potestatem illustrem, strenuam, supra regiones pulchras, abundantes populis, Thomoniæ; et hæc est tota latitudo et longitudo Regni istius, nempe a Saltu diuturnæ Memoriæ Con-cullani (hodie Circullin's Leap) usque ad Vadum Tributi Boum, et a finibus territorii Birrensis ad Montem Aineclíachensem," &c.

Hæc est itaque Historia illa *O'Brianorum*, scripta a Jo. Magrath, anno 1459, quam non raro memorat Auctor Vocabularii Hibernici, Parisiis editi anno 1768, titulo "*Caithream Toirrdealbeach,*" sive Triumphi Tordelbachi O'Brian, cujus aliud exemplar extat in Bibliotheca Regia Parisiis.

In hoc exemplari plura desunt ab anno 1285 ad annum usque 1384, ut patet ex Codicis folio 30.

Omissa autem partim supplentur, usque ad folium 71, ubi alter hiatus occurrit in rebus gestis anni 1314. Hæc autem solius Provinciæ Momoniæ res gestas comprehendunt.

FOL. 110.

Cætera a folio 71, integra sunt, usque ad folium 110, in cujus prima pagina desinit abrupte *Historia* ista *O'Brianorum*, in obitu *Mucertachi O'Brian*, anno 1333. Quæ de ejus Successoribus narrantur pauca sunt, et his verbis—"*Gabhas Diarmait Cennas Tuadhmumh. ar f. 7h* "*da blaidhain 7 fithche, 7 ni h aithrister moran da imn7haibh an f7h soin, oir do bhi an tir go* "*sona siothchante re na linn, go bhfuair bas, 7 gur hadhnacadh amur Innse e, an bliadain daois* *XP.* 1333." i. e. Obtinuit Principatum Thomoniæ Diarmitius, post Murcertachum, fratrem suum, spatio annorum 22, et non narrantur multa de gestis ejus, spatio isto; fuit enim Regio prospera et pacifica durante ejus Imperio, usque ad obitum ejus, et sepultus est in Insula sua, anno D. 1333.—Deinde in margine hæc verba leguntur—"*Tesda began do suim an leabhair so.*" Desunt pauca de Summa Libri hujus.

Fol. 111. Carmen continet breve *Andrei Mac Cruitin* supramemorati, de laudibus O'Brianorum, quod istius familiæ Duces supra modum extollit.—Folium 112 vacuum omitto.

*Sequuntur jam Tigernachi* ANNALES, *ut in hoc Codice Dublin,* FOL. 113.

Incipit hoc folium ab iisdem verbis quibus Codex Bodleianus, Rawl. 488. ab obitu Alexandri Magni, quo tempore *Cimbaoth Rex erat Ultoniæ:*—Desunt itaque in ambobus omnia ab ipso Mundi initio, unde Tigernachus, æque ac Beda, et cæteri Chronographi veteres exordium duxerunt. Attamen hiatum hunc minus deflendum reddunt ipsa Tigernachi verba, quæ in hoc folio leguntur—"*Omnia Monumenta Scotorum usque Cimbaoth incerta erant.*" Quæ igitur præcesserunt, et Tigernacho fabulis involuta videbantur, Sæculo xi, vix deflenda erunt Sæculo xix, et hoc veteris Annalistæ testimonium, satis superque eorum opinionem evertit, qui Hibernorum Annales a profundissima antiquitate auspicantur.

Codicem hunc Dubliniensem ex Bodleiano descriptum fuisse, demonstrat non solum hiatus is in initio, cum antiquiore Bodleiano ad unguem conveniens, verum et ipsa scribendi ratio, quæ Amanuensem non aliud sibi onus impositum putasse prodit, quam onus accurate imitandi formas abbreviationum. Maximam porro ignorantiam prodit, non solum in barbara Bodleiani Codicis orthographia serviliter imitanda, verum multo magis in hoc, quod omnia describat absque ullo hiatu, ac si nihil omnino in Codice Bodleiano desideraretur.

FOL. 122.

Deest, exempli gratia, in Codice Bodleiano folium septimum; et qui Dubliniensem inde descripsit, nihil ibi deesse ratus, totum descripsit *absque ullo hiatu;* ab anno 4to post captivitatem Patricii, transivit ad annum abinde fere centesimum, idque in ipso medio paginæ b, folii 122, minime advertens folium septimum Codicis Bodleiani penitus desiderari!

Quis nescit, in tanta rerum nostrarum penuria, quantum hæc oscitantia antiquitatibus Hibernicis detrimenti et contumeliæ attulerit?—A captivitate Patricii transit Codex Dubliniensis ad obitum *S. Cianani* Damliagensis, nihil inter utrumque referens, nisi pauca quædam de Juliano Apostata, quæ ultima sunt folii septimi Bodleiani!

FOL. 133, 134, &c.

Desunt in his foliis eadem quæ in Bodleiano ab anno 765 ad 973, itemque ea quæ in Bodleiano Codice desunt ab anno 1003 ad an. 1018. Cætera recto ordine sequuntur usque ad annum 1088, ubi hæc notanda sunt.—"*Tigernachus huc usque scripsit, et hoc anno quievit.*"—Procedunt deinde folia ordine, ad annum 1178; quæ autem in Codice Bodleiano, ab anno isto, *diversis manibus* scripta sunt, usque ad annum 1407, ea, in hoc Codice Dubliniense, una eademque manu scripta sunt, et expliciunt in ejusdem folio 161.—Chartacea sunt et vacua quæ deinde sequuntur usque ad fol. 164.

FOL. 164.—*Incipit Chronicon Scotorum.*

Quæ ad Codicis finem procedunt, a folio 164, manu longe pulchriore, et Characteribus Hibernicis, *Chronicon Scotorum* exhibent, usque ad folium 219, et annum 1135. Prima duo folia, i.e. hujus Codicis folia 164 et 165, Historiam universalem breviter attingunt a creato Mundo ad nativitatem S. Patricii, sed plura folia tum desunt.—Quæ remanent, res Hibernicas summatim enarrant usque ad annum prædictum 1135.

De Codicibus Dubliniensibus, hæc scribit, vir doctus J. Barret, Collegii SS. Trinitatis Bibliothecarius, in Epistola ad Ill^m. virum Ricardum Marchionem, nunc Ducem, de Buckingham et Chandos.

MY LORD,

The College Library is possessed of no copy of Tigernach's Annals that ever belonged to Primate Usher, so far as I can find; no such being mentioned in his Catalogue, or placed among his MSS. It however possesses two MSS. of that author, by his continuator, marked H 15 and H 16; of which the first is written on paper, and the second on parchment. The book H 15 is entitled "Miscellanea Hibernica:" and is thus described on a leaf at the beginning of the book.

"In hoc vetusto ac valde pretioso Codice, hæc Antiquitatum Hiberniæ Monumenta continentur.

"1. Tractatus Genealogicus ex Libro authentico desumptus.

"2. Tractatus historicus de bellis familiæ O'Brienorum, tum secum invicem, tum contra Anglorum "duces, a medio Sæculi xiii usque ad 1318, a Joanne Magrath. Scriptore fere coætaneo exaratus, "atque ex Autographo existente anno 1721 ab Andrea *Mac Curtin* fideliter, descriptus. (1)

"3. Annales Tigernachi Clonmacnoisensis, qui ab Augustino *Magrada* (2) Canonico de Insula "Sanctorum, et post ejus mortem, a quodam Anonymo Scriptore continuantur ad annum 1407.

"4. Antiquum Monumentum, vulgo dictum Chronichron Scotorum. Videtur esse Compen-"dium prædictorum Annalium Tigernachi. Hæc omnia monumenta zelo ac industria illustris-"simi ac Reverendissimi Joannis O'Brien, Episcopi Cloynensis et Rossensis in Hibernia, qui die "xiii mensis Martii 1769, Lugduni in Galliâ obiit, comparata, et in unum hunc Codicem digesta "fuerant."

The Chronicle of the Scots, being the fourth Tract above mentioned, is imperfect at the end: it reaches from the Creation, to A.D. 1150. The other MS. marked H 16, is entitled on the back,—"The Continuation of Tigernach." As it has several chasms, there are in various places leaves of paper inserted, and some of them written in a modern hand; but the book itself is

---

(1) Lege "*Mac Cruitin.*" (2) Lege "*Magriada.*"

written on parchment. I found the following description, (which I believe relates to this book) on a loose leaf in the Ulster Annals. "The Continuation of Tigernach begins to be legible from "the battle of Clontarf, in the year 1014. It has a deficiency from thence to the year 1138. "It wants from this year to 1171; and is again defective from the year 1316 to the year 1413. "It is intire from this year, but in different hands to 1568. From this year, hardly legible to "the end, 1571."

Being unacquainted with the Irish language, I can form no opinion of the book, except from some marginal notes that occur in it, and which chiefly relate to dates. The earliest date I find is 1138, and the latest 1561: but these are neither at the beginning nor end of the book; for there are leaves before the date of 1138; but as I find they relate to wars chiefly between the English and Natives, I am led to believe that they are misplaced. And in one marginal note I find it observed that there is a chasm in the MS. from 1138 to 1170.

On one leaf towards the conclusion of the book, but in a hand and ink very different from what occurs in other places, there are recorded transactions in Ireland, to which I find the dates 1695, 1636, 1648, and 1654, annexed.

And on a leaf of paper at the beginning is written what I should suppose to be a Preface, and in a hand very different from any other in the book, with the date of November, 1698, about which time probably the parchment leaves of this book were collected and bound together in its present state. JOHN BARRETT.

## CODEX IV.—*Dubliniensis, H.* 16.

Codex est membranaceus, Sæculi 15ti, diversa opuscula continens, et incipiens ab anno 1014. Titulum præsefert *Continuationis Annalium Tigernachi.*—Folia recto ordine procedunt ad annum usque 1138, sed deinde desunt omnia ad annum 1170, a quo anno sequuntur res gestæ chronologico ordine usque ad annum 1316, dempto anno 1230. Desunt omnia ab anno 1316 usque ad ann. 1413. Quæ postea narrantur diversis manibus scripta sunt, usque ad annum 1568. Cætera vix legi possunt usque ad finem, et desinunt in anno 1571.

De Codice 5to consulenda sunt Prolegomena nostra, pag. clxxii, et Flahertæi Ogygia.

# EXCERPTA EX TIGERNACHI FRAGMENTO,

### *In Codice Rawl.* 502.

Paucissima sunt quæ Hiberniam tangunt in primis foliis hujus Fragmenti, eaque, sequentibus verbis, et sequenti ordine occurrentia, hic in unum colligimus, quia desunt in reliquis Codicibus, in quibus prima folia ista desiderantur. (1)

Fol. 1. *b*, lin. 34.

Cobtach Coel-breg mc Ugaine moir regnat in Hibernia.

Cobtach Coel-breg mc Ugaine moir do loscud co tricait rig imme, in dind rig maige Ailbe, hi Bruidin Tuamma-Ten-bath-samrud la Labraid Loingsech moen, mc Ailella aine, mc Loegaire luirc, mc Ugaine moir, in digail a athair 7 a senathair ro marb Cobtach Coel. Cocad osheim etir Laigniu 7 Lech Cuind. (2)

" Cobtachus—*Coel-Breg*, (3) filius Uganii Magni, combustus, cum 30 Regulis secum, in Arce Regali Campi Albi, in Domo Regia Collis Stragis sanguinei, per Labradium Navalem, divitiis celebrem, filium Alildi Illustris, filii Laogarii Ferocis, filii Uganii Magni, ad vindicandum Patrem suum et Avum, quos occidit Cobtachus *Coel-Breg*. Bellum exinde oritur inter Lagenienses et Dimidium Conni (i.e. Dimidium Septentrionale Hiberniæ.) (4)

Fol. 4.—" Incipit v Ætas, quæ continet annos DLXXXIX, ut Poeta (Hiberuensis) ait,

" O doerad in Phopuil co gein Fiadait Fedil,
" Coicc cet is noe mbliadhna *lxxx* co demhin.
" O Adam cen genmain cen mac Maire minn
" It da bliana l. *ix* cet is tri mile."

id est.—A captivate Populi, ad ortum Fiadachi Mœsti (Regis Hiberniæ)
Quingenti et novem anni et Octoginta vere, (589)
Ab Adamo ad Nativitatem unigeniti filii Mariæ dilectæ,
Sunt duo anni 50, nongenti et ter mille (3952.)

Extat in hac Bibliotheca Stowense Carmen vetus Maolmurii, nono sæculo scriptum, unde hos versus Hibernicos Tigernachus sæculo undecimo descripsit; ex quibus plane intelligimus veteres Hibernos, in supputandis annis ante Christum, Hebraicam Veritatem prætulisse Versioni

(1) Folium primum hujus Codicis, 502, Compendium continet Historiæ Universalis, ex *Julio Africano, Eusebio, Hieronymo, Orosio*, et *Beda*, lituris ita offuscatum, ut non nisi hinc inde legi queat.

(2) Prima quæ de Hibernia occurrunt, sic scripta leguntur Folio I. b. Columna 2, ad imum paginæ, linea 34.

(3) *Coel* tenuis, angustus, gracilis. *Breg* campus est in Midia, ubi Antiqui Reges Regiam Temoriæ Arcem condiderunt. De *Cobtacho* hoc Rege Hiberniæ consulendi sunt *Annales IV Magistrorum*, et *Flanni* Carmina, eaque conferenda sunt quæ supra diximus pag. xiii, et infra de Regno *Cimbaothi*, in his Annalibus, pag. 1.

(4) De dimidio Conni vide Annales hos ad ann. 185.

Græcorum; annos statuentes ab Adamo ad Christum 3952, cum juxta LXX Interpretes, anni sint 5199. IV Magistri quidem in Annalibus suis adhærent Codicibus Græcis, uti et plurimi antiqui Patres Græci et Latini; id autem faciunt, non quod veram istam supputationem existiment, sed quod Ecclesiæ veteres, usque ad S. Patricii tempora, Versione Græca utebantur; (1) et antiqua Latina, dicta Italica, nihil aliud fuerit quam Versio LXX Interpretum, in linguam Latinam translata, quæ Versio Latina per totum orbem Romanum prævaluisse videtur, ex Patrum citationibus, editis a Flaminio Nobilio, atque ex Textu quadruplici edito a Bianchinio, in 3bus Voluminibus in folio, Romæ 1748.

FOL. 4, *b*. Columna 1, lin. 23.

" Ab egressu Scotorum de Ægypto mille anni sunt, ad decimum hunc annum Darii Regis " Persarum. Mundi III.D.XXIX."

" Decimus Darii annus fuit Periodi Julianæ 4169, ante Christum, 545,—consentientibus cum Petavio doctissimis Chronographis.—Ergo adventus Scotorum in Hiberniam—(quidquid asserant recentiores,) annum istum antecedere nequit, juxta Tigernachum, et Flahertcus hallucinatur, dicens, " Salomone Solymis regnante, *optimi quique Scriptores Patrii, concordi calamo*, referunt " Scotorum ex Hispania in Hiberniam appulsum." Ogyg. pag. 83.

Inter Nennii Capitula, X.mum his verbis intitulatur—" Qua ætate Brittones venerunt, et " qua *Scithæ*, i. e. Scoti, qui nunc dicuntur *Hibernenses*, ad Hiberniam; et quomodo Brittones " a Pictis et Scotis impugnati sunt—quo etiam tempore Romani Monarchiam Mundi adepti " fuerint, et Scotorum peritiam." (2)

Jam vero in capitulo isto, Nennius Scotorum in Hiberniam adventum refert ad " annum *millesi-* " *mum secundum* post Ægyptiorum mersionem in mari rubro, et venerunt ad Regiones *Dalrieta*. " *Sic mihi peritissimi Scotorum nunciaverunt*." (3)

Eadem fere habet paulo ante Nennium Ængusius Colidæus, cujus opus, *Psaltair na rann* dictum, i.e. Compilatio metrica, videre contigit, in eodem Codice Bodleiano, unde hæc Tigernachi Fragmenta excerpsimus; opus notissimum ex Usserii Primordiis, pag. 612, editionis Dubliniensis, et ex Waræi antiquitatibus. Hib. c. 8, pag. 8.

---

(1) Versio antiqua Italica, quam in Hiberniam introduxit S. Patricius, et quæ in " Confessione" ejus passim citatur, in usu fuit in Hibernia usque ad annum 815, uti notat Usserius, in opere—" The Religion of the Ancient " Irish."—Atqui ista antiquissima versio Latina, non alia erat quam versio ex versione Græca lxx Interpretum, neque aliam de æra Mundana opinionem habebant veteres Hiberni, usque ad tempora Mancheni, Lethensis Abbatis Sæculo vi. quam quæ ex Græcis Codicibus profluxit.

(2) Galei xv Scriptores, Oxoniæ, fol. 1691, pag. 101. Confer Giraldum, qui eadem ex libris Hibernicis enarrat, Topogr. Hib. Dist. 3, c. 6, p. 737, ed. Francofurti.

(3) Nennii Capitula, xv Scriptores, Oxoniæ, fol. 1691, p. 95, et cap. 9, ib. p. 101, et c x. " Brittones vene- " runt in 3tia ætate mundi ad Britanniam, *Scythæ* autem, i. e. *Scoti*, in 4ta ætate mundi obtinuerunt Hiberniam. " *Scythæ* autem qui sunt in Occidente, et Picti de Aquilone, pugnabant unanimiter et uno impetu contra Britones, " indesinenter, quia sine armis utebantur Britones." De *Scotis*, vide Indices ad Rer. Hibern. vol. 1.

*Dalrieta* Regio est in Ultonia—Scoti nempe ex Hispania in Hiberniam migrantes, primo pervenerunt ad partes Hiberniæ Australes, et demum ad Boreales.—Confundendi non sunt *Dalriadi* in Ultonia cum *Dalaradiis* in eadem Provincia,—Dalaradii vel *Dalnaradii*, (Anglice the *Ardes*,) erant in Comitatu hodierno Dionensi, Dalriadi (the *Routs* Anglice) in Antrimense.

Extat etiam in hac Bibliotheca Stowense, Eochodii O'Floin Carmen Hibernicum, scriptum sæculo nono, incipiens "*Eisteadh Aos eagna aibhinn,*" i.e. Audite O Docti, sapientes Regionis dulcium Carminum, &c. in quo annum adventus Scotorum in Hiberniam ex Hispania his verbis describit—

Seachtmhadh o Cuig dia dardaine,
Ro frith seachtmadh Fheane,
Gabhsad ittallain tiri (Erean)
I Calen Mai. a mis greine.

Septima Lunæ, dies inter duo jejunia, (i. e. Dies Jovis)
Fuit septima Lunæ Feniorum, (i. e. Scotorum)
Qui obtinuerunt terras Regionis Hiberniæ,
Ipsis Kalendis Maiis, in mense Sacro Soli. (1)

Flaherteus ex his versibus, ipsum annum adventus Scotorum demonstrare aggreditur. "Anno, " inquit, Periodi Julianæ 3698, qui est, juxta Scaligerum, Salomonis regnantis quintus, et mundi " 2934, Cyclo Solis 2, Lunæ 12, litera feriali *E*, Kalendæ Maiæ concurrebant cum septimo " die Lunæ, et quinta hebdomadis feria, nec toto Salomonis regno, imo nec toto sæculo ab " Patris Davidis ortu, ad Salomonis obitum, ea connexio diei mensis, hebdomadæ, ac Lunaris " ætatis, accidere potuit, nisi solo hoc ipso anno, ergo is erat annus adventus Scotorum in " Hiberniam.—Subtilia sunt ista. Sed forsan, certius inferendum esset, Poetam istum Sæculi noni, " calculos retro duxisse ope Calendarii. Tigernachus enim inquit, "*Omnia Monumenta Scotorum " usque ad Alexandri magni tempora esse incerta.*"

Hæc sunt antiquissima Hibernica quæ Scotorum adventum in Hiberniam respiciunt.

Quod si Regionem unde in Hiberniam venerunt inquiramus, ex Hispania clamant omnes, etiam Hispani Scriptores cum Isidoro, (2) et gentium variarum in Hibernia nomina Hispanica, servata a Ptolemæo. (3) Inter antiquissimos Hibernos qui Hispanicam Originem memorant, hodieque manent, numerandus est prædictus Ængusius Colidæus, cujus verba ex hoc ipso Codice Rawlinson, 502, fol. 44, Columna 2, linea 40, sic sequuntur. (4)

---

(1) En Mensem Sacratissimum anni Ethnicorum Hiberniæ, Soli peculiariter sacrum—uti explicavimus in Rer. Hibern. tomo I. Vide Indices ad Voces *Annus*, *Grian*, *Samin* in opere isto.

(2) " Scotia eadem et Hibernia, cujus partes priores Iberiam, et Cantabricum Oceanum intendunt, unde et " Ibernia dicta, Scotia autem quod a Scotorum gentibus colitur," &c. Orig. l. 14, c. 6.—Iberos in Hibernia indicat his verbis Orosius, Sæculi 4ti Scriptor. Hist. l. 1, c. 2.—" Hibernia Insula inter Britanniam et His- " paniam sita, longiore ab Africo in boream spatio porrigitur. Hujus partes priores intendunt Cantabrico " oceano, Brigantiam Collaciæ civitatem, ab Africo sibi in Circium occurrentem, spatioso intervallo procul " spectant, ab eo præcipue Promontorio ubi Scænæ fluminis ostium est, et *Velabri* (i. e. Illiberi) *Luceni*que " consistunt. Hæc a Scotorum gentibus colitur." Ed. Havercamp.

(3) Vide Rer. Hibernicar. vol. 1, ubi de Ptolemæi Geographia Hibernica.

(4) Ængusii Opus hoc constat versibus Hibernicis 8256, a Codicis folio 19 numeratis, et Historiam Veteris et Novi Testamenti continet, ad imitationem Carminis Paschalis Sedulii.

Foenius mac Baadh ni brec—mc Magach min na morthet,
Noch ar b athair cen ecna—he athair na Scitheeda.
Is dia Sil Gaedil glann—ro sataegid Agmara
Gabsat dar sluaig feig seng fail, rigi n Erenn a hEsspain.

VERSIO.

Fænius filius Baadi, non falsa cano, filii Magachi dilecti, magnorum facinorum,
Qui fuit Pater vester, supremus sapientum—is Pater fuit Scitharum.
E semine ejus Gathelus illustris—a quo ortus est Agmara—
Expugnaverunt eorum exercitus bellicosi antiquam Faliam—Regnum nempe Hiberniæ, ex Hispania.

His adjungit Ængusius Carmen cujusdam vetustioris Poetæ, quem Dublitirium appellat, cujus operis titulum indicat his verbis—" *Duan Duiblittrech in so for sin Panechte,*" i. e. Carmen Dublitterii de Pandectis, sive de utriusque Testamenti Historia Universale. (1)

Sequitur deinde aliud Carmen, folio 43, *b*. cui Titulus " *In fir leighind Mac Coisse cc do tri* " *Runna in Domhain,*" i. e. Prælector Mac Cosseus hoc Carmen composuit de 3bus Divisionibus Mundi.—Hujus Carminis versus sunt 132, quorum ultimi sic leguntur, fol. 43, *b*, col. 2, linea 46.

hEsspain o sleib Pirein siar—tuaid do thaib mara Torrein,
Muir in a timchell Candia—s. illeith siar fri Gallia.
Ithe tuatha gabait glann—Gallia Petice Tingitain,
Traconensis ria cle—Lucitain, tuait Cartagne.
Tir suairec, suban, setaib, irrech—tir isetar m. Miled,
Tir n glerien gablach fri glor—tir is tarbach ro fesson.

Hispania tendit a montibus Pyrenæis occidentaliter—ad septentrionem maris Tyrrheni,
Maris qui circumdat Candiam, sed vergit dimidio occidentaliter ad Galliam.
Sunt populi victores illustres in Gallia, Betica, Tingitana,
Traconensis ad levam, Lusitani Populi Carthaginis,
Regio jucunda, succulenta, divitiarum et prosperitatis—Regio unde orti filii Milesii,
Regio illustris, victrix præ gloria—Regio fructuosissima nota."

---

(1) Vox Pandecta non, ut nunc, libros Legum Justiniani exprimebat, sed Testamenta Vetus et novum, ut in Bedæ Historia Wiremuthense, cap. 15, et in Alcuino apud Baronium an. 778, Num. 27.

# TIGERNACHI NOTÆ CHRONICÆ RESTITUTÆ.

Æræ Christianæ usus Hibernis ignotus fuit, vel saltem non adhibitus in Chronicis Hiberniæ, usque ad Sæculum X. Neque enim eam adhibet Flannus, qui Synchronismos Regum Hibernorum cum exteris scripsit, paulo ante annum 1050 quo obiit; et certe Flaherteus, qui alium Tigernachi Codicem penes se habuit, not semel asserit æram communem ab Hibernis usurpatam non fuisse ante annum 1050, (1) neque in designando anno, quo operimentum veteris Ritualis Hibernici, in hac Bibliotheca servati, factum est, ulla mentio fit æræ communis, etsi Rex Donnchadus O'Brian, qui operimentum istud fieri fecit, floruerit usque ad annum 1064, (2) neque in designando tempore quo scriptus est Codex Hibernicus Evangeliorum in Harleiano, No. 1802, ulla fit mentio ejusdem æræ, quamvis aliunde demonstraverimus, librum istum scriptum fuisse anno 1138. (3)

Sed nec valde derogare censenda est ignorantia hæc æræ communis, a certitudine Chronologica Tigernachi, si alia adminicula præbet, quibus annus cum æra ista conveniens certissime eruitur. Æra communis æque ignota fuit Saxonis ante Sæculum viii. Deest certe in Charta Withredi Regis; et tamen annum æræ communis, quo charta ista exarata est, indicavimus in Catalogo MSS. Stowensium, vol. 2, p. 112. (4)—Italis, qui Fastis Consularibus utebantur, æque ignota erat Æra Christiana usque ad finem Sæculi vii. Unicum enim extat exemplum, valde suspectum in Epistolis S. Gregorii Magni 2 Ep. l. 12. "Datum Kal. Jan. anno ab Incarnatione Dni 593, "Indictione ii."—Series, itaque annorum Christi, in Chronicis Eusebii, Hieronymi, et aliis, procul dubio, a Librariis apposita fuit, post annum æræ Com. 532, quo æram istam Dionysius Exiguus excogitavit.

Rariorem hujus æræ usum in Hibernia, etiam Sæculo xi, indicant notæ Tigernachi, Annum obitualem decantatissimi Herois *Cucullin* indicantes his verbis, *Kal.* 1. *Mors Concullini fortis-* "*simi Herois Scotorum. Kal.* 2. *Kal.* 3. *Kal.* 5. *Kal.* 6." Hæ notæ indicant Kalendas Jan. incidisse, in feriam primam anno quo *Cucullinus* obiit; et sequentibus annis in ferias 2, 3, 5, et 6, unde certissime eruimus annos istos fuisse Julianos, a Kalendis Januariis incipientes, æræ Com. 2, 3, 4, 5. Idque confirmatur ex Chronico Scotorum ad annum 432, quo Kalendis Januariis feria 6 adjicitur; deinde enim auctor inquit "A morte *Concullandi* Herois, usque "ad hunc annum, CCCCXXXI anni sunt elapsi," quibus dictis ad lineam redit annum huic proximum CCCCXXXII his verbis designans.—"Patricius Archiepiscopus in Hiberniam venit, "atque Scotos baptisare inchoat, nono anno Theodosii Minoris, primo anno Episcopatus Sixti, "qui fuit XLV Episcopus Ecclesiæ Romanæ, in IV anno *Laogarii Mc Neil* Regis Hiberniæ."

Præterea Incarnationis æram non nisi hinc inde, parce admodum, ad res Hibernicas accommodare studet Tigernachus; cujusque anni, quo quidquam memoriæ prodit, notam satis certam

---

(1) Ogyg. pag. 40.
(2) Vide Catalogum Codicum MSS. Bibliothecæ Stowensis, Appendice ad vol. 1.
(3) Vide Rer. Hibernicar. vol. 1. Indices, Vocibus Codex et Evangelia, et part ii, pag. cxliv.
(4) Vide Catalogum prædictum Vocibus *Charta*, et *Withredus*.

se præbere se putans, signando *Kal. Jan.* et adjiciendo notam ferialem, in quam Kalendæ Jan. eo anno inciderunt. Exempli gratia *Kal. Jan. iiii. Con ced cath,* (i. e. Connus Centum Præliorum, " Regum Scotorum Connaciæ Sator,) et Rex Hiberniæ, die xx Octobris feria iii occubuit."—Hic feriæ iiii concursus cum Kalend. Januariis, et feriæ iii cum die 20 Octobris, uno eodemque anno, non contingit denuo in eodem Cyclo solari annorum 28, ac proinde, numeris ferialibus ita stantibus, necesse est Tigernachi mentem esse, Connum occisum fuisse A. D. 212, dum ad Comitia Temorensia, proximis Kalendis Novembris solenniter tenenda, præpararet. (1)

At, Amanuensium incuria, numeri feriales in Codice Bodleiano valde depravati leguntur; in pluribus locis penitus omissi, in aliis repetiti, adjecti, vel prætermissi promiscue, nulla nota intercedente vel Lunare vel feriale; unde magna confusio orta est, quæ non nisi summo labore, ac incredibili prorsus diligentia superanda erat. In exemplo allato de obitu Conni, duæ difficultates occurant insuperabiles, 1. quod numeri feriales in Codice Bodleiano non conveniunt cum numeris in Flaherteano. 2. quod juxta Tigernachum ipsum, occisus fuerit Connus Imperante Commodo, qui obiit anno C. 192.

Ad hanc difficultatem tollendam, annos æræ Communis apposui in Margine, quibus Anni Imperatorum conveniunt, ubicumque a Tigernacho memorantur; et notas temporum certissimas indicavi, ex opere eximio " *L' art de verifier les dates,*" aliisque, quorum ope, Notæ feriales Tigernachi, et anni quibus res in Hibernia gestas enarrat, juxta Laterculum sequentem, ad pristinam integritatem revocantur.

---

## LATERCULI CHRONOLOGICI DESCRIPTIO.

Istius Laterculi prima Columna indicat annos æræ communis, a Dionysio exiguo excogitatos, in quibus omnes per Europam ubique gentes conveniunt.

Secunda Cyclum solis indicat annorum 28, quo Literarum Dominicalium ordo annis 28 redeuntibus explicatur.

Tertia Literas Dominicales cujusque Cycli solaris indicat, ac proinde Bissextiles. Harum orbis anno quovis 28 absolvitur, et iterum redit ad easdem literas, unde Cyclus præcedens Solaris profectus erat.—Hic Cyclus Romano more incipit a Bissextili, Literisque. G F.

Quarta Cyclum Lunarem annorum 19 indicat, quibus vertentibus Neomeniæ ad idem fere principium unde profectæ erant redeunt.

Quinta diem Hebdomadæ in quem Kalendæ Jan. quovis Christi anno commune inciderunt.

Sexta annos Periodi Julianæ.—Septima Olympiades—Octava Indictiones.

Cyclum Solarem a Tigernacho non semel memoratum invenio. Perspexit nempe, cum Mariano Scoto, aliisque contubernalibus, dies anni Juliani 365 efficere hebdomadas 52, et unum diem superfluum; et septem dies cujusvis hebdomadæ exprimi in Calendario per septem literas

(1) Die lunæ, et die martis denatum inquit *Senchanus Eigeas.* Poeta Sæculi viii, ut creditur. Ogyg. p. 318.

*a*, *b*, *c*, *d*, *e*, *f*, et *g*, ita ut a quacumque litera annus incipiat, in eadem terminaret, si nullus annus bissextilis-ordinem hebdomadum interrumperet, ac proinde totum orbem hebdomadicum 7 annis absolutum fore, et literas feriales et Dominicales eodem ordine reversuros, quo quovis septimo anno priore. At bissextiles hunc ordinem turbare intellexit, non enim in eadem feria desinere annos bissextiles unde incipiunt, sed in sequente, ac proinde literarum Dominicalium orbem non annis septem, sed annis *quater septem* explicari.

Cyclum Lunarem pariter, et sæpius memorat, atque uno loco inquit annum Christi primum incipere ab anno *Tanastico* Cycli Lunaris, id est ab anno 2do istius Cycli; quia Hibernica vox *Tanast* indicat secundum, vel proximum. Intellexit nempe annis vertentibus 19, Neomenias ad idem fere principium redire, unde digressæ erant anno quovis 19 præcedente.

Ignoravit autem Cyclum Lunæ 19 minorem esse una hora, 27′, 32″, annis 19 Julianis, ac proinde annis 19 vertentibus non fieri præcisam motuum Solis et Lunæ æquationem, sed Lunam quovis 19no anno pristinam Epocham antevertere 1 hora, 27′, 32″, unde factum ut anno 1582, quo a Papa Gregorio XIII. Calendarii ordo reformata est, antecessio Lunaris circiter quatridui deprehensa fuerit, a tempore concilii Nicæni, spatio annorum 1257.

Id ignorans Tigernachus, Neomenias ad eosdem dies adscripsit, quibus annexæ erant quovis 19 anno vertente, sequenti methodo.—Initio a quovis 19 anno facto, ponamus quo Novilunia exhibentur diebus 23 Januarii, 21 Febr. 23 Martii, &c. iis diebus in Calendarii margine scribebant veteres, e regione novilunii, numerum I. indicantem annum Cycli primum. Anno sequente observabant Neomenias, *undecim* fere diebus antegressas, incidere in diem Jan. 12, Febr. 10, Martii 12, nam 11 fere diebus in singulis mensibus, Neomeniæ cujusvis anni Lunaris prioris anni Neomenias antevertunt. Ad hos itaque dies in calendarii margine apponebant numerum 2, anno 3tio numerum 3, et sic successive usque ad numerum 19, quibus expletis ad pristinum caput regrediebantur, Neomenias iterum notantes ad dies Jan. 23, Feb. 21, Martii 23, ut supra. Numeri in margine 1, 2, 3, &c. usque ad 19, auro decorati, aurei dicebantur.

Ex his facile intelligitur Veterum Chronichorum Methodus, et ordo Chronologicus, ad Fastos Julianos accommodatus, ac proinde methodus sequentium Annalium Tigernachi.—Si enim cum Tigernacho ponamus Kalendas Jan. anni primi Christi incidisse in feriam 7mam, i. e. Sabbatum, sequitur easdem Kalendas incidisse in Sabbatum anno 19no sequente, i. e. anno C. 18, Cycli ultimo, ut in Laterculo mox describendo annotavimus. (1)

Ne aliquid ad Tigernachi faciliorem explicationem deesset, Laterculo isto adjunximus Periodum Julianam, annorum 7980.—Istius Periodi usus præsertim in emendandis chronicis qui ab orbe

---

(1) Quod si de Cyclo Lunari cujusvis anni a nato Christo quæstio sit.—Eo anno addatur I, tum dividatur Summa numero 19. Quotiens indicabit numerum Cyclorum Lunarium a nato Christo, et residuum indicabit annum Cycli currentis. Si nihil residui manet annus erit Cycli ultimus sive 19.

Eadem Methodo Indictionis Romanæ annum invenies, si a dato quovis Christi anno subtrahas annos 312, (incepit enim Periodus ista ab anno 312) et residuos annos dividas numero 15. Tum qui remanent numeri indicabunt annum indictionis currentis eo anno Christi, si nihil remanet annus erit Indictionis ultimus (id est 15.)

Similiter cum annus Nativitatis juxta Vulgarem æram fuerit Cycli Solaris x, si numeri 10 addantur anno cuivis æræ istius, et summam dividas annis 28, Quotiens dabit numerum Cyclorum Solis a nato Christo, et Residuum indicabit annum Cycli currentis, si nihil remanet annus erit Correntis Cycli ultimus.

condito incipiunt, maximi momenti dignoscitur, cum quilibet ejus annus Cyclis præditus sit ita propriis, ut in nullo alio totius Periodi anno omnes simul inveniri possint.—Eam composuit Julius Scaliger e 3bus Cyclis, Lunæ, Solis, et Indictionum, (nempe 19, 28, et 15) in se multiplicatis, et Periodum efficientibus annorum 7980, qui omnes Cyclos et Chronicorum supputationes includit.

Qui ab orbe condito annos computant, uti Coemanus in Carmine *Annalad*, a nobis primum edito in Prolegomenis, valde dissentiunt inter se de mundi initio, et de anno mundi quo Christus natus est.—Mens quidem Coemani in isto Carmine eruitur ex variis temporum notis collatis inter se, et cum recentioribus. Auctor enim recentior Sæculi 12mi annum Christi 1180 ita describit—" Kal. Jan. fer. 1. Luna in prima quadrante—anno bissextile, Cycli 19lis tertio, " Mundi 5031."—Jam vero si annum 1180 deducamus ab anno 5031, remanet annus mundi 3951, quo Christum natum juxta Hebraicam veritatem asserit Coemanus. (1)

Id autem raro in veteribus Chronicis, tam manifestis notis invicem conspirantibus, erui potest. Magna est enim inter ipsos discrepantia in initiis annorum, nonnullis incipientibus a Verno tempore, ut Romæ conditæ anni, aliis a Solstitio Æstivo, ut Olympiades, aliis a mense *Nisan*, i.e. æquinoctio Vernale, ut primus Liber Machabæorum, aliis a mense *Tisri*, i.e. æquinoctio Autumnali, ut 2dus liber, et anni Seleucidarum, sive Æra contractuum, aliis a Kalendis Januariis sicut Indictiones Romanæ, aliis ab viii Kal. Sept. ut Indictiones Græcæ.

Hæ discrepantiæ magnam pariunt confusionem, quam Juliana Periodus resolvit. In ea enim omnes Epochæ sua initia et situm ita possident, ut cum aliis Cyclis immutabiliter, in quovis anno Periodi, copulentur, qui omnes simul in nullo alio totius Periodi anno possunt inveniri. Primus Periodi annus Cyclum possidet 1 Solis, 1 Lunæ, 1 Indictionis, qui characteres nullo alio totius Periodi anno conveniunt; ideoque qui rem aliquam evenisse audit, quovis anno Periodi istius, statim intelligit quo anno Christi, vel ante Christum evenerit, absque ulla ulteriore investigatione.—Primus Christi annus (juxta æram com.) Solis Cyclo x, Lunæ ii, et Romanæ Indictionis iv. præditus est. Atqui hæ tres notæ nullo alio totius Periodi Julianæ anno conveniunt præter quam anno 4714; ei si annos 4714 tribus istis Cyclis dividas, Cyclos ipsos 19, 28, et 15 habebis residuos.

Hac itaque methodo, anni qui in Tigernacho depravati leguntur, facile poterunt Laterculi sequentis ope, ad pristinam integritatem revocari.

---

(1) Vide Carmen istud Coemani, in Rer. Hib. t. 1. Prolegom.

## LATERCULUS CARDINUM CHRONICORUM QUIBUS TIGERNACHI NUMERI FERIALES RESTITUUNTUR.

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | El. J. | Per. Jul. | Olymp | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | i | GF | xii | 2 | 4705 | iv | 10 | |
| | ii | E | xiii | 4 | 4706 | 193 | 11 | |
| | iii | D | xiv | 5 | 4707 | ii | 12 | *Bellum Cualgniæ*, Cucullin, ætat. 17. |
| | iv | C | xv | 6 | 4708 | iii | 13 | |
| | v | BA | xvi | 7 | 4709 | iv | 14 | |
| | vi | G | xvii | 2 | 4710 | 194 | 15 | |
| | vii | F | xviii | 3 | 4711 | ii | 1 | |
| | viii | E | xix | 4 | 4712 | iii | 2 | |
| | ix | DC | i | 5 | 4713 | iv | 3 | |
| 1 | x | B | ii | 7 | 4714 | 195 | 4 | |
| 2 | xi | A | iii | 1 | 4715 | ii | 5 | Cucullin anno ætat. 27, occisus. (1) |
| 3 | xii | G | iv | 2 | 4716 | iii | 6 | |
| 4 | xiii | FE | v | 3 | 4717 | iv | 7 | |
| 5 | xiv | D | vi | 5 | 4718 | 196 | 8 | |
| 6 | xv | C | vii | 6 | 4719 | ii | 9 | |
| 7 | xvi | B | viii | 7 | 4720 | iii | 10 | |
| 8 | xvii | AG | ix | 1 | 4721 | iv | 11 | |
| 9 | xviii | F | x | 3 | 4722 | 197 | 12 | |
| 10 | xix | E | xi | 4 | 4723 | ii | 13 | |
| 11 | xx | D | xii | 5 | 4724 | iii | 14 | |
| 12 | xxi | CB | xiii | 6 | 4725 | iv | 15 | |
| 13 | xxii | A | xiv | 1 | 4726 | 198 | 1 | |
| 14 | xxiii | G | xv | 2 | 4727 | ii | 2 | Augustus moritur. |
| 15 | xxiv | F | xvi | 3 | 4728 | iii | 3 | |
| 16 | xxv | ED | xvii | 4 | 4729 | iv | 4 | |
| 17 | xxvi | C | xviii | 6 | 4730 | 199 | 5 | |
| 18 | xxvii | B | xix | 7 | 4731 | ii | 6 | |
| 19 | xxviii | A | i | 1 | 4732 | iii | 7 | |
| 20 | i | GF | ii | 2 | 4733 | iv | 8 | |
| 21 | ii | E | iii | 4 | 4734 | 200 | 9 | |
| 22 | iii | D | iv | 5 | 4735 | ii | 10 | |
| 23 | iv | C | v | 6 | 4736 | iii | 11 | |
| 24 | v | BA | vi | 7 | 4737 | iv | 12 | |
| 25 | vi | G | vii | 2 | 4738 | 201 | 13 | |
| 26 | vii | F | viii | 3 | 4739 | ii | 14 | |
| 27 | viii | E | ix | 4 | 4740 | iii | 15 | Pilatus missus Procurator in Judæam. |
| 28 | ix | DC | x | 5 | 4741 | iv | 1 | |
| 29 | x | B | xi | 7 | 4742 | 202 | 2 | |
| 30 | xi | A | xii | 1 | 4743 | ii | 3 | |
| 31 | xii | G | xiii | 2 | 4744 | iii | 4 | Christus crucifixus 23 Martii feria vi. |
| 32 | xiii | FE | xiv | 3 | 4745 | iv | 5 | |
| 33 | xiv | D | xv | 5 | 4746 | 203 | 6 | |
| 34 | xv | C | xvi | 6 | 4747 | ii | 7 | |
| 35 | xvi | B | xvii | 7 | 4748 | iii | 8 | |
| 36 | xvii | AG | xviii | 1 | 4749 | iv | 9 | |
| 37 | xviii | F | xix | 3 | 4750 | 204 | 10 | Tiberius moritur. |
| 38 | xix | E | i | 4 | 4751 | ii | 11 | |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp. | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 39 | xx | D | ii | 5 | 4752 | iii | 12 | |
| 40 | xxi | CB | iii | 6 | 4753 | iv | 13 | Pilatus seipsum occidit. |
| 41 | xxii | A | iv | 1 | 4754 | 205 | 14 | Claudius Imperat post Caligulum. |
| 42 | xxiii | G | v | 2 | 4755 | ii | 15 | *Irial* Rex Ultoniæ, ann. xl. |
| 43 | xxiv | F | vi | 3 | 4756 | iii | 1 | |
| 44 | xxv | ED | vii | 4 | 4757 | iv | 2 | |
| 45 | xxvi | C | viii | 6 | 4758 | 206 | 3 | |
| 46 | xxvii | B | ix | 7 | 4759 | ii | 4 | |
| 47 | xxviii | A | x | 1 | 4760 | iii | 5 | {xxvii. |
| 48 | i | GF | xi | 2 | 4761 | iv | 6 | *Lugadius* Rubricatus Rex Hiberniæ. an. |
| 49 | ii | E | xii | 4 | 4762 | 207 | 7 | |
| 50 | iii | D | xiii | 5 | 4763 | ii | 8 | |
| 51 | iv | C | xiv | 6 | 4764 | iii | 9 | |
| 52 | v | BA | xv | 7 | 4765 | iv | 10 | |
| 53 | vi | G | xvi | 2 | 4766 | 208 | 11 | |
| 54 | vii | F | xvii | 3 | 4767 | ii | 12 | Nero Imperat post Claudium. |
| 55 | viii | E | xviii | 4 | 4768 | iii | 13 | |
| 56 | ix | DC | xix | 5 | 4769 | iv | 14 | |
| 57 | x | B | i | 7 | 4770 | 209 | 15 | |
| 58 | xi | A | ii | 1 | 4771 | ii | 1 | |
| 59 | xii | G | iii | 2 | 4772 | iii | 2 | |
| 60 | xiii | FE | iv | 3 | 4773 | iv | 3 | |
| 61 | xiv | D | v | 5 | 4774 | 210 | 4 | Suetonius Paulinus Britannos vincit. |
| 62 | xv | C | vi | 6 | 4775 | ii | 5 | |
| 63 | xvi | B | vii | 7 | 4776 | iii | 6 | |
| 64 | xvii | AG | viii | 1 | 4777 | iv | 7 | Prima Persecutio. |
| 65 | xviii | F | ix | 3 | 4778 | 211 | 8 | |
| 66 | xix | E | x | 4 | 4779 | ii | 9 | |
| 67 | xx | D | xi | 5 | 4780 | iii | 10 | |
| 68 | xxi | CB | xii | 6 | 4781 | iv | 11 | Nero seipsum occidit. |
| 69 | xxii | A | xiii | 1 | 4782 | 212 | 12 | Vespasianus imperat. |
| 70 | xxiii | G | xiv | 2 | 4783 | ii | 13 | Templum Hierosol. incensum. |
| 71 | xxiv | F | xv | 3 | 4784 | iii | 14 | |
| 72 | xxv | ED | xvi | 4 | 4785 | iv | 15 | |
| 73 | xxvi | C | xvii | 6 | 4786 | 213 | 1 | |
| 74 | xxvii | B | xviii | 7 | 4787 | ii | 2 | |
| 75 | xxviii | A | xix | 1 | 4788 | iii | 3 | Colossus erectus in via Sacra. |
| 76 | i | GF | i | 2 | 4789 | iv | 4 | |
| 77 | ii | E | ii | 4 | 4790 | 214 | 5 | Rex Hiberniæ occisus. Interregnum. |
| 78 | iii | D | iii | 5 | 4791 | ii | 6 | Agricola Britanniam missus. |
| 79 | iv | C | iv | 6 | 4792 | iii | 7 | Titus Imperat post Vespasianum. |
| 80 | v | BA | v | 7 | 4793 | iv | 8 | Agricola spatium inter Glotam et Bodotriam Præsidiis firmat, anno exped. 3tio. |
| 81 | vi | G | vi | 2 | 4794 | 215 | 9 | Domitianus Imperat. |
| 82 | vii | F | vii | 3 | 4795 | ii | 10 | Agricola partes Britanniæ Hiberniam propius aspicientes, munitionibus firmat. *Crimthan* Rex Hiberniæ annis xvi. |
| 83 | viii | E | viii | 4 | 4796 | iii | 11 | Classis Romana circumnavigat Britanniam. |
| 84 | ix | DC | ix | 5 | 4797 | iv | 12 | Agricola Galgachum vincit, anno 7mo. |
| 85 | x | B | x | 7 | 4798 | 216 | 13 | |
| 86 | xi | A | xi | 1 | 4799 | ii | 14 | |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 87 | xii | G | xii | 2 | 4800 | iii | 15 | |
| 88 | xiii | FE | xiii | 3 | 4801 | iv | 1 | |
| 89 | xiv | D | xiv | 5 | 4802 | 217 | 2 | |
| 90 | xv | C | xv | 6 | 4803 | ii | 3 | |
| 91 | xvi | B | xvi | 7 | 4804 | iii | 4 | Clemens ordinatur Papa. |
| 92 | xvii | AG | xvii | 1 | 4805 | iv | 5 | |
| 93 | xviii | F | xviii | 3 | 4806 | 218 | 6 | 2da Persecutio. |
| 94 | xix | E | xix | 4 | 4807 | ii | 7 | |
| 95 | xx | D | i | 5 | 4808 | iii | 8 | |
| 96 | xxi | CB | ii | 6 | 4809 | iv | 9 | Nerva post Domitianum. |
| 97 | xxii | A | iii | 1 | 4810 | 219 | 10 | |
| 98 | xxiii | G | iv | 2 | 4811 | ii | 11 | Trajanus post Nervam. |
| 99 | xxiv | F | v | 3 | 4812 | iii | 12 | S. Joannes Ev. moritur. |
| 100 | xxv | ED | vi | 4 | 4813 | iv | 13 | Clemens Martyr. |
| 101 | xxvi | C | vii | 6 | 4814 | 220 | 14 | |
| 102 | xxvii | B | viii | 7 | 4815 | ii | 15 | |
| 103 | xxviii | A | ix | 1 | 4816 | iii | 1 | |
| 104 | i | GF | x | 2 | 4817 | iv | 2 | |
| 105 | ii | E | xi | 4 | 4818 | 221 | 3 | |
| 106 | iii | D | xii | 5 | 4819 | ii | 4 | |
| 107 | iv | C | xiii | 6 | 4820 | iii | 5 | Tertia Persecutio. |
| 108 | v | BA | xiv | 7 | 4821 | iv | 6 | S. Ignatus Martyr.—*Fiatach* Fin Rex Ultoniæ xx, annis 16. |
| 109 | vi | G | xv | 2 | 4822 | 222 | 7 | |
| 110 | vii | F | xvi | 3 | 4323 | ii | 8 | Pantheum Romæ fulmine tactum.—Anacletus Martyr. |
| 111 | viii | E | xvii | 4 | 4824 | iii | 9 | *Feredach* Rex Hiberniæ obiit.—*Fiacha* filius ejus succedit. |
| 112 | ix | DC | xviii | 5 | 4825 | iv | 10 | |
| 113 | x | B | xix | 7 | 4826 | 223 | 11 | |
| 114 | xi | A | i | 1 | 4827 | ii | 12 | |
| 115 | xii | G | ii | 2 | 4828 | iii | 13 | |
| 116 | xiii | FE | iii | 3 | 4829 | iv | 14 | |
| 117 | xiv | D | iv | 5 | 4830 | 224 | 15 | Trajano defuncto successit Hadrianus. |
| 118 | xv | C | v | 6 | 4831 | ii | 1 | |
| 119 | xvi | B | vi | 7 | 4832 | iii | 2 | Evaristus martyr. |
| 120 | xvii | AG | vii | 1 | 4833 | iv | 3 | Hadrianus in Britanniam transit. |
| 121 | xviii | F | viii | 3 | 4834 | 225 | 4 | Hadrianus murum duxit per $80^{m}$ pas. &c. |
| 122 | xix | E | ix | 4 | 4835 | ii | 5 | Hadrianus redit e Britannia. |
| 123 | xx | D | x | 5 | 4836 | iii | 6 | |
| 124 | xxi | CB | xi | 6 | 4837 | iv | 7 | Apologiæ Quadrati et Aristidis. |
| 125 | xxii | A | xii | 1 | 4838 | 226 | 8 | |
| 126 | xxiii | G | xiii | 2 | 4839 | ii | 9 | |
| 127 | xxiv | F | xiv | 3 | 4840 | iii | 10 | *Elim* Rex Ultoniæ xxi, annis x. |
| 128 | xxv | ED | xv | 4 | 4841 | iv | 11 | Aquila 2dus Interpretes. |
| 129 | xxvi | C | xvi | 6 | 4842 | 227 | 12 | |
| 130 | xxvii | B | xvii | 7 | 4843 | ii | 13 | *Tuathal* Rex Hiberniæ, annis xxx. |
| 131 | xxviii | A | xviii | 1 | 4844 | iii | 14 | *Mal* Rex Ultoniæ xxii, annis xxxiii. |
| 132 | i | GF | xix | 2 | 4845 | iv | 15 | |
| 133 | ii | E | i | 4 | 4846 | 228 | 1 | |
| 134 | iii | D | ii | 5 | 4847 | ii | 2 | |
| 135 | iv | C | iii | 6 | 4848 | iii | 3 | Marcus Eps Hierosol. primus e Gent. |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp. | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 136 | v | BA | iv | 7 | 4849 | iv | 4 | |
| 137 | vi | G | v | 2 | 4850 | 229 | 5 | |
| 138 | vii | F | vi | 3 | 4851 | ii | 6 | Adrianus obiit. Antoninus Pius imperat. |
| 139 | viii | E | vii | 4 | 4852 | iii | 7 | Justinus Apologiam edidit. Galenus floruit. |
| 140 | ix | DC | viii | 5 | 4853 | iv | 8 | Sixtus Papa Martyr. Succedit Telesphorus. Antoninus per Lollium Urbicum Britannos vincit. |
| 141 | x | B | ix | 7 | 4854 | 230 | 9 | |
| 142 | xi | A | x | 1 | 4855 | ii | 10 | |
| 143 | xii | G | xi | 2 | 4856 | iii | 11 | |
| 144 | xiii | FE | xii | 3 | 4857 | iv | 12 | |
| 145 | xiv | D | xiii | 5 | 4858 | 231 | 13 | |
| 146 | xv | C | xiv | 6 | 4859 | ii | 14 | |
| 147 | xvi | B | xv | 7 | 4860 | iii | 15 | |
| 148 | xvii | AG | xvi | 1 | 4861 | iv | 1 | |
| 149 | xviii | F | xvii | 3 | 4862 | 232 | 2 | |
| 150 | xix | E | xviii | 4 | 4863 | ii | 3 | |
| 151 | xx | D | xix | 5 | 4864 | iii | 4 | |
| 152 | xxi | CB | i | 6 | 4865 | iv | 5 | Telesphorus Papa Martyr. |
| 153 | xxii | A | ii | 1 | 4866 | 233 | 6 | |
| 154 | xxiii | G | iii | 2 | 4867 | ii | 7 | |
| 155 | xxiv | F | iv | 3 | 4868 | iii | 8 | |
| 156 | xxv | ED | v | 4 | 4869 | iv | 9 | |
| 157 | xxvi | C | vi | 6 | 4870 | 234 | 10 | |
| 158 | xxvii | B | vii | 7 | 4871 | ii | 11 | |
| 159 | xxviii | A | viii | 1 | 4872 | iii | 12 | |
| 160 | i | GF | ix | 2 | 4873 | iv | 13 | *Tuathal* Rex Hiberniæ occisus. *Felim* filius ejus regnat. |
| 161 | ii | E | x | 4 | 4874 | 235 | 14 | Antoninus P. moritur. Aurelius Imperat cum L. Vero. |
| 162 | iii | D | xi | 5 | 4875 | ii | 15 | Persecutio 4ta. |
| 163 | iv | C | xii | 6 | 4876 | iii | 1 | Justiuus Martyr. |
| 164 | v | BA | xiii | 7 | 4877 | iv | 2 | |
| 165 | vi | G | xiv | 2 | 4878 | 236 | 3 | |
| 166 | vii | F | xv | 3 | 4879 | ii | 4 | |
| 167 | viii | E | xvi | 4 | 4880 | iii | 5 | Polycarpus et Pionius Martyres. |
| 168 | ix | DC | xvii | 5 | 4881 | iv | 6 | |
| 169 | x | B | xviii | 7 | 4882 | 237 | 7 | L. Verus obiit. |
| 170 | xi | A | xix | 1 | 4883 | ii | 8 | |
| 171 | xii | G | i | 2 | 4884 | iii | 9 | |
| 172 | xiii | FE | ii | 3 | 4885 | iv | 10 | |
| 173 | xiv | D | iii | 5 | 4886 | 238 | 11 | Anicetus Papa Martyr. |
| 174 | xv | C | iv | 6 | 4887 | ii | 12 | 5 Provinciæ Hiberniæ, sive Pentarchia restituta. |
| 175 | xvi | B | v | 7 | 4888 | iii | 13 | |
| 176 | xvii | AG | vi | 1 | 4889 | iv | 14 | |
| 177 | xviii | F | vii | 3 | 4890 | 239 | 15 | |
| 178 | xix | E | viii | 4 | 4891 | ii | 1 | S. Irenæus factus Ep. Lugdun. |
| 179 | xx | D | ix | 5 | 4892 | iii | 2 | Montani initia. [Imp. |
| 180 | xxi | CB | x | 6 | 4893 | iv | 3 | M. Aurelius Antoninus obit, Commodus |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 181 | xxii | A | xi | 1 | 4894 | 240 | 4 | Theodotion Interpres 3tius. |
| 182 | xxiii | G | xii | 2 | 4895 | ii | 5 | |
| 183 | xxiv | F | xiii | 3 | 4896 | iii | 6 | Ulpius Marcellus in Britannia. |
| 184 | xxv | ED | xiv | 4 | 4897 | iv | 7 | |
| 185 | xxvi | C | xv | 6 | 4898 | 241 | 8 | |
| 186 | xxvii | B | xvi | 7 | 4899 | ii | 9 | |
| 187 | xxviii | A | xvii | 1 | 4900 | iii | 10 | *Connus* 100 præliorum occisus. |
| 188 | i | GF | xviii | 2 | 4901 | iv | 11 | |
| 189 | ii | E | xix | 4 | 4902 | 242 | 12 | Demetrius Alexandriæ Ep. xi, annis xliii. |
| 190 | iii | D | i | 5 | 4903 | ii | 13 | |
| 191 | iv | C | ii | 6 | 4904 | iii | 14 | |
| 192 | v | BA | iii | 7 | 4905 | iv | 15 | Commodus occisus. |
| 193 | vi | G | iv | 2 | 4906 | 243 | 1 | Pertinax, Didius, Severus. |
| 194 | vii | F | v | 3 | 4907 | ii | 2 | |
| 195 | viii | E | vi | 4 | 4908 | iii | 3 | |
| 196 | ix | DC | vii | 5 | 4909 | iv | 4 | |
| 197 | x | B | viii | 7 | 4910 | 244 | 5 | |
| 198 | xi | A | ix | 1 | 4911 | ii | 6 | |
| 199 | xii | G | x | 2 | 4912 | iii | 7 | |
| 200 | xiii | FE | xi | 3 | 4913 | iv | 8 | |
| 201 | xiv | D | xii | 5 | 4914 | 245 | 9 | Britannorum inaccessa Romanis loca Christo subdita.—Tertullian. |
| 202 | xv | C | xiii | 6 | 4915 | ii | 10 | Persecutio V. |
| 203 | xvi | B | xiv | 7 | 4916 | iii | 11 | |
| 204 | xvii | AG | xv | 1 | 4917 | iv | 12 | |
| 205 | xviii | F | xvi | 3 | 4918 | 246 | 13 | |
| 206 | xix | E | xvii | 4 | 4919 | ii | 14 | |
| 207 | xx | D | xviii | 5 | 4920 | iii | 15 | Severus Britanniam venit. |
| 208 | xxi | CB | xix | 6 | 4921 | iv | 1 | |
| 209 | xxii | A | i | 7 | 4922 | 247 | 2 | Severi murus, in Britannia. |
| 210 | xxiii | G | ii | 2 | 4923 | ii | 3 | |
| 211 | xxiv | F | iii | 3 | 4924 | iii | 4 | Severus obiit Eboraci. Filius Antoninus imperat, i.e. Caracalla. |
| 212 | xxv | ED | iv | 4 | 4925 | iv | 5 | Prælium *Cindebrad* in Hibernia. |
| 213 | xxvi | C | v | 6 | 4926 | 248 | 6 | |
| 214 | xxvii | B | vi | 7 | 4927 | ii | 7 | |
| 215 | xxviii | A | vii | 1 | 4928 | iii | 8 | |
| 216 | i | GF | viii | 2 | 4929 | iv | 9 | |
| 217 | ii | E | ix | 4 | 4930 | 249 | 10 | Antoninus occisus. Macrinus imperat. Scriptur. ed. v. reperta in Jericho. |
| 218 | iii | D | x | 5 | 4931 | ii | 11 | Prælium *Mucrum* in Hibernia. Macrinus occisus. Elegabal Imperat. |
| 219 | iv | C | xi | 6 | 4932 | iii | 12 | |
| 220 | v | BA | xii | 7 | 4933 | iv | 13 | |
| 221 | vi | G | xiii | 2 | 4934 | 250 | 14 | |
| 222 | vii | F | xiv | 3 | 4935 | ii | 15 | Elegabal occisus. Alexander Severus Imp. |
| 223 | viii | E | xv | 4 | 4936 | iii | 1 | |
| 224 | ix | DC | xvi | 5 | 4937 | iv | 2 | Urbanus Papa post Callistum M. |
| 225 | x | B | xvii | 7 | 4938 | 251 | 3 | |
| 226 | xi | A | xviii | 1 | 4939 | ii | 4 | |
| 227 | xii | G | xix | 2 | 4940 | iii | 5 | |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 228 | xiii | FE | i | 3 | 4941 | iv | 6 | Origenes Presbyter ordinatus. |
| 229 | xiv | D | ii | 5 | 4942 | 252 | 7 | |
| 230 | xv | C | iii | 6 | 4943 | ii | 8 | |
| 231 | xvi | B | iv | 7 | 4944 | iii | 9 | J. Africanus floruit. Origines Hexapla et Octapla scripsit. |
| 232 | xvii | AG | v | 1 | 4945 | iv | 10 | |
| 233 | xviii | F | vi | 3 | 4946 | 253 | 11 | |
| 234 | xix | E | vii | 4 | 4947 | ii | 12 | |
| 235 | xx | D | viii | 5 | 4948 | iii | 13 | *Fiacha* rex Ultoniæ 27, annis x. Alexander occisus. Maximinus Imp. xxvi. Persecutio vi. |
| 236 | xxi | CB | ix | 6 | 4949 | iv | 14 | |
| 237 | xxii | A | x | 1 | 4950 | 254 | 15 | Maximinus oc. Cælius Balbinus et Pupienus maximus Imp. xxvii. |
| 238 | xxiii | G | xi | 2 | 4951 | ii | 1 | Duo Imp. occisi. Gordianus Imp. xxviii. |
| 239 | xxiv | F | xii | 3 | 4952 | iii | 2 | |
| 240 | xxv | ED | xiii | 4 | 4953 | iv | 3 | |
| 241 | xxvi | C | xiv | 6 | 4954 | 255 | 4 | |
| 242 | xxvii | B | xv | 7 | 4955 | ii | 5 | |
| 243 | xxviii | A | xvi | 1 | 4956 | iii | 6 | |
| 244 | i | GF | xvii | 2 | 4957 | iv | 7 | Gordianus oc. Philippus Imp. xxix. |
| 245 | ii | E | xviii | 4 | 4958 | 256 | 8 | |
| 246 | iii | D | xix | 5 | 4959 | ii | 9 | |
| 247 | iv | C | i | 6 | 4960 | iii | 10 | |
| 248 | v | BA | ii | 7 | 4961 | iv | 11 | S. Cyprian Cathagin. et S. Dionysius Alexandriæ Epi creantur. |
| 249 | vi | G | iii | 2 | 4962 | 257 | 12 | Philippus oc. Decius Imp. xxx. |
| 250 | vii | F | iv | 3 | 4963 | ii | 13 | Persecutio vii. |
| 251 | viii | E | v | 4 | 4964 | iii | 14 | Decii oc. Gallus-Hostilius et Volusianus Imp. xxxi. Prælium *Crinna* A.D. 251. |
| 252 | ix | DC | vi | 5 | 4965 | iv | 15 | |
| 253 | x | B | vii | 7 | 4966 | 258 | 1 | Cornelius Papa Martyr. |
| 254 | xi | A | viii | 1 | 4967 | ii | 2 | Origenes moritur. |
| 255 | xii | G | ix | 2 | 4968 | iii | 3 | |
| 256 | xiii | FE | x | 3 | 4969 | iv | 4 | |
| 257 | xiv | D | xi | 5 | 4970 | 259 | 5 | Persecutio viii. Stephanus Papa Martyr. |
| 258 | xv | C | xii | 6 | 4971 | ii | 6 | S. Cyprianus Martyr. |
| 259 | xvi | B | xiii | 7 | 4972 | iii | 7 | Sixtus Papa Martyr. |
| 260 | xvii | AG | xiv | 1 | 4973 | iv | 8 | Valeriano capto a Sapore, Gallienus solus imp.—*Cormacus* Rex Hib. moritur. |
| 261 | xviii | F | xv | 3 | 4974 | 260 | 9 | |
| 262 | xix | E | xvi | 4 | 4975 | ii | 10 | |
| 263 | xx | D | xvii | 5 | 4976 | iii | 11 | Porphyrius Romam venit. |
| 264 | xxi | CB | xviii | 6 | 4977 | iv | 12 | |
| 265 | xxii | A | xix | 1 | 4978 | 261 | 13 | Greg. Thaumaturgus obiit. |
| 266 | xxiii | G | i | 2 | 4979 | ii | 14 | Hymenæus Hierosolymæ Eps. creatur. |
| 267 | xxiv | F | ii | 3 | 4980 | iii | 15 | |
| 268 | xxv | ED | iii | 4 | 4981 | iv | 1 | Gallienus occisus. Claudius Imp. xxxiii. |
| 269 | xxvi | C | iv | 6 | 4982 | 262 | 2 | |
| 270 | xxvii | B | v | 7 | 4983 | ii | 3 | Claudius obit. Aurelianus Imp. xxxiv. |
| 271 | xxviii | A | vi | 1 | 4984 | iii | 4 | |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 272 | i | GF | vii | 2 | 4985 | iv | 5 | Persecutio ix. |
| 273 | ii | E | viii | 4 | 4986 | 263 | 6 | Aurelianus, capta Zenobia, Longinum Magistrum ejus occidi jubet. |
| 274 | iii | D | ix | 5 | 4987 | ii | 7 | *Fingal* decollatus. |
| 275 | iv | C | x | 6 | 4988 | iii | 8 | Aurelianus oc. Tacitus Imp. xxxv. Felix Papa Martyr. |
| 276 | v | BA | xi | 7 | 4989 | iv | 9 | Tacitus moritur. Probus Imp. xxxvi. |
| 277 | vi | G | xii | 2 | 4990 | 264 | 10 | Probi annus 2dus. |
| 278 | vii | F | xiii | 3 | 4991 | ii | 11 | |
| 279 | viii | E | xiv | 4 | 4992 | iii | 12 | |
| 280 | ix | DC | xv | 5 | 4993 | iv | 13 | |
| 281 | x | B | xvi | 7 | 4994 | 265 | 14 | |
| 282 | xi | A | xvii | 1 | 4995 | ii | 15 | |
| 283 | xii | G | xviii | 2 | 4996 | iii | 1 | |
| 284 | xiii | FE | xix | 3 | 4997 | iv | 2 | Gauranum Prælium, in quo *Osgar* et *Carbreus* occubuere.—Dioclesiani annus primus. |
| 285 | xiv | D | i | 5 | 4998 | 266 | 3 | |
| 286 | xv | C | ii | 6 | 4999 | ii | 4 | |
| 287 | xvi | B | iii | 7 | 5000 | iii | 5 | |
| 288 | xvii | AG | iv | 1 | 5001 | iv | 6 | |
| 289 | xviii | F | v | 3 | 5002 | 267 | 7 | |
| 290 | xix | E | vi | 4 | 5003 | ii | 8 | Pictos primus memorat Eumenius in Panegyrico ad Constant. |
| 291 | xx | D | vii | 5 | 5004 | iii | 9 | |
| 292 | xxi | CB | viii | 6 | 5005 | iv | 10 | |
| 293 | xxii | A | ix | 1 | 5006 | 268 | 11 | |
| 294 | xxiii | G | x | 2 | 5007 | ii | 12 | |
| 295 | xxiv | F | xi | 3 | 5008 | iii | 13 | |
| 296 | xxv | ED | xii | 4 | 5009 | iv | 14 | |
| 297 | xxvi | C | xiii | 6 | 5010 | 269 | 15 | |
| 298 | xxvii | B | xiv | 7 | 5011 | ii | 1 | |
| 299 | xxviii | A | xv | 1 | 5012 | iii | 2 | |
| 300 | i | GF | xvi | 2 | 5013 | iv | 3 | |
| 301 | ii | E | xvii | 4 | 5014 | 270 | 4 | |
| 302 | iii | D | xviii | 5 | 5015 | ii | 5 | |
| 303 | iv | C | xix | 6 | 5016 | iii | 6 | |
| 304 | v | BA | i | 7 | 5017 | iv | 7 | |
| 305 | vi | G | ii | 2 | 5018 | 271 | 8 | |
| 306 | vii | F | iii | 3 | 5019 | ii | 9 | Constantinus M. Imp. xl. |
| 307 | viii | E | iv | 4 | 5020 | iii | 10 | |
| 308 | ix | DC | v | 5 | 5021 | iv | 11 | |
| 309 | x | B | vi | 7 | 5022 | 272 | 12 | |
| 310 | xi | A | vii | 1 | 5023 | ii | 13 | |
| 311 | xii | G | viii | 2 | 5024 | iii | 14 | Galerius Maximianus obiit. |
| 312 | xiii | FE | ix | 3 | 5025 | iv | 15 | |
| 313 | xiv | D | x | 5 | 5026 | 273 | 1 | |
| 314 | xv | C | xi | 6 | 5027 | ii | 2 | |
| 315 | xvi | B | xii | 7 | 5028 | iii | 3 | |
| 316 | xvii | AG | xiii | 1 | 5029 | iv | 4 | |
| 317 | xviii | F | xiv | 3 | 5030 | 274 | 5 | |

| An. C. | Cycl. S. | Lit. D. | Cycl. L. | Kl. J. | Per. Jul. | Olymp. | Indict. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 318 | xix | E | xv | 4 | 5031 | ii | 6 | |
| 319 | xx | D | xvi | 5 | 5032 | iii | 7 | |
| 320 | xxi | CB | xvii | 6 | 5033 | iv | 8 | |
| 321 | xxii | A | xviii | 1 | 5034 | 275 | 9 | |
| 322 | xxiii | G | xix | 2 | 5035 | ii | 10 | |
| 323 | xxiv | F | i | 3 | 5036 | iii | 11 | |
| 324 | xxv | ED | ii | 4 | 5037 | iv | 12 | |
| 325 | xxvi | C | iii | 6 | 5038 | 276 | 13 | Nicæna Synodus. |
| 326 | xxvii | B | iv | 7 | 5039 | ii | 14 | |
| 327 | xxviii | A | v | 1 | 5040 | iii | 15 | *Muredac-Tirac* Rex Hiberniæ. |
| 328 | i | GF | vi | 2 | 5041 | iv | 1 | |
| 329 | ii | E | vii | 4 | 5042 | 277 | 2 | |
| 330 | iii | D | viii | 5 | 5043 | ii | 3 | |
| 331 | iv | C | ix | 6 | 5044 | iii | 4 | *Eamaniæ* Excidium. |
| 332 | v | BA | x | 7 | 5045 | iv | 5 | |
| 333 | vi | G | xi | 2 | 5046 | 278 | 6 | |
| 334 | vii | F | xii | 3 | 5047 | ii | 7 | |
| 335 | viii | E | xiii | 4 | 5048 | iii | 8 | |
| 336 | ix | DC | xiv | 5 | 5049 | iv | 9 | |
| 337 | x | B | xv | 7 | 5050 | 279 | 10 | Constantinus M. obiit. |
| 338 | xi | A | xvi | 1 | 5051 | ii | 11 | |
| 339 | xii | G | xvii | 2 | 5052 | iii | 12 | |
| 340 | xiii | FE | xviii | 3 | 5053 | iv | 13 | |
| 341 | xiv | D | xix | 5 | 5054 | 280 | 14 | |
| 342 | xv | C | i | 6 | 5055 | ii | 15 | |
| 343 | xvi | B | ii | 7 | 5056 | iii | 1 | Paulus Eremita quievit. |
| 344 | xvii | AG | iii | 1 | 5057 | iv | 2 | |
| 345 | xviii | F | iv | 3 | 5058 | 281 | 3 | |
| 346 | xix | E | v | 4 | 5059 | ii | 4 | |
| 347 | xx | D | vi | 5 | 5060 | iii | 5 | |
| 348 | xxi | CB | vii | 6 | 5061 | iv | 6 | |
| 349 | xxii | A | viii | 1 | 5062 | 282 | 7 | |
| 350 | xxiii | G | ix | 2 | 5063 | ii | 8 | |
| 351 | xxiv | F | x | 3 | 5064 | iii | 9 | |
| 352 | xxv | ED | xi | 4 | 5065 | iv | 10 | |
| 353 | xxvi | C | xii | 6 | 5066 | 283 | 11 | |
| 354 | xxvii | B | xiii | 7 | 5067 | ii | 12 | |
| 355 | xxviii | A | xiv | 1 | 5068 | iii | 13 | |
| 356 | i | GF | xv | 2 | 5069 | iv | 14 | |
| 357 | ii | E | xvi | 4 | 5070 | 284 | 15 | { *Muredacus Tyrius* Rex Hiberniæ occisus.<br>{ *Eochodius Muigmedon* regnat. |
| 358 | iii | D | xvii | 5 | 5071 | ii | 1 | |
| 359 | iv | C | xviii | 6 | 5072 | iii | 2 | |
| 360 | v | BA | xix | 7 | 5073 | iv | 3 | Julianus Imperat. |

Digitized by Google

## TESTIMONIA DE TIGERNACHO.

Ex Annalibus Inisfalensibus ad ann. 1088—"*Tigernach h. Brain do shiol Mhuireadhaigh* "*Comharba Chiarain Cluana-mac-nois* 7 *Comain, Saoi oirdheirc en eagna, sa bhfoghlaim,* 7 *Ollamh* "*deaghurlabhra* 7 *fear ro sgriobh Annala Eirionn gus an mbliagham so d'eag* 7 *a adhlacadh ac* "*Cluain-mac-nois.*" i. e. Tigernachus Nepos Branii, de Clientela *Muradachi*, (1) Successor Ciarani Cluanæmac-nois et Comani, Sapiens illustris ingenio et doctrina, et Doctor egregius, et Vir qui scripsit Annales Hiberniæ, usque ad annum hunc, obiit, et sepultus est apud Cluanmacnois. (2)

Alia omitto, quæ videri poterunt in Waræi Scriptoribus, in Nicolsono, et Usseria, et in Prolegomenis nostris, a pag. xlvii, ad p. liii, et a p. clxiv, ad clxix.

---

(1) Vide supra pag. 1, not. 1. et confer Annales omnes Hibernicos ad ann. 1088.

(2) Abbatum Cluanensium Seriem, a primo Abbate Ciarano usque ad Tigernachum, Annales Hibernici enumerant et singulorum annos usque ad sæculum 16tum, accurate conservant.

# TIGERNACHI ANNALES,

## EX CODICE BODLEIANO, RAWLIN. No. 488.

(REX EAMANIÆ I. Cimbaoth.)

[M.S. Fol. 1.] Ante C. 305

*IN anno xviii° Ptolemæi, initiatus est regnare in* Eamain, (i. e. in Eamania, Ultoniæ Regia,) Cimbaoth *filius* Fintain, *qui regnavit annis xviii.—Tunc in* Temair Eachach buadhach, athair Ugaine, (*i. e.* Tunc in Temoria, totius Hiberniæ Regia, regnabat Eochodius Victor, pater Uganii.)

*Regnare ab aliis fertur Liccus.* (1) *Præscripsimus* Ollam *ab* Ugaine *regnasse. Omnia Monumenta Scotorum* (2) *usque* Cimbaoth *incerta erant.* (3)

---

(1) Hæc ostendunt diversas extitisse Hiberniæ historias, Tigernacho notas, quas invida ætas abstulit. Quæ enim extant tacent de *Licco*. Pro Cimbaothi annis xviii, Fragmentum vetus Rawl. 502, habet xxviii.

(2) "Omnia monumenta *Scotorum*." De Scotis vide Indices ad Rer. Hib. vol 1. *Scotos* primus ex Scriptoribus exteris memorat Porphyrius, "neque enim Britannia, fertilis Provincia Tyrannorum, nec *Scoticæ* "Gentes, omnesque usque ad oceanum, per circuitum barbaræ nationes, Moysen Prophetasque cognoverunt." Apud Hieron. Ep. ad Ctesiph. Confer Holstenii dissert. de Sciptis Porphyrii, p. 15, 16. unde patet Scoticas gentes extra Britanniam Insulam tunc positas fuisse.

*Pictos* primus memorat Eumenius in Panegyrico ad Constantium Cæsarem, ubi statum Britanniæ Romanæ sub Carausio conferens cum eodem, tempore adventus Julii Cæsaris, monstrat longe difficiliorem fuisse victoriam Constantii de Carausio, quam J. Cæsaris de Britannis, quia "Natio etiam tunc [tempore Cæsaris] rudis, "et soli Britanni. *Pictis* modo et *Hibernis* assueta hostibus, adhuc seminudis, facile Romanis armis signisque "cesserunt."—Itaque quos Pictos et *Scotos* appellat Ammianus anno 360, eosdem Pictos et *Hibernos* appellat Eumenius, anno 290. Hinc Claudiani "Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne," et "Totam cum Scotus Iernen movit—et Bedæ verba" Hibernia propria *Scotorum* Patria est, qui ab hac egressi, tertiam in Britannia, Britonibus et Pictis gentem addiderunt."—Hiberniam exclusive Scotiam dictam fuisse a Romanis, demonstrat Usserius in Primordiis. Assentit Gibbonus in Tabula Romani Imperii, Historiæ suæ Imperii Romani præmissa. Gibbon Decl. et Fall, &c. vol. 1.

(3) "*Incerta*" sed non omnino respuenda.—Regum Hibernor. nomenclatura, a *Cimbaotho* ad Christum natum, prope convenit numero cum Regibus Ægyptiis, qui eodem intervallo regnaverunt. Primus enim regnavit Ptolemæus *Lagides*, ab obitu Alexandri, ante C. 323, ad ann. 285.—Deinde *Philadelphus* annis 23.—Postea *Evergetes* I. ab anno ante C. 247.—Quartus *Philopator* annis 17, ab anno ante C. 221.—Quintus *Epiphanes* 2dus,

*Hoc tempore Zeno Stoicus, et Menander Comicus, et Theophrastus Philosophus claruerunt.* * * * * (4)

285 *Ptolemæus Philadelphus regnare cœpit, qui regnavit annis xxxviii.*

*A.M.* III.DCC.VII. (5)

*Ptolemæus Judæos qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, et Eleazaro Pontifici multa Hierosolymam, et ad Templum donaria Vasa transmittens, lxxii Interpretes petiit, qui Scripturam sacram in Græcum verterunt eloquium. Non solum enim gentium scripta, sed Divinas Literas in Bibliothecam suam contulit, nam lxxx librorum millia in ea collocavit.—Tantæ vero potentiæ fuisse narratur, ut Ptolemæum Patrem vinceret. Narrant enim Historiæ habuisse peditum cc. equitum xx. curruum cc. elefantum, quos primus adduxit ex Æthiopia, xl. naves longas, quas Liburnas dicimus, itemque alias ad portanda militum cibaria, mille et quingentas.* (6) *Per idem tempus Aratus Astrologus agnoscitur, atque Argentei numi primum Romæ constituuntur.*

280–1 Kl. *Sosthenes regit Macedonios annis ii. Sostratus Cnidius Pharum in*

---

prioris filius, qui regnavit annis 24, ab anno ante C. 204 usque ad annum ante C. 181, quo ei successit *Philometor*, Ptolemæorum sextus.—De cæteris, vide notas, 14, 15, 10.

*Flannus*, qui Synchronismos Regum Hiberniæ scripsit ante ann. 1050, quo obiit, inquit—"Coævi habentur Ptolemæus *Lagides* et *Uganius Magnus*, Ptolemæus *Philadelphus*, *Laogarius Lorc*, *Cobtachus*, et "*Labradius Navalis* Reges Hiberniæ." Consentit Tigernachi Fragmentum vetus, No. 502, Fol. 1, b. col. 2, lin. 34. Vide supra pag. xvii.—Carmina vetera, sæculorum ix, x, xi, *Eochodii*, *Maolmurii*, *Flanni*, *Coemani*, et aliorum, Uganium Magnum 78m· Hiberniæ Regem enumerant, et *Dunchi* Regis, ex Patre *Eochodio Victore* Nepotem, quod cum Tigernacho plane convenit. Addunt, ex antiquiorum Carminibus *Uganium*, cum ingenti classe, in mare Mediterraneum navigasse, postquam magnates Hiberniæ sibi obstrinxissit jurejurando, dicto "*Grian agus gaoth agus uile duile*," (i. e. per Solem, et ventum, et omnia Elementa) se suosque ei et Posteris obtemperaturos. Subjungunt filium ejus *Laogarium Lorc* (i. e. Ferocem) ei successisse annis xvi, deinde regnasse *Cobthacum Coel*, et postea *Labradium Navalem*. Vide IV Magistror. Annal.

(4) Quæ memorantur a Tigernacho, de Græcis et Romanis, et Britannicas Insulas minime tangunt, et satis nota sunt, omittimus, iis tantum exceptis, quæ rerum Hibernicarum seriem, ordine Chronologico, nectunt.—Chronologicæ rationes in margine, appositæ sunt juxta methodum Petavii, et operis egregii "*L' Art de verifier* "*les dates*." Omnia in textu, sunt Tigernachi verba, iis exceptis quæ in parenthesi includuntur.

(5) Æram Mundanam, ex Bedæ opere de sex ætatibus, tam juxta 70 Interpretes, quam juxta Hebraicam veritatem, Tigernachus ita describit, ut ubi numeri corrupti sunt, facillime ex Beda corrigi possint.

(6) Ex his emendatur Beda, qui eadem ex Eusebio narrans, inquit "curruum ii millia, Elephantos, quos primus adduxit ex Æthiopia, cccc. et cætera his similia." De sex ætat. ed. Cantabr. fol. 1722, pag. 14. Tigernachus itaque coram habuit vel meliorem editionem Eusebii, vel meliorem Bedæ.—De Ptolemæi classe consulendus est tomus xxxviii eximii operis "*Memoires de l' Acad. des Inscr.*" pag. 581, Plutarc. in Demetrio, Plin. l. vii, c. 56. Athenæas, l. 5, editionis Casaubon. p. 203.—Primi triremes conditi fuere pro Samiensibus, ab Aminocle Corinthio, circa Olympiadem xxiii, ut in Thucydide, l. 1, p. 10, ed. Henr. Steph. 1588. Thasios postea, tectas longas fecisse, vulgo *Decks*, scribit Plinius, id est post Xerxis tempora.

[MS. Fol. 1, col. 2.]

*altissimo Urbis Alexandriæ loco construxit.* (7) *In loco Seleuci, in Syria, et Babilonia, et tota pene Asia, regnat Antiochus, qui et Soter dictus est, annis xix.*

(REX EAMANIÆ II. Eochaig-Faebur.)

Kl. Eochaigh Faebur mc Fedaigh *regnat* an Eamain *annis xx.* (8) * * *

*A.M.* III.DCC.XXXVIII. *Ptolemæus Evergetes, frater superioris Regis annis xxvi. regnat.* * * * 247

[MS. Fol. 1, b. 1.]

*A.M.* III.DCC.L. *Ptolemæus Philopator filius Evergetis, regnat in Ægypto annis xvii.* * * * * 221

*Magno terræ motu Caria et Rhodus Insula adeo concussæ sunt, ut labentibus vulgo tectis, ingens ille Colossus rueret.* (9)

(REX EAMANIÆ III. Concobar-Roth.)

Kl. Concobar Roth, mc Cathair, *regnat* an Eamain *annis xxx.*

KKKK. *A.M.* III.DCC.LXXIV.

Kl. *Ptolemæus Epifanes, filius Philopatoris regnat annis xxvi.* (10) * * * * * 204

Kl. *Ptolemæus Philometor regnat annis xxxv.* (11) 181

---

(7) Sostrati Pharum referunt alii ad ann. ante C. 284, cui anno assignant etiam lxx Interpretum Historiam. Ita Petavius in Animadv. ad Epiphan. de Pond. et mens. p. 379.—Sosthenis initia refert idem ad ann. ante C. 280.—Tigernachus ex Eusebio et aliis, hæc conjicit in annum proxime præcedentem regno *Eochodii* Regis Ultoniæ, qui regnare cæpit anno ante C. 281.

(8) Codex 502 habet "*Eochu Eolfechuir mc Fedaich.*"—Flaherteus, ex aliis Codicibus scribit *Macham*, Cimbaothi Reginam, in Eamania regnasse intervallo brevi, inter maritum et *Eochodium* hunc. Subjungit autem ex Codice suo Tigernachi—"alia lectione *Achaius Faobhar*, filius *Fedachi*, filii *Fomarii*, filii *Argetmari* Regis "Hiberniæ" ut in Ogygia, p. 105.

Memoratur quidem, in antiqnis Carminibus, a Cormaco Rege in unum Codicem *Psalter Caissel* dictum, collectis, *Macha Mongruadh* sive *Macha Capillorum Rubrium*, Regina Hiberniæ post Cimbaothi obitum, et *Rechtadh Righ-derg*, (sive *crobh-derg*, i. e. Carpo-ruper) ponitur pro Machæ successore, in Codice vetere Cluanense apud Flahert. ib: itemque in O'Duvegani Carmine "*Ata sun seanchus:*" quibus adhæret Bruodinus in Carmine contra O'Clerium, incipiente "*Cuirfeat Cumeoin ar clann tail.*" Sed Tigernachus antiquiora consuluit monumenta; aliquando notæ Chronicæ in ejus Annalibus erroneæ sunt, id vero Amanuensibus tribuendum est, ut patet ex iis quæ cum serie temporum conveniunt.

(9) Rhodiensis Colossi ruinam refert Eusebius ad ann. 2m. Olymp. 139, id est ad ann. ante C. 223.—Jacuit in solo mirandum illud Opus Charetis, usque ad ann. C. 643, quo Saracenorum Rex Mauvia, capta Rhodo, cum vendidit, testante Cedreno.—Cubitorum 70 altitudinis fuisse scribit Plinius, l. 34, c. 6.

(10) "Annis xxiv." Beda de sex ætat.

(11) Conveniunt Eusebius et Beda. Certum est itaque ex Tigernacho *Concobarum Roth* tertium fuisse Eamaniæ Regem, et regnasse in Ultonia antequam Philometor regnasset in Ægypto, Fatetur Flahertæus Codicem suum Tigernachi consentire cum nostris. Attamen, Tigernachum deserens, *Fiachnaum Hua-mun-Kennum*, inquit-

(REX EAMANIÆ IV. Fiachna.)

179 KK. Fiachna mc Feidhlim, *Rex* an Eamain *annis xvi.* * * * * * * * *

164 *Mathathia mortuo, (in) Judæorum Ducatu successit filius ejus Judas Machabæus, a quo fratres Machabæi dicti sunt, anno c.xlviii* (MS. Fol. 1. b. 2.) *Regni*
164 *Græcorum. xx°. vero anno Ptolemæi, Olympiade vero c.lv.* (12) * * * * * * * *

*Antiochus Epifanes, sub quo Eleazarus, et fratres Machabæi passi sunt, versus in amentium, desperatione et mærore in Thebis, oppido Persidis, periit. Licet in Martyrologio Dysenteria et vermibus esse consumptus, miserabiliter dicatur.* (13)

163 KK. *Antiochus alius junior regnat in Syria annis xv.*

(REX EAMANIÆ V. Daire.)

KK. Daire mc Forgo *regnat* an Eamain *annis lxxii.* (14) * * *

---

" Forannani filium, regnasse in Ultonia, inter *Eochodium Faobhar* et *Concobarum Roth*, ejus e Cathirio fratre " nepotem." pag 107, et 109. *Fiachnaus* autem fuit *Hua-Mun-Kenni* ex Fedhlimio filio nepos, et 4tus Eamaniæ Rex, ut in omnibus Tigernachi Codicibus; a quibus discedere nequeo, donec antiquiora afferantur.

(12) Ex his notanda est æra Hibernica Eamaniæ.—Æræ Græcorum initium dedit primus Seleuci annus, non ab Alexandri obitu ductus, sed ab anno 12mo. postea, i. e. ab anno ante C. 312, quo Seleucus Babiloniam recuperavit —" Ab hoc principio, inquit Eusebius, Græcorum Imperium in Machabæorum Historia profi- " ciscitur." Dem. Ev l. 8, c. 2. Ergo annus 148 *Regni Græcorum*, supra a Tigernacho memoratus, fuit annus ante C. 161.—Beda eadem enarrans ex Eusebio, pro cxlviii, habet cxlvi, De sex ætat. p. 15,—Vir doctus T. Smith notam hanc apponit —" Recte hic Beda e libro 1 Machabæor. et 12mo Josephi, c. 9, ponit mortem " Mathathiæ et successionem Judæ anno 146 *regni Græcorum*, Recte etiam ponit 20m. annum Philometoris in " Olymp. 155, secundum Eusebium. Quod autem hunc annum Philometoris et illam Olympiadem ponat in " anno 146 Regni Græcorum, id ex suo ipsius errore dictum est."—Certe Judas Pontificatum iniit anno ante C. 161, ut in Doctrina Temporum Petavii.—Eadem porro est æra Græcorum ac Alexandrea, et Seleucidarum, et Contractuum, et quæ in libris Machabæorum adhibetur, in quibus annus incipit, in primo libro, a mense *Nisan*, i. e ab æquinoctio Vernale, in 2do a mense *Tisri* sive Autumnali—Eadem est etiam æra *Edessenorum*, de qua infra, Imperante Probo.—Æra itaque Hibernica conditæ Eamaniæ, incipiens ab anno *xviii Ptolemæi Lagidis*, recentior est æra Græcorum Asiatica, Ægyptiaca et Judaica annis 7.

Consentit Codex Flahertei in annis xxx, *Concobari Roth*. Ogyg. p. 107. Item O'Duvegan in Carmine " *Ata sun seanchus*" et Bruodinus in Carmine " *Cuirfeat Cumaon ais clain tail.*" Ibid. Hi veteres Codices penes sese habuere, qui jam desiderantur.

(13) Tigernachum virum probum fuisse hæc indicant; qui non cæca stultitia cuique auctoritati manus victas dederit, sed probatiora, diligenti inquisitione facta elegit. Vide 1. Machab. c. 6.

(14) Mire conveniunt in annis 72 Codices MSS. Carmina, et Auctores,—Sic conveniunt Codices Græci omnes in æra Mundana diversa ab Hebraicis, et Hebraici pariter conveniunt inter se. Unde convenientia ista orta sit ignorant docti —Interim, non obstantibus his 72 annis, non pauciores Reges Ultoniæ habent Catalogi metrici veteres, et Annales Hibernici, a condita Eamania ad Christi adventum, spatio trium Sæculorum, quam Reges fuere Ægypti eodem intervallo. Vide notas 3, 15, et 19 —Consentiunt omnes Codices et Carmina Hibernica *Darium mc Forgo* regnasse Eamaniæ, paulo ante regnum Ptolemæi Evergetis, 2di. istius nominis, in Ægypto.

*A.M.* III.DCCC.XXXVIII. K. *Ptolemæus Evergetes (alius) regnat annis xxix.* (15) * * * * *

[MS. Fol. 2.]

*A.M.* III.DCCC.LV. *Ptolemæus Physcon qui et Soter, regnat annis xvii. Cicero Arpinas gignitur, Matre Helvia, Patre vero Equestris ordinis. E Regio Volscorum genere. Varro nascitur.* 116

[MS. Fol. 2, col. 2.]

*A.M.* III.DCCC.LXV. *Kl. Ptolemæus, qui et Alexander, annis x regnat.* (16) 99

(REX EAMANIÆ VI. Enda.)

Enda mc Rochada *regnat* an Eamain *annis v.* (17)

*Hoc tempore Rhetorica Ars Romæ reperta est. Syria per Gabinium Ducem. in Romanorum Dominium transit,*[g.] *vii*[o.] *anno Ptolemæi, capto Philippo a Gabinio. Poeta quoque Lucretius nascitur, qui postea sese furore amatorio interfecit.* 92

(REX EAMANIÆ VII. Fiach.)

KKKK. Fiach mac Fadhcon *regnat an Eamain an. xii.* (18)

KKKKK. III.DCCC.LXXIII. (19) *Ptolemæus Physcon qui a matre sua* 89

---

(15) Consentit in anno Mundi 3838, Beda de sex ætat. p. 15, itemque in annis Evergetis "*xxix.*" Ptolemæorum successiones ab initio usque ad *sextum*, inclusive, numeravimus supra in nota (4).—Sexto, nempe Philometori, successit *septimus* Evergetes 2dus. frater Philometoris, qui cum fratre primum *sex annis*, et deinde solus 29 *annis* regnavit usque ad ann. ante C. 116, quo obiit. Tigernachus recte notat et hunc appellatum fuisse *Physcon*, id enim patet ex Josepho contra Apion, l. 11, et ex Strabone, l. 17. Successit ei filius *Lathurus*, qui fuit Ptolemæorum *octavus* ab anno ante C. 116. Hic a matre Cleopatra pulsus anno regni 17, ante C. 100, in Cyprum secessit ibique regnavit.—Ei successit in Ægypto *nonus* Alexander frater ejus, qui regnavit annis x, usque ad annum ante C. 90, quo, matre ab eo interfecta, pulsus est, et occisus a civibus.—Tunc Lathurus a Cypro revocatus, regnum Ægypti iterum tenuit annis 8, usque ad annum ante C. 81.—De cæteris vide *notas* 13, et 19. Ambo Ptolemæi, *septimus* et *octavus*, Physconis Cognomine notantur a Strabone, Josepho, Epiphanio, et aliis, qui *octavum*, i. e. Lathurum, pariter *Soterem* appellant, ut supra a Tigernacho. Beda inquit de Lathuro—"Ptolemæus Physcon, qui et *Soter*, annis xvii." Extant et nummi in quibus eadem cognomina servantur, uti notant Harduinus, Petavius, Norisius, et Usser.

(16) Pulso in Cyprum Lathuro, anno ante C. 100, successit ei frater Alexander Ptolemæorum *nonus* anno 99. Justin. l. 39.

(17) Consentit in *Enda*. Codex Tigernachi Flaherteanus in Ogyg. p. 113.

(18) Consentit pariter Flaherteanus Codex in *Fiacho*; cum tamen e Regum Ultoniæ Catalogo excludit Flahertens, quia inquit—"*de eo nihil alibi invenio.*"

(19) Æra Mundana 3873 ponitur hic a Tigernacho, juxta numerationem Eusebii et Bedæ, ex "*Hebraica* "*veritate*," quo anno ambo conveniunt Ptolemæum Physcon iterum Ægyptum obtinuisse, annis 8. Agitur nempe de *Lathuro*, cujus secundum initium refertur ad annum ante C. 89, ut supra not. 15.

A defuncto Lathuro, anno ante C. 82, obscuri sunt Ptolemæorum anni. Tigernachus Ptolemæum Dionysium ponit Lathuri successorem annis xxx. Similiter Strabo, Eusebius, Beda. Dionysius is non alius est quam *Auletes*, ante quem duo alii Reges regnaverunt, unde chronographis non mediocris temporum labes.—Notante Paulo Manutio, in Comment. ad primam Agrariam, et postea Aldo in Diatriba de Ptolemæis, unde sequitur

Ante C.

89 *Cleopatra in Cyprum fuerat dejectus, regnat annis viii, qui regressus iterum Regnum (Ægypti) obtinuit.*

*Per idem tempus, Gallus Romæ Retoricam docuit primus. Salustius Historiographus nascitur. Silla vastat Athenienses.* KKKKK.

*A.M.* III.DCCCC.III. Kl. *Ptolemæus Dionysius regnat annis xxx.* (20) *quia Alexandrum, qui ante eum regnavit, ob interfectionem matris suæ, cives pepulerunt.*

(REX EAMANIÆ VIII. Findchadh.)

Findchadh mc Baiccedha *regnat* an Eamain *an. xii.* Tricha Righ ro bai do Laighen for Er. o ta Labraidh Loingsech co Cathair mor.

Finchadus filius Bacedi regnat in Eamania annis xii. Triginta Reges Lageniensium dominaverunt supra Hiberniam, a tempore Labradii Navalis, usque ad Cathirium magnum.

(REX EAMANIÆ IX. Concobar.)

K. Conchubur Mael mc Futh *regnat* an Eamain *an. xii.*

Anno sequente Concobarus Calvus, filius Futhi, regnare incæpit in Eamania annis xii. (21)

---

*Decimum* Ptolemæum fuisse, non Dionysium, sed Alexandrum Alexandri filium, Lathuri fratrem, a Sulla creatum, anno ante C. 81, qui dies regnavit xix non amplius.

*Undecimus* fuit Alexander, superioris frater, ut in Trogi Prologo. No. xxxix, qui eodem anno, ante C. 81, regnare cæpit, et regnavit annis 16, aut usque ad 17m. inchoatum. Obiit ante C. 64, quo anno successit *Duodecimus* Ptolemæus *Dionysius*, (alias *Auletes*) nothus, non Lathuri filius, ut apparet, sed insititius, qui conscius testamenti quod Alexander apud Tyrios condiderat, (ubi moriens Populum Romanum hæredem reliquit, (ut in Ciceronis pro Lege Agraria) usurpatum regnum, Romanorum amicitia tueri desiderans, et ideo tributa immania a suis exigens, regno pulsus est, anno regni sui octavo, ante C. 57, quo Romam petiit.—Biennio postea, Pompei jussu, a Gabinio restitutus, anno ante C. 55, Recuperato regno, quot mensibus vixerit incertum est.

*Decimus tertius* regnavit Ptolemæus, cognomine pariter *Dionusus*, Auletæ filius, sive *Dionysius* 2dus, cum sorore Cleopatra; qui, sorore pulsa, solus postea regnavit. Hic Pompeium occidit; et cum Cæsari, in Ægyptum profecto, bellum intulisset, in conflictu ipso periit in Nilo anno ante C. 47. Ultima *Cleopatra*, post fratris obitum, sola regnavit annis xvii. Periit anno ante C. 30.

Itaque Reges Ægypti fuere numero 14 eodem intervallo quo Reges Ultoniæ fuere 14. Vide supra notas 3, et 16, et infra, annum C. 47. *Concobarus* enim Rex Ultoniæ xiv, regnavit ab anno ante C. 14.

(20) Ptolemæus *Dionusos*, cum sorore Cleopatra primum, mox, ea expulsa, solus regnavit ab anno ante C. 40 Tigernachus Eusebium et Bedam sequitur, qui annos xxx ei tribuunt.

(21) Codex Dublin, quamvis ex Codice Bodleiano 488 descriptus, habet mendosissime pro "*annis xii,*" annis xxii. Codex Bodl. 502, habet *annis xxiii*. Consentit autem cum Bodleiano Rawl. 488, Flaherteanus in Ogygia, pag 113.—Triginta Reges Lageniensium qui dominaverunt usque ad Cathirium Magnum, non successive Reges totius Lageniæ fuere, sed Reguli, qui vi et armis sibi potentiam ad tempus usurpaverunt

Ante C.

KK. Kl. *Quinto anno Ptolemæi, Alexandra uxor Alexandri Pontificis, post mortem ejus regnavit, annis ix, Judæis, ex quo tempore Judæos Reges confusio et variæ clades oppresserunt. Post cujus mortem Aristobulus et Hircanus, filii ejus, inter se de Imperio dimicantes, occasionem præbuere Romanis ut Judæam invaderent. Itaque Pompeius, Hierosolymam veniens, capta Urbe, et* 63
*Templo reserato, usque ad S. Sanctorum accessit. Aristobulum vinctum secum duxit, Pontificatum Hircano confirmat, quem ipse tenuit xxxiv annis. Tunc primum Romanis gens Judæorum facta est tributaria.* (22) * * * *

KKKKKKKKKK. *Apollodorus Præceptor Augusti clarus habetur.*

KKKK. *Cicero Laude oratoria celebratur.* (23) *Cato philosophus et Horatius nascuntur. Virgilius Maro pago qui dicitur Andes, haud procul a Mantua, nascitur, Patre Stimacone figulo, matre vero Maia.* (24)

*Pompeius et Crassus fuere Consules in hoc anno.* 51

(REX HIBERNIÆ Duach—REX EAMANIÆ X. Cormac.)

Cormac mac Laighthighe *regnat* an Eamain *an. xvii.* KKKKKKKKK. In cath Catharsha sa bl. sea la Cessair for Pomp Maighe a Muigh na Tesaille . . . (26) an Eghipt. Duach dalta Deghadh an Er and sen.

Cormaeus filius Lagtigi regnat in Eamania annis xvii. (25) Nono regni ejus anno Prælium ingens gestum est a Julio Cesare contra Pompeium magnum in Campo Thessaliæ. Pompeius fugit in Ægyptum. Duachus Alumnus Degadii tunc regnavit in Hibernia. 48

KKKKKKK. *Cæsar Germanos et Gallos capit. Britannos quoque stipendiarios fecit. Virgilius Cremonæ studiis eruditur.*

---

(22) Pompeius Hierosolymam occupavit, "*Olympiade* 179, *C. Antonio et Marco Tullio Cicerone Coss.*" ante C. 63, quando Judæos Romanorum Vectigales fecit, et pulso Aristobulo, Hyrcano Pontificatum reddidit.

(23) Orationem habuit pro Sexto Roscio Amerino, anno ante C. 80, ut in Aulo Gellio xv, 27.—Decrevit Senatus, anno ante C. 58, renitente Clodio, nulla de re agere nisi Cicero ab exilio revocaretur. Orationem habuit pro Gabinio, anno ante C. 54, pro Milone, anno 52. Occisus est anno ante C. 43.

(24) Natus est anno ante C. 70, obiit Brundusii anno *ante* C. 19. Vide Antonii Ambrogii Florentini Opera Virgilii, ex Cod. Mediceo Laurentiano, Romæ fol. 1763, ubi de Vita Virgilii, pag. lxvi, &c.

(25) Flaherteanus Tigernachi Codex convenit in annis xvii, cum Cod. 488 Bodleiano, ut in Ogygia, pag. 114. Bodleianus Rawl. No. 502, habet annos xviii.

(26) Verba Pompeius fugit restituuntur ex Codice 502, ubi post "Ægyptum" lego "ibique, ut littus attigit, "mox, jussu Ptolemæi adolescentis, in gratiam Cæsaris Victoris, occisus est."

(REX EAMANIÆ XI. Mochta.)

47 *A.M.* III.DCCC.XXV. Kl. Mochta mc Murchuradh *regnat* an Eamain *annis iii.* (27) *Cleopatra* Siur (i.e. Soror) *Ptolemæi, regnat annis xxii.* (28)

Kl. *Græcorum deficit regnum, quod stetit annis cc.lxxx. id est in xv anno regni . . . .* (29) *ad principium regni J. Cæsaris, vel ccc annis, id est in xv anno* [MS. Fol. 2. b. 1.] *regni Octavii. Mors Cleopatræ, i.* deg flaith Gc̄, (i.e. optimæ Reginæ Græcorum.)

45 INCIPIT REGNUM ROMANORUM, QUOD PERMANEBIT USQUE AD FINEM SÆCULI.

44 Kl. *Tertio anno regni Cleopatræ, J. Cæsar primus Romanorum singulare obtinuit Imperium, qui Cleopatram violavit, a quo Romanorum Principes Cæsares appellati sunt.*

(REGES HIBERNIÆ II Eochodu, ET REX EAMANIÆ XII Eochaig mc. Daire.)

Eochaig Aiream *Rex Hiberniæ.*

K. Eochaig m. Daire r. an Eamain an. iii.

KK. Eochaig Airim oc. est o Sighmhall sithanennta i Fremaind, l. Ferchul Breg do marbh e.—Eochaigh Fedleach r. Hib. *an. xii.* (30)

Eochodius Aiream rex fuit Hiberniæ totius.—Anno sequente Eochodius filius Darii regnare incæpit in Eamania annis tribus—Anno postea secundo Eochodius Aiream occisus est a Sigmalio Pacificatore, in regione Fremaniæ, vel, juxta alios, Fercalius Bregiensis occidit eum.—Regnavit deinde Eochodius Mœstus, Rex Hiberniæ totius, annis xii.

---

(27) Conveniunt in annis iii, Codices prædicti omnes, itemque in anno mundi III.DCCC.XXV.

(28) Ita Eusebius, et ex eo Beda, de sex ætat. et recte " annis xxii."

(29) Locus Mendosus. Cleopatra regnavit primum annos tres, cum fratre Ptolemæo Dionysio; pulsa deinde tempore quo Pompeius e Pharsalica pugna fugit in Ægyptum, (Appian, l. 2, Dio. l. 42) nempe anno U.C. 706, post biennium, fratre in Alexandrino prælio occiso, restituta a J. Cæsare, anno U.C. 708, regnavit annos xvii, usque ad occupatam Alexandriam ab Augusto, anno 22 ab obitu Ptolemæi Auledi.

Beda ad annum mundi quo Actiacum prælium gestum est, inquit " Hactenus qui vocabantur *Lagidæ* in " Ægypto regnaverunt annis cc.xcv." Vide supra, notas 3, 15, 19.

Anni Græcorum recte colliguntur ex l. 1, Machab. c. 1. unde constat Antiochum Epiphanem, anno Græcorum 143, Hierosolymæ Templum diripuisse. Annus is incurrit in Olympiadis 152. annum 3, U.C. 584, ante C. 170. Vide supra, not. 12, et confer Cleopatræ annos, ut in Textu, infra, p. 10.

(30) *Eochodii* hujus initia refert Flahertens ad ann. ante C. 28, quo Pentarchiam Hibernicam, antea intermissam, restauravit. Genealogiam ejus e vetere Codice. ab Avo meo, in Margine exemplaris Stowensis Ogygiæ descriptam invenio his verbis, pag. 267. " *Each-Feidhl. m. Finn, m. Finnlogha, m. Finnchuil, m. Roith, m.*

Kl. *Cæsar a cæso ventre matris dictus est.*

Kl. *Cassius Dux Romanorum, Judæa capta, Templum Hierusalem spoliavit.* (31)

(REX EAMANIÆ XIII. Eochaigh Fuilbuidhe.)

K. Eochaigh Fuilbuidhe mc Loich r. an Eamain an. iii. (32) Ora d.c Cesair ro sa bl. ri aircendrughadh in domhum do 7 ar traethadh Pomp. Maighe tanic don Roim, 7 do timain an Roim do.

Anno ante C. 39. Eochodius Oculi flavi, filius Lochii, regnare incæpit Eamaniæ annis 3. (33) Orosius dicit Cæsarem, profligato Pompeio anno hoc, et obtento mundi dominio supremo, venisse Romam, et Romam se subdidisse ei.

*Auctoribus Bruto et Cassio, conscio etiam plurimo Senatu, post iv. annos et vi. menses Monarchiæ suæ, in Curia, xx. et vi. vulneribus a suis confossus, J. Cæsar interiit.* * * * *Abhinc Imperatores.* (34) — *A.M.* IIII.CCCC.LXVI. 44

---

" *Riogheoin*, m. *Esomoin-Eamhna*, m. *Blathachta*, m. *Beodachta*, m. *Labhradha*, m. *Enna aigneach*, m. *Aongusa* " *Tuirmeach* .T. Sic in antiquo Codice Membraneo penes me, et in O'Duvegani Codice—*Eoch. Feidhl.* m. *Finn.* " m. *Finntain*, m. *Roigein-ruadh*, m. *Esamhain Eamna*, m. *Blaithechda*, m. *Labhradha*, m. *Enna Aidhnigh*, m. " *Aongusa Tuirmeach T.*" Vide infra, notam 36, et annum ante C. 30.

(31) Eadem habet Beda de sæx ætat, p. 16. Judæorum tamen servitus Romana deducitur a Templo reserato a Pompeo, anno 2, Olympiadis 179, Urbis 691, ante C. 63. Exinde Romanis tributum pendere cæperunt, ac præcipuis Urbibus, quæ Judæis hactenus parebant, Præsidi Romano permissis, gens Hebræa intra proprios terminos redacta fuit, teste Josepho, l. 14, c. 8, quæ mutatio Epocham constituit in Historia Judaica. Vide supra, pag. 12, not. 1.

(32) Flaherteus ex suo Codice inquit—" Post *Moctcum* (Ultoniæ Regem xi.) Achaius (seu *Eochoid*) *Concobari* " *Moel*, e *Dario* filio Nepos, Rex Ultoniæ *quadriennio*." Ogyg. p. 115.—Subjungit " *Cormacum*, *Moctcum*, et " *Achaium* hunc *Flavi-Oculi*, recte hoc ordine, immediate post *Concobarum Moel*, sibi invicem succedentes, habet Tigernachus." ib. Consentiunt ergo in his successionibus, tres Codices vetustissimi Tigernachi

(33) Consentit Codex Tigernachi Flahert. Og. p. 116.—Flaherteus tamen Codicem istum deserens, loco Eochodii ponit *Rudricium* annis lxx! Rudricio sucessisse ait filium ejus *Bresalum* (ib. p. 19) annis xii, deinde *Eochodium* Flavi-oculi, postea *Congalum*, Bresali fratrem, annis xv. (p. 121.) post quem ponit *Fachtnaum Fatach*, Rudricii nepotem, annis xxx, cui successisse ait *Fergusium Lediden*, p. 127.

Subjungit ad ann. Mundi 3865, " *Bresalum*, Ultoniæ Regem, anno regni 3*tio*. Hiberniæ totius Regem effectum " annis *novem*; Annales IV Magistrorum annos xi ei tribuere ex variis Coemani exemplaribus, unum autem " exemplar ei *novem* tantum tribuere, et Codicem Cluanensem *decem*."

Denique ad ann. M. 3874. narrat *Eochodium Flavi Oculi*, filium Lochii, post Bresalum defunctum, *tribus annis* regnasse in Ultonia, usque ad ann. M. 3877, quo *Congalus* ei successit annis xv.—Fatetur autem Tigernachum his repugnare " Tigernachus (inquit) *Rudricium*, *Bresalum*, *Congalum* et *Fachtnaum Fatach* inter Reges Ultoniæ " non numerat, quia non Ultoniæ tantum, sed etiam universæ Hiberniæ Reges evaserant." p. 120.

Flannus, qui obiit grandævus anno 1050, hæc habet in Synchronismis—" Ptolemæi Lathuri et Ptolemæi " Alexandri fratrum tempore, in Hibernia successive regnarunt *Crimthanus-Cosgrach*. *Rudricius*, *Innatmarius*, " *Bresalus*, et *Lugadius-Luaigne*." —Subjungit " C. Julio Cæsare et Octaviano Augusto Imperantibus, regna " sua successive inierunt *Achaius Fedhloch*, *Achaius Arem*, *Ederscolius*, *Nuadus-Niveus*, et *Conarius primus*— " *Conarius* Tiberii, Caligulæ, et Claudii Imperatorum regna regnavit."

(34) Numeros in Codice 488 depravatos, restituo ex Tigernachi vetere Fragmento in Codice 502, consentiente

Ante C.

42 Kl. *Anno ab urbe condita* DCCX. *interfecto Julio Cæsare, Cæsar Octavianus, qui testamento J. Cæsaris, Avunculi sui, et hæreditatem et nomen assumpserat, quique postea, rebus potitis, Augustus dictus est, regnavit annis lvi, et mens. vi, et dieb. xii, quorum xv. vivente Cleopatra, xl. vero et unum postea vixit annos, a quo Augusti Reges Romanorum appellati sunt.* * *

(EAMANIÆ REX XIV. Fergus mc Leidhi.)

KK. Fergus mc Leidhe *regnat an Eamain an. xii.* (35) ⁏ *ꝯflixit* in adhargh peiste allech Rudhraidhe 7 a badhadh and. KKKKK. *Nativitas* Concullain mc Scanlain *xi anno Augusti.* (36)

Fergusius Ledides regnat in Eamania annis xii, qui conflixit contra Monstrum in Lacu Rudragiorum, et dimersus est ibi. Anno v. postea nativitas Concullini filii Scanlani, xi. anno Augusti.

31 KKKKKKKK. *Undecimo anno Augusti, deficiente in Judæa Pontificatu, Herodes, nil ad eum pertinens, utpote Antipatri Ascalonitæ, et matris*

cum Beda. Occubuit autem Julius Cæsar anno 2do. Reformati a se Calendarii Romani, anno nempe ante æram Com. 44, Urbis C. 710. Tigernachus inquit, " ab hinc Imperatores," i. e. ab anno ante C. xliv.

At alius est annus *primus Julianus*, incipiens a Reformato Calendario, ab anno nempe qui Cæsaris cædem proxime præcessit, ante C. 45, alius annus *primus Imperii*, incipiens ab anno proximo *post cædem Julii*, ante C. xliii. Augustus obiit anno Reformati Calendarii 59, æræ com. xiv; incidit ergo annus primus æræ com. in annum Julianum, sive Reformati Calendarii 46, Urbis Conditæ annum Varronianum 754; id est, Palilia 754, eo anno putari cæpere.—Anni *Imperii* proinde incipiunt ab anno ante æram com. 43. Vide infra, not. 37.

(35) Conveniunt in annis xii, tres Tigernachi codices antiqui, nempe duo Bodleiani et Flaherteanus.—Flannus, qui obiit grandævus anno 1050, ut antea diximus, annos Regum non numerat, sed tantum Synchronismos, et verba ejus de Fergusii tempore mire conveniunt " Octavianus Augustus duobus annis Imperavit, cum " Fergusius filius Ledei factus esset Rex Ultoniæ."

Eadem habet ex Codice Lecano Flaherteus, pag. 127, et quidem conveniunt omnes qui Pentarchiam veterem Hibernicam memorant, regnante in Hibernia *Eochodio-Feidhlaoch*, ut infra ad ann. ante C. 30.

(36) CONCULLINI NATIVITAS.

Post verba Hibernica—" *7 a badhadh and,*" MS. Rawl. 502. hæc habet, quæ desunt in MS. 488.—" KKKKK " Nativitas *Concullain mc Scanlain* undecimo anno Augusti." Sed vide infra, not. 40.

Hæc sunt antiquissima quæ extant de ipso anno nativitatis Concullini, de quibus vide annum æræ Com. 2. Unde recte Flaherteus inquit ibidem.—Anno Cuculandi Herois natalem præcedente, qui anno Christi 2, viginti septem annos natus, ab authoribus signanter traditur denatus, *Achaius Feidhlaoch*, Rex Hiberniæ, Hugonii Magni divisionem Hiberniæ refixit (lege rescissit.) Quo tempore Provinciarum 5 Hiberniæ Reges fuere *Fergusius Ledides* Ultoniæ, &c. ut infra, not. 37. Confer pag. 11, infra, not. 37, 39, 40.

Concullandus ille memorabilis pugil in lucem editus est, A.M. 3924, tam anno primo post rescissam Hugonii Magni Divisionem Hiberniæ, quam anno 25, ante Cæput æræ Christianæ, &c.; ut apud diversos sigillatim consignatum invenio in Codice Cluan, in Flanni Synchronismis apud O'Duveganum, fol. 105, *a*, in Cod. Lecan. fol. 178, *b*, et in Chronico Scotor ad ann. 432.

Ante C.

*Cypridis Arabicæ filius, postquam occidit Hircanum Pontificem, a Romanis accepit Imperium Judæorum, quem tenuit annis xxxvi.* * * *

[MS. Fol. 2. b. 2.]

30 KKKK. *Ab hoc anno primum annum Monarchiæ Augusti computant.* (37) *Marcus Antonius insecutus ab Augusto, sese propria manu interfecit, et Cleopatra, uxor ejus, Serpentis morsu in sinistra tacta, exanimata est.*

(REX HIBERNIÆ Eochoid Feidh-laech, REX ULTONIÆ XV. Concobar mc Nessa.)

Eochoid Feidhlaech *mortuus est.* (38)—*Hoc anno cæpit regnare* an Eamain (in Eamania) Concobar mc Nessa, *qui rexit annis lx.* (39)

Conaire mor mac Edersgeoil R. Hib. an. *lxxx.* Ranta Erinn i coig rannaibh iar ngeed argain Bhruighne-da-berga for Conaire mor mc Edersgeoil, etir Con-

Conarius Magnus filius Edersgeolii Regis Hiberniæ, Rex fuit Hiberniæ annis lxxx. (40) Divisa est Hibernia in quinque partes, post primam vastationem Arcis, sive

---

(37) Aliud est *prælium Actiacum*, quod gestum est anno ante C. xxxi, alii *Actiaci anni*, qui exordium sumunt ab anno sequente, ante Christum xxx, ut in Censorino, cap. 21, quo anno Antonius et Cleopatra sibi mortem intulerunt. Ab hoc anno ut recte notat Tigernachus, anni *Monarchiæ Augusti*, accurate repetuntur, auctore Dione. Alii sunt anni *Augustorum Romani*, qui ex Calendis Jan. proficiscuntur, ab anno nempe quo *Cæsarr vii, et Agrippa iii. Coss.* fuere, ante C. 27, quo anno *Augusti* nomen Cæsari tributum est, ut in Censorino, c. 21. Dione 53, &c. Denique alii sunt anni *Romani Imperii*, sive *Monarchiæ Romanorum*, initium ducentes ab anno proximo post cædem J. Cæsaris, ab anno nempe ante C. 43. Vide notam præcedentem 34.

(38) De hoc Rege, vide supra. *not.* 30, 33.

Pentarchiæ Hibernicæ Provinciis præfuere hoc tempore, " Fergusius filius Ledei *Ultoniæ*, *Deagus* filius Seni " et *Tigernachus Tedbannach* frater, aut Patruelis Deagi, utrique *Momoniæ*, *Rossius Rufus*, filius Fergusii " maritimi, *Lageniæ*, Connactiam, tum in ternas partes divisam, possidebant e Damnoniorum semine *Fidhaicus* " filius Fegi *Fircraibiam*, a Fidhaci Regia Limericum usque; *Achaius Allat Irrusdamnoniam*, a Galviæ fluvio " ad Dubium et Drobisium fluvios, in confinibus Ultoniæ, et *Tinneus* filius Conrii, Planitiem amplam *Moi-* " *Saimh*, a Fidhaci Regia ad Temoriam de Broganiadh in Lagenia. Ex his erant *Clanna-Mornai*, et postremi " Reges Connaciæ e Damnoniis, et alii prisci Connaciæ incolæ, *Olnegmact* appellati," ut in MS. *Dinseanchus*. Flannus in Synchronismis inquit.—" J. Cæsare et Octaviano Augusto Imperantibus, regna sua inivere succes" sive in Hibernia, *Eochodius Feidhlaoch*, *Eochodius Aireum*, *Edersceolius*, *Nuadus-Nireus*, et *Conarius I.* Edersceolii " filius. Conarius Tiberii Caligulæ et Claudii Imperatorum regna regnavit. Conario regnante natus est " Christus."

(39) " Annis lx." Conveniunt omnes Codices, ex quibus sequeretur Concobarum regnasse usque ad annum æræ com. xxx, quod nec rejiciendum opinor. donec antiquiora afferuntur.

(40) Hæc de Conarii annis, procul dubio corrupta, desunt in Codice 502, ubi textus sic legitur.—" Hoc anno " cæpit regnare *an Eamain*, *Conchobar mc Nessa*, qui regnavit annis lx. *Ro rannad h Erin iarsin hi coic, iar n* " *arccain Conaire moir mc Etarsccoil hi m Bruidin dergga ettir Conchubur mc Nessa, ocus Coirpre Niafer, 7 Tigernach* " *Tetlibannach, 7 Dedad mc sin, 7 Ailill mc Magag. Isin t sechtmad bliand iar n dith Conaire ro gabh Luguid* " *Reonderg Righi. Slogad Tana-bo-Cuailgni.* KKKKKKKKKKKKKK. Maria mater Dni nata est."

Conario I. annos lx, tribuit pariter, ex Flanni Synchronismis, Flahertæus, pag. 131. " Eo regnante Pro" vinciarum Reges fuere Concobar mc Nessa *Ultoniæ*, Cairbre Niafear *Lageniæ*, Olildus et Meabha filia " Achaii Feidhlaoch fuere Rex et Regina tripartitæ *Connaciæ*, Achaius Abrathruadh Momoniæ Australi præ-

cobhar mc Nessa, 7 coirpre Niafer, 7 Tigernach Tedbannach, 7 Dedad mac sin, 7 Aill: mc Madach, 7 Meabh Cruachan a Condra.

munimenti Regii duorum Heroum, contra Conarium Magnum, Edersgeolii filium. Divisa est nempe, in quinque partes, inter Concobarum filium Nessæ, et Carbreum Niafear, et Tigernachum Tedhbunnach, et Degadium filium ejus, et Alildum Magagi filium, et Meabham Reginam *Cruachaniæ*, Arcis Regum Connaciæ.

25 K. Genemain Concullain *Herois*.

Anno sequente Concullinus Heros, (vulgo *Cucullin*) natus est. (41)

KKKKKK. *Virgilius Maro in Bruindisi, lii. ætatis suæ anno, mortuus est, cujus ossa in Neapolim transvecta sunt, hoc Epitaphio quem ipse ante mortem suam dictaverat, tumulo ejus super posito,—Mantua me genuit, &c.*

KKKKKKKKK. Muire mr in Tigherna do genemain, (*i. e. Maria mater Domini nata.*) (42)

KKKKKKKKKKKK. *Incipit sexta mundi ætas ab Incarnatione Xpi usque ad diem Judicii.—Beda beatus breviter sequentia habet—sexta mundi ætas, nulla generatione vel serie temporum certa, sed ut ætas decrepita, ipsa totius Sæculi morte consumanda.*

Madh o loscadh Tempuill. i Tempuill Solmain—co gen Cr. iar setaib,
*lxxxix*. mbl. acht is ar u cetaib.
Cind da bl l. o chrutad in domuind,—ix.c. teora mile-co gem. Cr. iar colaind.
Cetna bl. tosaigh oig caithchair is sin in bl. ria ro genair Cr. bl. tann. h. doneedechdu hi ro genair Cr. mc Debn. $\overline{\text{III}}$.DCCCC.LII. (43)

i. e. Periodus ab incenso Templo Solymarum, ad natum Christum, consentientibus doctis.—Annos 89 numera et præterea quingentos. (589.)—Post duos annos et quin-

"fuit, et Curoi mc Dari, nepos Deagi, Momoniæ boreali," ut ex variis MSS. Codicibus Flahert. p. 131.—De Pentarchiæ Hibernicæ antiquitate. Vide Giraldum Topogr. Hib. Dist. 3. c. 4, et 5.

(41) Vide annum æræ com. 2dum. unde constat decantatissimum *Cucullinum* obiisse eo anno, ætatis 27, ac proinde natum anno ante æram com. xxv, quo tempore Hibernia in Pentarchiam divisa erat, et Damnonii Connaciæ bellum gerebant contra Ultoniam.—De Concobaro mc Nessa, vide not. 39, 40, et infra ann. 30.

(42) Codex 502. Virginis nativitatem memorat, quatuor notis *KKKK*. interpositis, ante obitum Virgilii, qui obiit anno ante C. 19. Ita, juxta Tigernachum, Virgo nata fuerit anno ante C. 23, quod nullius veterum auctoritati refragatur. Codex 488, 12m. tantum annorum notas interponit inter natam Virginem et Redemptorem.

(43) Extat in hac Bibliotheca, Exemplar vetus in Pergamena Carminis Hibernici "*Annalaidh*," editi in

quaginta a creato mundo. Numera nongintos et ter mille ad natum Christum in carne. (3952.)—Incipiens annus novæ supputationis fuit is qui nativitatem Christi præcessit. Annus Tanasticus (44) Cycli Decennovenalis, is fuit in quo natus est Christus filius David.) (45) 1

*Kl. vii feria. Ab Adam v̄.c.xc, juxta lxx Interpretes, secundum vero Hebraicam veritatem* III.DCCCC.LII. *ab urbe vero condita anno* DCC.LII. *anno quoque Imperii Cæsaris Augusti xlii. et anno secundo Decennovenale, et vii feria, Jesus filius Dei sextam mundi ætatem suam, suo adventu consecravit. Beda ait Cæsaris Augusti xlii,* (46) *a morte vero Cleopatræ et Antonii, quando et Ægyptus in Provinciam versa est, anno xxvi°.* (47) *Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ* (48) *anno tertio, ab Urbe vero condita* DCC.LII. *id est, eo anno*

---

Prolegomenis nostris, Rer. Hib. t. 1, scripti a *Gilda Coemano*, eodem sæculo quo Tigernachus floruit, in quo eadem Mundana supputatio, ex Hebræis Codicibus deducta habetur. Disticha in textu a Tigernacho servata, excerpta sunt ex alio vetustiore Carmine Hibernico *Maolmurii*, qui medio Sæculo ix floruit. Coemanus in uno disticho annos numerat 3952 a Creatione ad Christum, quos in partes 5 sic distribuit.—Ab initio ad Diluvium sunt anni 1656; inde ad Abraham 292; inde ad David 942; inde ad Captivitatem Babylonicam 473; indeque ad Christum natum 589.—Supersunt etiam sex vetusta Hibernica incerti auctoris Disticha, de quinquæ ætatibus ante Virginis partum, quorum quinque eosdem terminos comprehendunt, uti notat Flahert. in Epistola Lyncæo inscripta, pag. 7. Beda annum Mundi 3952, primum Christi statuit, cujus computum sequitur Maelmurius, Sæculo ix, uti supra in Textu

(44) *Tanastus* Hibernice idem est, &c. *a Rege 2dus.* Itaque annum nativitatis appellat *Tanasticum*, qui 2dus. fuit Cycli Decennovenalis. Vide not. 45, et 46.

(45) Agitur de anno primo æræ com. qui fuit 2dus Cycli decennovenalis. De vero anno nati Redemptoris docti discrepant. Extat nummus Herodis Antipæ editus a Norrisio, qui, anno Tetrarchiæ ejus Galileæ xliii signatus est, anno nempe Urbis Conditæ 791, quo Herodes is exauctoratus fuit a Caio, tum versante apud Baias. Atqui si annos 43 retro colligas, ab anno U. C. 792, pervenies ad ann. U. C. 750, quo *Herodes magnus* obiit, juxta Josephum, l. 17, c. 8, et 11, ubi inquit Lunæ defectionem ejus obitum antecessisse, die 13 Martii, hora 2. 45'. a media nocte. Eo anno Archelaus Romam venit, ut ex Patris testamento regnum ab Augusto obtineret, ut in Josepho, l. 17, c. 11, et 13. Eodem anno ineunte, cum Magi Christum adorassent, ac metu Herodis, Joseph cum Christo et B.Virgine in Ægyptum recessisset, Herode mortuo circa Pascha, Nazarethum reversi sunt. Jam vero ante Herodis obitum Christum natum necesse est, et nullus præcedentium annorum convenit præter proxime præcedens annus U. C. 749, Olympiadis 193, *quartus*, Periodi Julianæ 4709, ante Æram Communem annus *quintus* currens. Vide not. 52.—Denique Johannes, et tum Christus eodem anno nati sunt, "*Cos Augusto Cæsare xii. et L. Cornelio Sulla,*" qui fuit annus ante æram Com. V. quo anno Census extra ordinem a Quirinio institutus fuit, ut in Doctrina Temp. l. 12, c. 8.

(46) "Augusti xlii." Ita etiam Beda de sex ætat. p. 16.—Vir doctus Thos. Smith, inquit Bedam hos annos supputare a cæde Cæsaris, unde nativitas Christi inciderit in an. Per. Jul. 4712, duos annos ante æram vulgarem, et quidem consentiunt cum hoc anno xlii Augusti, et Per. Jul. 4712, reliquæ æræ quas Beda hic memorat, et ex eo Tigernachus. Restat quæstio an hic annus includendus sit in computo, necne? Scaligerus annum hunc excludens, æram com. orditur ab Augusti xliii, in editione sua Chronici Eusebii. Henr. Stephanus in sua editione includit annum Augusti xlii, Periodi Jul. 4712. Petavius, etsi Scaligeri inimicissimus, cum eo consentit in excludendo anno isto. Æramque com. orditur ab anno Periodi Julianæ 4713. Liberum cuique est utrum horum annorum currentem vel integrum velit eligere.

(47) Lege xxvii, ut in Cod. 502, et in Beda de sex ætat. p. 16.

(48) "Olymp. 194." Bed. ib.

A.C.

*quo compositis cunctarum per orbem terræ gentium motibus, firmissimam verissimamque pacem, ordinatione Dei, Cæsar composuit, Jesus Christus filius Dei sextam mundi ætatem, suo consecravit adventu.*

2 Kl. *Mors* Concullain *fortissimi Herois Scotorum,* la Lugaid mc na tri Con 7 la h Erc mc Cairpre Niafer. (49) *vii.* mbl. a aes in uair do gabh gaisced, *xvii* in tan bai andiaidh Tana bo Cuailgne, *xxvii* an tan adbath. (50)

Mors Concullini fortissimi Herois Scotorum, occisi per Lugadium filium Conroi, Regem Momoniæ, et per Ercum filium Carbræi Niafear, i. e. Regem Temoriæ, et a tribus filiis Collatini de Connachtensibus. Septimum ætatis annum attigit quando obtinuit insignia Militaria, xvii anno ætatis insecutus est prædam boum Cualgniæ. xxvii ætatis annum attigit quando occisus est. (51)

K. *ii.* K. *iii.* K. *v.* K. *vi.*

*Anno Imperii Augusti xlvii. Herodes moritur.* (52) *Hic in igne exin-*

---

(49) In Codice, No. 502, textus sic se habet—" Mors *Concullain* fortissimi herois Scotorum *la Lugaid mc* "*Tricon .i. Ri Mumhan, 7 la Eirc mc Coirpre Niadfir .i. Ri Temrach, 7 la maccu Callatin de Connachtaib.*" (i. e. Mors Concullini fortissimi herois Scotorum, occisi a Lugadio, filio, vel alumno, Triconii, id est, Rege Momoniæ, et ab Erico filio Carbræi Niadhfir, i. e. Rege Temoriæ, et a filiis Collatini de Connachtensibus.)

(50) Subjungit Codex 502—" Mors *Eirc mc Cairpri Righ Temrach, 7 Lugdach mc Conroi, la Conall Cearnach,* " 7 *inriud cetri coiced n Eren la sechtmain o Ultaib.*" (i. e. Mors Erci filii Carbræi Regis Temoriæ, et Lugadii filii Conroii, occisi a Conallo Cearnach, et vastatio quatuor Provinciarum Hiberniæ, spatio septimanæ, per Ultonienses.)—Hæc omnia *Concullani,* (vulgo Concullini) tempora plane definiunt, ut alibi demonstravimus. Prolegom. pag. 12. Vide notam 36, et sequentem.

(51) Non fuit itaque *Cucullinus* coævus vel Oissino, vel S. Patricio. Occisus est anno 2do. æræ com. notante Tigernacho, qui Kal. Jan. sequentium 4 annorum 3, 4, 5, et 6, notavit feriis convenientibus, literis G anni 3tii, *F. E.* quarti Bissextilis, quinti *D.* et 6ti C. ut in Laterculo his Annalibus præmisso; ita ut de Tigernachi mente nulla quæstio possit exoriri, præsertim cum conveniant Codices ambo Bodleiani cum Flaherteano, iique omnes cum Chronico Scotorum ad ann. æræ com. 432, his verbis—" A morte *Concullaind* " herois, usque ad hunc annum ccccxxxi anni sunt." Consentiunt item Codex Cluan, cum Synchronismis in Codice O'Duvegani, fol. 105, *a,* et cum Codice Lecan, fol. 178, *b,* in Ogyg. p. 128, et 134. Conveniunt pariter Annales Inisfalenses ad ann. æræ com. 432.

" A morte *Concullaind* herois, usque ad hunc annum ccccxxxi anni, Patricius Archiep. in Hiberniam venit, " atque Scotos baptizare inchoat nono anno Theodosii Minoris, primo anno Episcopatus Sixti, qui fuit xlv " Episcopus Romanæ Ecclesiæ, in 4to anno Laeghaire mc Neill."—Atqui annus 432 fuit Theodosii Junioris, a morte Patris sui Honorii, *nonus,* Papæ Xisti primus, et Laogarii, Regis Hiberniæ, 4tus.

(52) Narrata Epocha Hibernica obitus *Cucullini,* redit jam Tigernachus ad res Judaicas, et juxta Bedæ methodum De sex ætat. p. 17, Christi nativitatem referens ad annum Augusti 42, mortem Herodis refert ad ann. Aug. 47. Veritas autem Historica exigit ut Christi nativitatem referamus ad annum v^m^. ante æram com. et Herodis obitum ad annum iv^m^. paulo ante Pascha, ut in Josepho, l. 7, c. 8, 11, 15, et l. 18, c, 15. Herodis enim obitum præcessit defectio Lunæ die Martii 13, quæ juxta calculos Astron. incidit hora 2, 45', a media

A.C.

*trinsecus urebatur, intrinsecus quoque vasto incendio* [MS. Fol. 3.] *inexplebili, aviditas cibi, omne corpus ejus putredine corruptum, febris magna, prurigo intolerabilis, colli dolor, pedum tumor, postea olio litus, occuli ejus soluti sunt.* * * (53)

K. *vii.* *Archelaus filius Herodis regnat annis ix, usque ad finem regni* 5
*Augusti.* (54)

K. *i.* K. *iii.* K. *iiii.* *Ab initio mundi, juxta* LXX,—V̅.CC.X, *secundum vero Hebraicam veritatem,* I̅I̅I̅.DCCCC.LXI. *Ab Incarnatione vero x.*

K. *v.* K. *vi.* K. *i.* K. *ii.* *Initium Indictionum.* (55)

Kl. *Octavianus moritur in Campania, annis lvi, et mensibus vi, et diebus xii* 14
*regnans.*

*Archelaus filius Herodis moritur, cui successerunt iiii fratres ejus, Herodes Tetrarcha, et Philippus, et Lisias, et Antipater. Tunc enim, non ferentibus ultra Judæis, accusantibus ferocitatem ejus apud Augustum, in Viennam urbem relegatus, et ad minuendam Judaici Regni potentiam, insolentiamque domandam, iiii fratres ejus postea sunt Tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lisias, et Philippus, quorum Philippus, et Herodes, qui Antipas nuncupatur, etiam vivente Archelao, Tetrarchæ fuerant ordinati.*

*A.M.* I̅I̅I̅.DCCCC.LXXXIX. (56)

Kl. *iiii.* *Tiberius filius Augusti, vel magis Prevignus ejus, regnat annis xxiii,* 14
*hoc est Liviæ uxoris ejus filius, ex superiore genitus conjuge.*

---

nocte. Eodem Anno Archelaus, Herodis filius, Romam venit, ut ex Patris testamento Regnum consequeretur. Augustus autem regnum partitus est, Judeæ *Tetrarchiam* ei tribuens, non regnum, ut in Texto Tigernachi. Vide supra, pag. 13, not. 45.

(53) Cætera de morte Herodis omittimus, quæ excerpsit Tigernachus ex Josepho. Antiq. l, 19, c. 7, et ex Eusebio, Hist. Eccl. l. 2, c. 9.

(54) Augustus obiit anno æræ com. xiv. Cardo Chronologicus est in rebus Romanis.—Cucullinus obiit anno æræ com. 2 Cardo Chronologicus in rebus Hibernicis.—Appono itaque in margine annum æræ com. v. proximum post mortem Herodis quo Archelaus regnare cœpit.

(55) Hæ notæ Chronicæ hoc ordine leguntur in Codice 502. "K. i. K. iii. K. iiii. K. v. K. vi. K. i. K. ii. "Initium Indictionis. Ab initio mundi, juxta lxx Interpretes, v.cc.x. secundum vero Hebraicam veritatem "I̅I̅I̅.DCCCC.LXI. Ab incarnatione vero anno x. K. iii. Octavianus," &c. Jam vero Indictio Romana incipit proleptice ab anno æræ com. xii, a Kalendis Jan.—Græci quidem Indictiones auspicabantur ab viii. Kal. Octob. i. e. a die 14 Septembris, ut in Titulis eorum Synodicis, et Rescriptis Imperialibus. Beda, licet deducat Indictiones, more Romano, a Kal. Jan. inquit tamen Græcas "incipere *ab viii Kal. Octobr.* ibidemque terminare." De rat. temp. c. 6. Primus Scriptor Ecclesiasticus qui Indictionibus usus est fuit S. Athanasius.

(56) Consentiunt numeri cum Beda de sex ætat. ad ann. M. 3989. De Archelao, vide not. 52.

A.C.

K. *vi. Herodes Tetrarcha Judæis Imperat, a quo Johannes baptista decollatur in Maccaronte oppido, et sub quo J. Christus crucifixus est, ac Jacobus Zebedei ab eo decollatus est.*

18 K. *vii.* K. *i. Initium Cicli.* (57) *Ab initio Mundi, juxta* LXX.—V̄.CC.XX. *Secundum vero Hebræos,* ĪĪĪ.DCCCC.LXX. (58)

*K. ii. Ab incarnatione xx.—Herodes Tetrarcha, qui regnavit annis xxiv, in honorem Tiberii et matris ejus Liviæ, Tiberiadem et Liviadem condidit.* K. *iiii.* K. *v.*

22 K. *vi.* Concobar mc Nessa *in viii anno Tiberii quievisse dicitur.* (59) K. *ii.* K. *v.*

26 K. *vii. Duodecimo anno Tiberii, Pontius Pilatus in Judæam missus est.* (60)

29 K. *v.* K. *viii.* (61) *Anno quinto decimo Tiberii Cæsaris, ab Johanne Christus baptizatus est, in Enon, juxta Salem. Hoc tempore Christus elegit Apostolos xii. Ab initio Mundi, secundum Hebræos, peractis* ĪĪĪĪ. *juxta vero*

---

(57) Agitur de Cyclo Lunari annorum xix, incipiente ab anno æræ com. xviii, ut in Laterculo his Annalibus præmisso.—Primus an. Tiberii fuit æræ C. 14.

(58) Anni Mundi numerandi sunt juxta Bedam, ut Tigernachi mens eruatur.

(59) Tigernachus diversorum veterum de anno obituale Concobari sententias adducit, ut veritas elucescat. Fateor tamen obscura esse fere omnia quæ de anno obitus istius circumferuntur.

Flahertus inquit—"Concobarus Nessanus, ex Nessa matre, filia Achaii Suilbhuidhe, ita cognominatus, "*Fachnæ*, Ultoniæ ac Hiberniæ Regis filius, Fergusio Rogio deposito, 60 *annos* Ultoniæ clavo assedit, et anno "Christiano 48 vitam placida morte finivit." p. 262. At, vixisse vix potuit ad ann. 48, qui regnare cœpit anno ante C. xxx. et si obiit anno 48, post regnum annorum lx. regnasse oportet ab anno ante C. 12, potius quam xxx.

In Codice 502 hæc leguntur diversa a Codice 488. "*Concobar mc Nessa obiit, cui successit filius ejus Cumscraid,* "*qui regnavit in Emain annis tribus. Cath Ardg. for Coiced n. E. nec macht la Cumscra mc Concobair. Cumscrad* "*obit la mc Cecht. Mac Cecht do tuitim fochetoir la Conall Cernach ic cranaig mc Cecht, Glasne mac Concobair ix* "*annis regnat*"—quæ sic interpretor—(Concobarus filius Nessæ obiit, cui successit filius ejus Cumscradius, qui "regnavit in Eamania, Ultoniæ Regia, annis iii. Prælium atrocissimum contra Provinciam Connaciæ. Victoria "parta per Cumscradium filium Concobari. Cumscradius obit, occisus a filio Cechti. Filius Cechti occisus "extemplo per Conallum Cernach, apud arbores Mac Cechti. Glasneus filius Concobari regnat annis ix."

*Irialus Glunmar*, Conalli Cearnach filius, Rudricii Regis Hiberniæ trinepos, *Glasnio*, Cumuscrachii fratris sui successori, Concobari mc Nessæ filio, successit annis xl. Anno primo Iriali Conarius Rex Hiberniæ incendio periit. Temoria exinde Regni sedes quinquennio vacavit. Coeman, Flan, IV Mag. et Flahert. p. 138.

*Irialo* patri successit *Fiachus Finnamnus*, Rex Ultoniæ, xx annos.—Irialum *Die Dominica* extinctum Tigernachus adnotavit. Flahert. p. 142. vide infra, not. 67.

(60) Missus est Pilatus Procurator in Judæam anno æræ com. 27. "Coss. *Licinio-Craso* et *Calpurnio Pisone*." ut in Josepho, l. 1, c. 5, et in Eusebii Chron.

(61) Annus xv Tiberii erat æræ com. 29 currens, quo Christus baptizatus est "Coss. C. *Rubellio Gemino*, et "C. *Fusio Gemino*." Notæ itaque feriales supra in textu, emendandæ sunt juxta Laterculum his Annalibus præmissum.

LXX,—V̄.CC.XXXII, (62) *ab Incarnatione quoque* XXX;—*quo tempore Johannes Baptista occisus est. Eusebius ait quod xvi anno Tiberii, principium fuerit lxxxi Jubilæi, secundum Hebræos, quare vero nostra supputatio undeviginti minus ponendos existimaverit annos, facile qui superiora hujus Libelli legerit inveniet. Juxta vero Cronicam Eusebii, eandem quam ipse de utraque editione, ut sibi videbatur, composuit, anni sunt* V̄.CC.XXVIII. (63)

K. *iii.* K. *v. Anno xviii Tiberii, Jesus Christus crucifixus est anno ætatis* 31
*suæ xxxiii, cum semesse anni, vel xxxiiii, ut Eusebio placet. Qui xiiii Luna traditus, et quinta feria, xv vero luna et vi feria passus est.—xvii vero Luna, Dominica die resurrexit, vi. vel viii. Kalendar. Aprilis.* (64)

*Agrippa cognomento Herodes, filius Aristobuli, filii Herodis Regis, accusator Herodis Tetrarchæ, Romam profectus, a Tiberio in vincula conjicitur, ubi plurimos adscivit ad amicitiam, et maxime Germanici filium Gaium.*

K. *vi. Hoc anno xix*° *Tiberii,* (65) *ut alii aiunt, Christus crucifixus est.*

Madh tri bl. trichad co leith na ma vi f. *viii.* Kl. Ap. ro bai in cesadh 7 *f. vi.* Kl. an eiseirghe, q̄ *a multis auctorib' constat ēē vulgatū, hic est nū ab initio* indoigh a chaalchuir co Cesad Cr. D.LXVI. *xv Luna crucifixus est, vi feria, viii.* Kl. *April.—Prima f. surrexit,* hi *Sex.* Kl. *April.* i. sechtmad

Si triginta trium annorum cum dimidio fuit ætas Christi, vel si sexta feria, octavo die Kalendarum Aprilium fuit crucifixio, et die vi Kalendarum Resurrectio, quod a multis auctoribus constat esse vulgatum, hic est numerus ab initio Supputationis communis retro ad crucifixionem, D.LXVI. quo, decima quinta

(62) Annus Mundi 4000, juxta Hebræos, non convenit cum anno Incarnationis xxx, etsi id putaverint Eusebius et Tigernach, sed cum anno æræ com. 17, Periodi Julianæ 4730.

(63) Hæc excerpsit Tigernachus ex Beda de sex ætat. p. 27.

(64) Passus est die 23 Martii, feria vi, Luna Populari xv. Resurrexit die 25 Martii feria I, id est die Dominica. Ascendit in Cælum die 3 Maii. Misit Paracletum die 13 Maii, Dominica Pentecostes, anno æræ com. xxxi, ut in Doctrina temp l. xii, c. 12, 18, 19, 20. Periodi Julianæ anno 4744. Itaque pro anno Tiberii xviii lege xvii, et corrige cætera in textu. Consulatus enim erat Cl. *Tiberii Neronis Cæsaris Aug.* v, et *Ælii Sejani*, fatentibus Eusebio ipso et Beda, qui tamen cum Tigernacho conveniunt in anno *Tiberii xviii*.

(65) De anno et die Passionis variantes veterum opiniones pluras recenset Ricciolus in Chronologiæ Reformatæ, l. x. Sufficiat doctissimis, id referre ad diem Veneris, 25 Martii, diem xv Lunæ Mensis *Nisan*, id est viii Kal. April, diem primam Azymorum, uti supra, not. 64.

Natalis Alexander docet Christum "Crucifixum anno æræ com. xxxiii, *Coss. Ser. Sulpitio Galba, et Lucio* "*Cornelio Sulla*, Tiberii xix. Hebdomadum Danielis 487, in medio scilicet hebdomadis septuagesimæ et ultimæ, "anno ætatis xxxiii inchoato." Ex Evangelio constat 4 Paschata intercessisse, a baptizato Christo ad passionem, baptizatus est autem anno Tiberii 15, æræ com. xxix.

A.C.

dec ertai.—*n. sic vero in Cyclo Dionysii invenies.*

Luna crucifixus est, vi feria, viii Kl. April. Prima feria surrexit, sexto Kl. April. xvii Lunæ. Non sic autem in Cyclo Dionysii invenies. (66)

33 *Hoc anno Maria mater Domini quievisse xlvi ætatis suæ anno asseritur, vel, ut alii aiunt, sequente anno—Jacobus Justus, Eps Ecclesiæ Hierosolymorum ordinatur ab Apostolis.*

(REGES EAMANIÆ XVI. Cumscrach ET XVII. Glasne.)

Concobar mc Nessa *obiit, cui successit filius ejus* Cumuscraid, *qui regnavit* an Eamain *annis iii.* (67) Cath argg. for Coiced n Olnecmacht la Cumuscra mc Concobair. Cumuscradh obit la mc Cecht. mc Cecht do tuitim fochetoir la Conall Cearnach ic Crannaig Mc. Cecht. Glasne mc Concobair *ix annis regnat.*

Concobarus filius Nessæ obiit hoc anno. Cui successit filius ejus *Cumuscrach*, qui regnavit in Eamania annis iii.—Prælium acerrimum gestum est contra Provinciam Olnegmacht, i. e. Connaciæ, a Cumuscracho filio Concobari. Cumuscrachus obit, occisus a Mac Cechto. Mac Cechtus occisus est extemplo postea, per Conallum Cearnach, apud Arbores dictos Mac Cechti Arbores. Glassneus filius Concobari regnat in Eamania annis ix.

K. *vii.* K. *i.* K. *iii.* K. *iiii.* *Initium Cycli.*

K. vii. K. i. K. iii. K. iiii. Initium Cycli.

*Tiberius ambiguis veneni signis obit.*

---

(66) Incarnationis æram paulo aliter instituit Dionysius quam nos. Nos enim primum annorum Christi, proximum post illum facimus, quo natus est Dominus, *die 25 Dec*[r]. et aureum numerum ii, illi apponimus in Calendario, cum Cyclo Solis x, Indictione iv, et anno Periodi Jul. 4714. Dionysius autem ab antecedente anno, aureoque numero 1, Cyclo Solis ix, æram Incarnationis auspicatus est, ut in Epistolis ejus editis a Petavio. Attamen certissime constat. primum annorum quos Christi vulgo nuncupamus, in annum editionis Julianæ, sive Calendarii a J. Cæsare reformati 46, Imperii Romani 44, Olympiadis 194 quartum, ante sex menses inchoatum incidere, sic ut numerari cœpta sit Olympias 195 æstivis diebus anni primi æræ com.—Hoc Fastorum series, Imperatorum ab Augusto anni, initia, intervalla, et exitus apprime persuadent.

Itaque, juxta Dionysium, Incarnationis æra incipit anno uno ante æram nostram vulgarem, Cyclus vero xix nalis biennio. Incarnationem quidem et Nativitatem, uno eodemque anno collocavit, sed annum istum ipsum quo incarnatus est et natus, *primum* Domini esse jusserat, non sequentem a Kalendis Jan. inchoantem, uti nos. Qui post Bedam scripsere Chronographi Sigebertus, Marianus, Matthæus Westm. et alii, damnata Dionysii methodo, Natalem Domini 21 vel 22 annis anticipandum, erronee putaverunt.

(67) Diversas de anno obituale Concobari sententias refert Tigernachus, supra ad annum ante C. xxx. et ad ann. 8[m]. Tiberii, Christi xxii, nunc ad ann. C. 33, et iterum infra ad ann. C. xlii. Vide supra, not. 59.

Notanda est in Codice Bodleiano Rawl. 488, transpositio qua *Glasneus* præponitur *Cumuscracho*, incuria

A. C.

K. *v.* *Gaius Calligula regnat annis iii, mensibus x, diebus viii, ut Beda ait* 37
*non plenis ut or . . . (Orosius) ait. Hominum flagitiosissimus, qui dixit utinam plures unum cervicem haberent, &c.* * * * *

*Matthæus Evangelium scripsit in Judæa, tempore Gaii, qui postea mortuus est in Macedonia, vel, ut alii aiunt, in Perside, sed verius in Æthiopia occisus est.*

*Ab initio Mundi juxta lxx. Int.*—v̄.cc.xl. *secundum vero Hebræos* iii̅.dcccc.xci. (68)

Kl. *vi.* *Menses x Gaii, et vi menses Octaviani annum efficiunt hunc.* (69)

K. *i.* *Gaius Statuam Jovis in Templo Hierusalem sub nomine suo poni jussit.*
*Pilatus qui sententiam dampnationis in Xp̄m dixerat, tantis arrogantiæ ango-* 40
*ribus coarctatus est, ut se sua manu interfecerit.*

Kl. *ii.* *Gaius Claudius regnat annis xiii. qui xxxv Senatores, et ccc equites*
*Romanos minimis causis interfecit.* 41

Kl. *iiii.* *Petrus cum Antiochenam Ecclesiam fundasset, ad expugnandum*
*Simonem Magum Romam venit, ibique xv, vel xxv annos Episcopalem Cathe-* 42
*dram tenuit, usque ad ultimum Neronis annum.* (70)

---

Amanuensis. Textum restitui ex Codice 502, consentiente cum Flaherteano, in Ogygia, p. 137. Confer Codicem ipsum 502, fol. 4, *b.* col. 1. linea 2, 3, &c.

Coemani Carmen "*Annalaigh*" editum in Prolegomenis nostris, Concobari obitum refert ad ann. C. xlviii, cumque sequentes IV Magistri in Annalibus, ut in Ogygia, p. 304--5, et 128.

Adducit Flahertæus, ex Codice Lecano, fol. 293, vetus Distichon his verbis—

*Ceithre chead bliaghain brasa—ad fed gach Saoi sheanchusa*
*Fad Flaithiosa na b'fear ngaoth—O Conchobar go Ciombaoth.*

Inter Concobarum sunt—Cimbaothumque Monarcham,
Quatuor, ut doctis, sæcula lapsa liquet.

Et certe in Carmine "*Eamhain iodnach abhis*" Eochodius, qui Sæculo ix floruit, enumerat Reges Eamaniæ xv, ab anno C. xlviii, quo *Concobarus* obiisse fertur, usque ad excidium Eamaniæ, anno C. ccc.xxxi, atque horum xv Regum nomenclaturam alius vetus Poeta, *Colman O'Seasnan*, exhibet in Carmine—"*Eamhain alain arus* "*Uladh.*" quod Carmen Flahertæus a docto vero *Dualdo Firbisio* comparavit, ut ipse declarat in Ep. ad Lincæum, p. 13, et Avus meus a Flahertæi propinquis post obitum, ut ipse scribit in margine exemplaris Stowensis Ogygiæ, p. 16.

(68) Numeri æræ Mundanæ in Tigernacho, utplurimum conveniunt cum Beda, ut antea monuimus. Numeri supra scripti restituuntur ex Cod. 502, consentiente cum Beda.

(69) Gaius Caligula, Imperator 3tius, occisus est ix Kal. Feb. anno 41, quo successit quartus Imperator Claudius Regnavit itaque Gaius annos 3, m. 10, et dies 8: Octavianus vero annos 56, m. 6." ut in Eusebio, Beda, et in Fastis.

(70) De Petri adventu Romam præclarum reddit testimonium Tertullianus de Præscriptionibus, c. 36, ed Rigaltii, Paris, fol. 1664, p. 217, et ed. Pamelii, Rothomagi, fol. 1662, p. 338, Euseb. Chron. an. 44, item

A. C.

(EAMANIÆ REX XVIII. Irial)

Irial Glunmar mac Conaill Cernagh *regnat* an Eamain *annis xl.* (71)

Kl. *v.* Togail Bruidhne da Berga for Conaire mor, *ut alii aiunt.*

Irialus Glunmar filius Conalli Cernaig regnat in Eamania an. xl. Anno sequente Expugnatio Regii Munimenti duorum Heroum, facta est contra Conarium Magnum, ut alii aiunt.

44 Kl. *vii.* *Quarto anno Claudii fames gravissima facta est, cujus Lucas meminit.* (72) *Claudius iiii anno Regni sui Britanniam adit, quam neque ante Julium Cæsarem, neque Cæsar post eum, attingere ausus erat, et sine ullo prælio aut sanguine, intra paucissimos dies, plurimam Insulæ partem in deditionem recepit. Orcades etiam Insulas Romano adjecit Imperio, ac sexto postquam profectus erat mense Romam rediit.* (73)

Kl. *i.* *Marcus in Italia Evangelium scripsit, in Roma. Hoc singulariter scriptum esse Beda ait, qui postea a Petro Alexandriam missus est, ibique Episcopus ordinatus est.*

Kl. *ii.* *K. iii.* *K. v.* (74)

---

S. Hieron. Præf. ad Damas, et de Viris illustr. Rufinus Invect. l. 2, in T. 2. Oper. S. Hieron. Confer Papebroc in Conatu Chron. Dissert. 2.

(71) Eadem habet, ex Codice suo Tigernachi, Flahert. p. 138, ubi inquit, anno primo *Iriali* Regis Ultoniæ, qui regnavit annis 40, Conarium I Regem Hiberniæ incendio periisse. Subjungit, "Conarium, Initio "regiminis, post *Bruighean da dhearg*, ubi ejus Regia, primum excidium, (cujus 2do excidio ipse periit.) Pen-"tarchiam denuo confirmavit. His tum præfuere *Concobarus Nessanus* Ultoniæ, cujus Regia in *Magh Inis*, "hodie *Lecahil*, Dunensis agri, prope Fergusii Rupem. 2. *Carbreus Niafear* Lageniæ, cujus Regia tum erat "apud *Temoriam de Broghaniadh* in Lagenia, unde *Rex Temoriæ* dicitur. 3. *Olillus* et *Mauda* Connactiæ apud "Cruachan. 4. *Achaius Abrathruadh* Momoniæ Australi, et 5 *Curvius* filius Darii Boreali." p. 273.

(72) Annus Claudii *quartus*, juxta Bedam, Hist. Eccl. l. 1, c. 3, fuit Christi 46, unde sequitur tam Tigernachum quam Bedam initium annorum Christi deducere ab anno Nativitatis currente, Augusti 42, id est ab anno Incarnationis non completo. Si enim ab anno isto integro, id est ab Augusti 43, incipiente a Kal. Jan. putare incipiamus, Claudii quartus non erit æræ com. 46 sed 45.—Itaque hæc Tigernachi supputatio æram nostram vulgarem antecedit annis duobus. Quartus enim Claudii fuit æræ com. 44, incæpit enim regnare ab obitu prædecessoris Caligulæ, occisi die ix Kal. Febr. æræ com. 41.—Præterea ingens fames de qua hic agitur, illa ipsa est, quam ab Agabo prædictam esse S. Lucas scribit, Act. xi, quamque memorat Dio lib. x. Atqui, fames ista incidit in ann. æræ com 42 Claudii 2°. (non 4°.) quo Claudius ad ostia Tiberis portum construxit ut in Suetonio et Dione.

(73) Plautius expeditionem in Britanniam suscepit anno æræ com. 43. "*Coss. Claudio Imperatore iii et L.* "*Vitellio ii.*" quo anno Claudium occidit; qui in Britannia diebus xvi, eodem pariter anno versatus, Insulanos domuisse gloriatus est. (Dio. l. lx) Cumque vi mensibus abfuisset, Romam rediit et triumphavit" *Coss. C.* "*Quintio Crispinio et T. Statilio Tauro,*" anno æræ C. 44.

(74) Notæ feriales discrepant in Codice 502; ambo juxta Laterculum his Annalibus præmissum emendandi.

(REX HIBERNIÆ Lugad Riabderg.)

Lugaid Riabderg mac na tri Find Eamna *reg. in Temoria, an. xxvii.* Tricha Righ do Leith Cuinn o ta Lugaigh co Diarmait mac Cerbuill.

Lugadius rubris Circulis notatus, filius (vel alumnus) trium Finnorum Eamaniæ, regnat in Temoria annis xxvii. (75) Triginta Reges e Dimidio Septentrionale Hiberniæ, dicto Dimidio Conni, regnaverunt a tempore Lugadii ad tempus Diarmitii filii Cerboolii. (76)

Kl. *Claudius Roma expulsit Judæos tumultuantes.*

Kl. *Fames in Roma.*

Kl. *ii.* Kl. *iiii.* *Claudius manifestis veneni signis obit.* (77) * * * * * 54

Kl. *Nero regnat annis xiii. qui primus Imperator Christianos persecutus est.* * * * *

KKKKKK. *Initium Cicli,* (78) LX *annus Incarnationis. Bissextilis annus. Maria Magdalena mortua est. Jacobus frater Domini, cum xxx annis Hierosolymarum rexisset Ecclesiam, lapidatus a Judæis, septimo Neronis anno, de Pinnaculo Templi præcipitatus, fuste fullonis in capite percussus, interiit.*

K. *ii.* *Marcus in Alexandria . . . . . (moritur) cui successit Anianus annis xxii.*

Kl. *iii.* *Persius Poeta moritur.* * * * 62

---

(75) Flaherteus ex Codice suo, annos 8 tantum Lugadio assignat, Ogyg. p. 138—" Conario Imo defuncto, " Temoria, exinde Regni sedes, quinquennio vacavit, ut in Flanni Synchronismis, in Coemani Carmine *Annaladh* " et in Annal. Dungal. IV Magistror. Lugadius Rubricatus, Achaii Feidhlaoch Regis nepos, post quinquenne " interregnum, Rex Hiberniæ viii annos."—Saniora sunt quæ scripsit Flannus in iisdem Synchronismis, alibi— " Vespasiano coævi fuere Reges Hiberniæ *Lugad Sriabhderg*, *Concobhar Abrathruadh*, et *Crimthan*, quorum " primus Lugadius anno v Vespasiani decessit."—Ipse Flaherteus fatetur, p. 139, Lugadio alios tribuere annos 26 et 27, neque ullum auctorem adducit, qui Lugadio annos 8 tantum adscribat.

(76) Regnavit Diarmitius is, Rex Christianus, ab anno C. 544 ad ann. 565.

(77) Claudius Imperator quartus obiit anno æræ com. 54, cum Imperasset xiii annos, viii menses, xx dies; ut in Dione lx, et Suetonio. Ei successit eodem anno Nero Imperator v.

(78) Cyclus Lunæ xix alis, de quo hic agitur, incœpit anno æræ com. 57, non anno lx; neque fuit Bissextilis annus iste, sed annus proxime præcedens 56 fuit Bissextilis.

In Codice Rawlinson 502, Tigernachi notæ servantur sic—" K. vii. K I. K. ii. K. iii. Ab initio Mundi " v.cc.LXIII. juxta lxx Interpretes. Secundum vero Hebræos ΠΠ.XIIII." Ab Incarnatione lxiii°. K. v. K. vi." Hi characteres K indicant annos æræ com. 57, 58, 59, 60, 61, et 62, incipientes ab anno 57 quo Cyclus incœpit et desinentes in K. vi, ut in Laterculo his annalibus præmisso.

A.C.

**KKK.** Tomaind linnmuine tar liath Muine .i. loch Each air Coreofheiche ano com brachair Fighe 7 an Dubthach daelteangthach, dia fuiled sil Dubtaigh 7 in Fergus mc Roigh.

Inundatio, (sive eruptio) Stagni Moinensis ultra regionem *Leth-Muin*, i. e. Lacus Neach occupavit locum, sive spatium regionis *Corofoiche*, anno quo pacem inserunt Dubtiachus dictus Obcæcator, a quo originem traxit Clientela O'Duffiorum, et Fergusius filius Rogii. (79)

65 K. *iii. Lucanus Poeta (et) Seneca, interficiuntur.*

68 Kl. *Nero ignominiose fugiens a Senatu, ad iv ab Urbe lapidem, sese ipse interfecit. Hoc anno Petrus et Paulus a Nerone, antequam seipsum interfueret, occisi sunt.—Linus Papa ii annis.* (80) *Galba cum Pisone, adoptivo filio suo, regnat vii mensibus, qui ab Othone interfecti sunt.—Otho tribus mensibus, qui semetipsum interfecit.—Vitellius, qui fuit vorator cibi, viii mensibus, qui a Senatu excarnificatus crebris compunctionibus, et unco tractus, in Tiberim missus, caruit sepultura. Evodius Eps post Petrum annis xxiii. (Antiochiæ.)*

69 IIII.XXX. (81) *Vespasianos cum Tito filio suo, regnat annis ix, mensibus xi, diebus xxii. Hic apud Judæam Imperator ab exercitu appellatus, et bellum. Tito filio suo commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur,—qui, secundo anno, Judeæ regnum evertit, Templum Salomonis destruit, post annum ædificationis ejus* M.LXXXIX.

*Consummatum est hoc bellum iiii annis, v aliis.—Vespasianus alia magnorum operum facinora in privata adhuc vita (peregit.) In Germaniam, deinde in Britanniam a Claudio missus, trecies et bis cum hoste conflixit, duas validis-*

---

(79) Hæc paulo aliter leguntur in Codice 502, sic "*Tomaidim Linn Muine tar Liath Muine, edon Locha Echach* "*aith dollegad sil n Dubtaich do elltegrad acht ar Cufoiche namn combrath side in Dubthach do Fergus mc Roig.* K. v "K. vii. K. i. Lucanus," &c. ut supra —Flahertcus recte inquit ex Codice suo et aliis.—" Lugadio Rege Neachus "et Rivius Lacus erumpentes, hic Bannam, ille Sinanum fluvios, sua accessione auxerunt. Do campis quos "occuparunt sic Hibernice legitur,—*Tomaidhm Lionnmuine tar Liath-Mhuine, agus locha Ribh for mhagh n* "*arbhtheann.*" Ogyg. p. 289.

(80) Anno Christi 67, Neronis exeunte 13, Petrus et Paulus Romæ Martyrium passi sunt. Ambros in Psal. 118. Hieron. de Viris illustr. c. 1, Euseb. Chron. Rufinus l. 2, Invectivar. in t. 2, Oper S. Hieron. Papebroc in Conatu Chronico Dissert. 2. Lactant. de mort. Persecutor. Linus successit Petro Euseb. Hist l. 3, c. 2, et c. 213, l. 5, c. 6. Epiphan. hær. 27, § 6. Hieron. de Vir. illustr. c. 15, "*secundus Linus, tertius* "*Cletus.*" Item Tillemont ad an. 69. § 43.

(81) MS. Tigernachi, No. 502, habet ann. mundi "IIII.XXXI." ut in Beda.

A.C.

*simas gentes, xx oppida, Insulam Vectam Britanniæ proximam, Romano adjecit Imperio. Colossum erexit Romæ altitudinis c.vii. pedes.* (82)

K. *vii. Hoc anno vindicta Crucis sublata a Vespasiano et Tito filio ejus, postquam Vespasianus Romam reversus est.* (83)

(REGINA CONNACIÆ. Meadhbha.)

Meadhbha Cruachan inghen Each. Feidl. occisa o Furbuidhe mc Conchobhuir.

Meaba Regina Cruachanii, Regii Munimenti Connaciæ, filia Eochodii Mœsti, Regis Hiberniæ, occisa est a Furbudio filio Concobari. (84)

Kl. *vii. Anacletus Papa annis xx.* (85)

Kl. *i.* K. *ii.* K. *iiii. Ab initio mundi* V̄.CC.LXXIX. *juxta lxx Interp. secundum vero Hebræos,* $\overline{\text{IIII}}$.XXX. *Ab Incarnatione vero lxxvii.* (86)

(REX HIBERNIÆ TOTIUS Lugaid.) 79

Lugaid-Sriabhderg *occis'?* o natri bruad-cendaib do Luignib. no comadh immo claidim fen do tecedh ad'bhadh de do chumhaigh a mna, .i. Derborgaill ingen Righ Lochlaind. (87)

Lugadius Rubricatus rubris circulis, occisus est a tribus præcipuis Hospitiorum Lugnensium Præfectibus, vel, juxta alios, proprio gladio cecidit, moerore confectus, propter obitum uxoris Dervorgallæ, filiæ Regis Saxonum. (88)

---

(82) Colossum illum anno æræ com. lxxv erectum fuisse, plura confirmant, ex Dione et Eusebio.—cvii. pedes altam scribit Plinius, l. 34, c. 7, additque Soli consecratum, cum antea Neronis caput habuisset.

Eodem circiter anno obiit *Meabha*, Connaciæ Regina, filia *Achaii Feidhlaoch*, Regis Hiberniæ, de quo supra in notis 30, et 38. Scoti Hiberniæ Reginam nunquam admiserunt. Sed hoc tempore Connaciæ Reges et incolæ non erant Scoti, sed præcipue Damnonii e Britannia.

(83) Supplicium Crucis lege lata sustulit Constantinus, non Vespasianus. Sozomen, l. 1, c. 8. S. Aug. in Psalm. 38, Lipsius de Cruce l. 3, c. 14.

(84) Consentit Codex Flaherteanus quatenus id referat "*Lugadio* Rege Hiberniæ et *Irialo* Ultoniæ Præsi-"dentibus." Ogyg. p. 139. Codex Lecan inquit "Lugadio Hiberniæ et Irialo Ultoniæ Præsidentibus, *Mauda*, "sive *Meabha*, filia *Achaii Feidhloch*. Regina Connaciæ, grandæva interiit, occisa anno 1 Vespasiani (lege "anno 7) a Furbudio filio Concobari Regis Ultoniæ." Codex Lecan. fol. 166, *b.* in Ogyg. p. 139

(85) Lino successit Cletus, quem Anacletum nominant Irenæus et Græci complures. Hieronymus de Viris Illustr. c. 1, et 15. "Secundus *Linus*, tertius *Cletus*, quartus *Clemens*." Item Tillemont ad ann. 69.

(86) Æram com. antevertit annis 2. Agitur enim de anno 79.

(87) Flannus in Synchronismis inquit—"Vespasiano coævi fuere *Lugad-Sriabhnderg*, *Concobur-Abrathro*, "(i. e. Concobarus superciliorum rubrium) et *Crimthan mc Lugaid*, quorum primus *Lugad* anno quinto Vespa-"siani decessit." Synchronism. apud Flabert. p. 139.

(88) Desunt verba "*Inghen Ri Lochlann*," in Codico 502, sed ne ulla suspicio de Textus integritate oriatur, refero ad Codicis 488, fol. 3, *b.* col. 2, lin. 32, quæ linea incipit a voce *Lugaid*. Vox *Lochlan* proprie "Lacuum "Incolas" significat, et a Sæculo nono in usu erat ad indicandos Norwegos, et Danos. qui Hiberniæ Lacus

|| E

A.C.

(REX HIBERNIÆ TOTIUS Crimthann.)

K. *v.* K. *i.* K. *ii.* K. (89)

79 Kl. Crimthand-Nia-Nair, (Crimthanus Heros Audax) *regnat an. xvi. Andreas crucifixus est in Patras, civitate Achaiæ, ab Egea Proconsule.* (90)

Kl. *vii. Vespasianus in villa propria, circa Sabinos, profluvie ventris mortuus est. Philippus in Hierapoli civitate Phrygiæ lapidatus et crucifixus est. A.M.* IIII.XXXVII.

Kl. *ii. Titus filius Vespasiani regnat post Patrem annis ii, ac mensibus ii. Iste in utraque lingua tanto facundissimus exstitit, ut Causas Latine egerit. Poemata et Tragœdias Græce componeret, tanto vero bellicossimus fuit, ut in expugnatione Hierusolymorum, xii Propugnatores xii Sagittarum confoderit ictibus. Porro in Imperio tantæ bonitatis fuit, ut nullum omnino puniret, sed convictos adversum se conjurationis dimitteret, atque in eadem familiaritate qua antea habuit, redire juberet.—Hujus inter omnia fuit illud celebre dictum, perdidisse diem qua nil boni faceret.*

80 K. *iiii. Titus segregat a numero Principum Othonem et Vitellium; in cujus tempore Vesuvius mons prorupit incendio, quod vicinas Regiones* [MS. Fol. 4.] *cum urbibus omnibus delevit, (anno C.* 79, *autumno tempore.)*

81 *Titus cum ingenti luctu omnium, in eadem Villa qua Pater ejus periit, morbo assumptus est; qui fuit omnium virtutum mirabilis adeo, ut amor et deliciæ humani generis diceretur. Hic Amphitheatrum Romæ ædificavit, et in Dedicatione ejus* v *millia ferarum occidit. A.M.* IIII.XLVIII. *(*4049, *Beda.)*

Kl. *vii. Domitianus, frater Titi junior, rexit annis xv. et mensib. v.—Hic*

---

abinde infestabant. Utrum antea in usu fuerit ad indicandos Piratas Saxonicos ignoro—*Danorum* nomen ignotum fuit in Europa ante ann. 570. Hiberniam primum aggressi sunt anno æræ com. 807, non 832, ut scribit Flaherteus. Ad coercendos Saxones, Carausius Comes Litoris Saxonici missus est anno 285. Pictorum, Scotorum, Saxonum, et Attacottorum conspiratione Britannos ad extremam inopiam redactos fuisse, scribit Ammianus ad ann. 364. De Carinna Saxonica, matre Nialli magni, vide infra annum 379.

(89) Characteres *K*, quinque numero, indicant quinque annos Interregni, quibus Solium vacabat, antequam *Crimthanus* regnasset; quo intervallo regnavit anno uno *Concobarus Abrathruaidh*, i. e Concobarus superciliorum rubrium, quem Flannus includit, Tigernachus autem omittit, quia non jure hæreditario, sed vi et armis, uno tantum anno regnavit. Rossii Rufi Regis Lageniæ, ex filio ejus *Sinnio Poeta*, nepotem fuisse scribit ex libro Lecano Flaherteus.

(90) Ex his liquet, errare eos qui Christum natum anno xii Crimthani Regis Hiberniæ statuerunt. Omnes enim Tigernachi Codices, Codex Cluanensis, apud Flahert. p. 141, et Codex Lecanus ibid, sub initium Crimthani, S. Andream Crucifixum, et postea S. Philippum, Vespasiano defuncto, *Crimthani* tempore passum tradunt, et Flannus in Synchronismis inquit—" Tito et Domitiano coævi *Crimthanus-Nianair*, *Cairbreus-Felicepe*, " et *Feradachus*." Item Codex Cluan. in Ogyg. p. 141.

A. C.

*secundus post Neronem Xpianos persecutus est; et Flaviam Domitillam, Flavii Clementis Consulis ex sorore neptem, in Insulam Pontianam, ob fidei testimonium exiliavit;—qui et ipsum Johannem fertur in ferventis olei dolium misisse, sed Johannes tam immunis rediisse (dicitur) a pœnis, quam a corruptione carnis manebat semper immunis.*

(REX EAMANIÆ XIX. Fiachna.)

Irial Glunmar *die Dominica* hi Temnia oc? o Crimtand *l. a Gallis, ut alii dicunt.* (91)

K. *v.* K. *vii.* Kl. Fiachna Finnamnus mc Irial Glunmair r. an Eamain des a athair. *xx.*

Irial Glunmar die Dominica, in tempore 82
Deo *Samnio* sacro, occisus est a Rege Crimthano, vel a Gallis, ut alii dicunt.—Tertio deinde anno, *Fiachnaus Finnamnus,* Iriali filius, regnavit in Eamania post Patrem, annis xx.

Kl. *Domitianus cunctos Senatores in exilium misit, ac peremit.*

Kl. *Domitianus cunctos qui de David erant interfici jussit, ut nullus Judæorum ex Regali origine superesset.* (92)

K. *Abilius Eps. Alexandriæ annis xiii.* (93) 84

(REX HIBERNIÆ Feradach.)

K. Niadnair (*i. e.* Crimthan-Nia-nair, *Rex Hiberniæ) moritur.*

K. Feradach-Find-Fechtnach mc Crimthaind *regnat an. xxiii,* a Temair.

K. Morand mc Main ī. *h. tēp. claruit Thomas Apts.* a marbhadh do claidhim i Culamia.

Crimthan-Nia-nair moritur, Rex Hiberniæ, 85
Feradachus Candidus, Justus, filius Crimthani, regnare incipit, annis 23, in Temoria. (94) Moranus filius Maniæ hoc tempore claruit. Thomas Apostolus occisus est gladio in Calamina.

---

(91) Tigernachi Fragmentum vetus Rawl. 502, habet "*Irial Glunmar mc Conaill-Cernaig,*" &c. uti supra—Notanda est hic portio anni quæ ab Ethnicis Hibernis vocabatur *Rath-Samhain*, cursus Dei Samhnii, sive *Baal Samhin*, ut in Rer. Hib. tom. 1, pag. lix, &c.

Notandæ sunt etiam Hibernorum in Galliam irruptiones ipso sæculo Christi primo,—Scoti Auxiliares memorantur in exercitibus Romanis in Notitia Imperii, scripta Sæculo v. - De Iriali filiis hæc leguntur in Gratiano Lucio excerpta ex O'Duvegani Codice Psalterii Casselensis, scripti ante annum 908, quo Cormacus Casselensis obiit, fol. 89. "*Ferc* et *Ibeth*, duo filii Iriali Glunmar, commissis prœliis in Albania, sub *Reacti Carpo-rubri* "Regis Hiberniæ potestatem Incolas adduxerunt, ita ut Reactus, Hiberniæ et Albaniæ Rex fuerit, ut e Psal-"terio Casselensi liquet."

(92) Eadem habet Eusebius Hist. l. 2, c. 9.

(93) Consentit in "*annis xiii*" Eusebius.

(94) Crimthanus Rex Hiberniæ regnavit annis 16, juxta omnes. Itaque si obitus ejusi ncidit in anno 85, uti indicant notæ Chronicæ Tigernachi in Codice 488, necesse est inchoasse anno 69, vel 70. Notæ autem istæ emendandæ sunt ex Latercnlo.—Codex Rawl. 502, Textum exhibet paulo aliter—" Kl. vii. Abilius Eps Alexandriæ

A.C.

91 K. *Clemens Discipulus Petri, Eps Romæ ordinatus ix annis. Bartholomæus coronatus (Martyrio) et sepultus est* (95) *Episcopus annis xiii.*

K. *Ignatius Antiochiæ Eps ann. xiii.*

K. *Ab initio Mundi* v.cc.xc. *secundum lxx Interpretes, secundum vero Hebræos* iiii.xl.vii. *Ab Incarnatione vero xcvii.* (96)

96 Kl. *i. Domitianus, ab Augusto ix, (lege x) a suis occisus est.* iiii.xlix.

Kl. *Nerva senex regnat anno i. et mens. iiii. et diebus viii.* * * *

98 *Nerva morbo confectus obiit.* iiii.lxviii. *(lege* iiii.lxix. *juxta Bedam.)*

98 Kl. *iii. Trajanus, genere Hispanus, regnat an. xix. et mens. vi. et dieb. x. Iste Asia et Babilonia capta, usque ad Indiæ fines, post Alexandrum accessit.*

K. *Trajanus tertius* (97) *persequitur Christianos.*

K. *Cerdo Eps primus* (98) *Alexandriæ ann. xiii, qui fuit quartus ab Apostolo.*

---

" annis xiii. K. i. K. ii. K. iii. *Cremthand-nani-nair* mortuus est. K. v. *Feradach Find mc Crimthaind* regnat " annis xxii. Kl. vi. In hoc tempore claruit *Morand mc Main,*" &c.—Flannus accurate inquit—" Tito et " Domitiano coævi *Crimthan Nianair, Cairbre-Cin-cath,* et *Feradach* Reges Hiberniæ."

Annos 21 *Feradacho* tribuit Flahertens, *Coemani* Carminis Lectiones variæ annos 20, 21, 22. Eo regnante Domitianum extinctum Flannus memorat.

Moranus is, ex Maina, Regis Ultoniæ filia, *Cabrei-Cin-Cath* Attacotti filius, literis ac legum peritia celebris prædicatur in libro *Lecano.* Annulum ei fuisse antiquitas finxit, *Iodh Morain* dictum, qui cujuspiam Collo circumdatus, non nisi veritatem prodire sineret. Unde etiamnum, in ambiguis, per adagium, ad *Morani annulum* sæpe voto appellatur. Flahert. p. 300.—*A Carbrei* regno incipit Attacottorum dominatio, usque ad reditum Regis *Tuathalii,* anno æræ com. 130.

(95) MS. 502 hæc ita habet—" Bartholomæus coronatus et sepultus est. K. iii. Ignatius Antiochiæ Eps " annis xvii.—K. iiii. *Cairpre-Cind-caith v blina con erbailt,* (i. e. Carbreus Feliceps regnavit v annis post Feradachum usque ad obitum) Consentit cum hac lectione MS. Flahert. in Ogyg. p. 141, et Codex Cluan ibid. et præterea MS. Rawl. 502, qui antiquior est MS. Rawl. 488.

In Flahertei Exemplari Stowense, p. 300, hæc in margine Avi mei manuscripta leguntur—" *Feradach-Fian,* " *Fechtnacht do dibert la h Atachtuat. go h cec Chairbre Chaithchcinn, 7 dom dhoich as e ro chasaoid an ainbreth tug* " *fair la h Agricola, an Ceannfedna Roman an Albain; 7 mad fior sin, eirmhidh na senchaidhe iomarc bl. n do Righe* " *Crimthainn n. Nair. Follamnacht Sechrann fesda ar fedh 40 b. go h aimsir Tuathal Techtmar.*" (i. e. Feradachus-Albus-Justus expulsus ab Attacottis, usque ad obitum *Carbrei Capitis-Felis;* et, ut opinor, is fuit qui causam dedit errori Agricolæ, Ducis Romanorum, qui Hiberniam facile vinci posse putavit.—Si ita se res habet, tribuunt Historici Hiberni nimios annos Crimthano Heroi.—Imperium Hiberniæ hinc a linea recta defecit, spatio annorum 40, usque ad Tuathalium Bonaventuram.)—Vide quæ de Crimthano dicta sunt in Prolegomenis, et supra ad ann. 85.

(96) MS. 502 habet " Secundum Hebræos IIII.LXXI. ab Incarn. xcvi. Beda Domitianum extinctum scribit " *anno mundi* 4049, *Christi* 98." Successit Nerva Imp. xiii. anno 96.

(97) " Tertius" MS. 502. Sed 3tia persecutio proprie referenda est ad ann. æræ com. 107. *Sodalitia* quidem inhibuit Trajanus, Anglice *Clubs.* Plin. Ep. l x. Ep. 97, sed non Religionem Christianam.

(98) " Nerva Imperante A.D. 98, Alexandrinæ Ecclesiæ tertius Episcopus præfuit *Cerdo,* annis xi. Trajano

A.C.

KK. *Johannes Apls* LXXVIII. *anno a Passione Dni,* (99) *in Epheso placida morte quievit.—Clemens Papa, Petri Discipulus, apud Chersonam civitatem, a Trajano in mare dimersus est, Anchora in collum ejus alligata, a cujus corpore, in feria ejus anniversaria, trium semper* (1) *millium spatio, tribus diebus mare recedit Christianis, Domino ad ejus corpus iter præbente.* * * * *

(REX EAMANIÆ XX. Fiatach.)

KK. Fiatach Finn *regnat* an Emain, *annis xvi.* (2)

KKKK. *Madhianus ap.l.s' interfectus est—(locus mendosus.)*

K. *Ignatius Antiochiæ Eps Romam perductus, a Trajano bestiis traditur;* 108
*qui suadentibus captoribus suis fugere, respondit non. Christi enim frumentum sum, et dentibus bestiarum moliar.—Alexander quoque Romanæ urbis Eps. Martirio coronatus est, et uno ab Urbe miliario via Nomentana, ubi decollatus sepellitur. Plinius Secundus* [MS. Fol. 4, c.] *Noviocomensis, Orator et Historicus habetur cujus plurima ingenii opera extant.*

Kl. *Pantheon Romæ quod Domitianus fecerat, fulmine concrematum est,*

---

" vero Imperante, quartus Episcopus ordinatur, nomine *Primus*, annis xii." Euseb. Chron.—Tigernachi Amanuensis vocem *quartus* cum nomine *Primus* confundit. Euseb. Hist. l. 3, c. 21.

(99) Lege " lxviii a Passione," ut in S. Hieron. de Script. " *annos natus xcii,*" Epiph. Bed. de Sex ætat. p. 19. " *anno ætatis* 98."

(1) Acta miraculum narrant ad ann. Martyrii. Eus. l. 3, Hist. c. 34, sed spuria sunt, etsi vetera.

(2) Regum Ultoniensium Seriem paulo aliter contexuit Flaherteus—sic " *Concobaro* mac Nessæ, Patri, suo " successit *Cumusgrach* per *triennium*. A.C. 48, Cumusgracho fratri suo *Glasnius novennio*, Glasnio *Irial-Glunmhar* " annis 40, Irialo *Fiachus-Finnamnus*, filius ejus, annis 20, Fiacho *Elimius Conrius*, a Fergusio Rogio Rege " Ultoniæ per Conrium filium genus trahens, Rex Ultoniæ *decennio*, Elimio *Malius*, filio Rochradii, Fiachi " Finnamnus Regis Ultoniæ Nepos, per annos 33," p. 142--3.

Fatetur autem alios Codices *Malium* a Fiacho Finnamno *septimum* statuere, *sed ratio*, inquit, *id non patitur*. ib. De *Fiatacho-Finn*, vide Annal IV Mag. p. 72, 73, et notam sequentem.

Ego Tigernachi et veterum consentaneis rationibus adhærens, illud tantum noto, *quatuor* interesse generationes, juxta Flaherteum et omnes, inter *Irialum* et *Malium*, et præterea Elimii Genealogiam, tam in Codice *Leabhar Gabhala*, quam in *O'Dubhegani* Codice, sic exhiberi " *Elim* mac *Conuraich*, mc *Fergusa*, mc *Rosa*- " *Ruaidh*, mc *Rudraidhe*."—Quod si quinque generationibus inter *Rudradium* et *Glasneum*, cuique sigillatim, 26 annos, natura suadente, tribuamus, Rudradius Rex Ultoniæ, anno ante C. 110, floruisse dicendus erit.—Sex sunt Generationes inter *Rudradium* et *Irialum*.

*Fiatachum-Finn*, ut Ultoniæ tantum, non vero totius Hiberniæ, Regem memorat Tigernachus, qui eum e linea Regum Hiberniæ legitima excludere videtur. Flannus autem eum includit—" Trajano Imperante *Fiatach* et *Fiach-Finnola* Reges Hiberniæ."—Fiacho *septem* tantum annos tribuunt ii qui Fiatachum includunt, ut Codex Cluan. apud Flahert p. 142; Coemanus autem *septemdecem*; Tigernachi Codex 502 *sexdecem*. Confer IV Magistror. Annales, p. 74, 76.

A.C.
110 *cui nomen inde datum est, quod omnium Deorum sit ipse domus habitaculum.* (3) *Judæi per diversas terrarum partes seditionem moventes, digna morte sternuntur.—Trajanus Romani Imperii, quod per Augustum defensum magis erat quam nobiliter amplificatum, fines longe lateque defendit.*

(REX HIBERNIÆ. Feradach.)

K. *ii.* Feradach-Find-Fechtnach *defecit, cui successit filius suus* Fiacha Findalaidh *annis xviii.* (4)

Kl. *iii. Ab initio mundi* $\overline{\text{v}}$.CCC.IX. *secundum* LXX. *(Juxta) Hebræos vero* $\overline{\text{IIII}}$.LXXII.—*Ab Incarnatione* C.XII. *(Confer Bedam de sex ætat.)*

*Justus Alexandriæ Ep̃s an. xi. (lege Hierosolymæ Ep̃s.)*

KK. *Timotheus Pauli Discipulus quievit.*

117 K. *v. Trajanus apud Seleuciam,* (5) *Isauriæ Urbem, profluvio ventris moritur. A.M.* $\overline{\text{IIII}}$.LXXXIX.

117 Kl. *Adrianus consobrinæ filius regnat annis xxi. Per Quadratum Discipu-*
124 *lum Apostolorum, et Aristidem Atheniensem, virum fide sapientiaque plenum, et per Serenum Granium Legatum, Libris de Christiana Religione compositis, instructus, præcepit per Epistolam, Christianos sine objectu criminum non damnari.* (6) *Idem Judæos, secundo Rebelles, ultima cæde perdomuit, etiam*

---

(3) Non concrematum, ut in Eusebii Chron. sed fulmine tactum.

(4) "Annus xvi" MS. 502—"annos xvii" Coeman in Carmine "*Annalad.*"

Ne confundantur, propter nominum et cognominum similitudinem, Reges Hiberniæ totius cum Regibus Ultoniæ, hæc notanda sunt—*Iriala* xviii Eamaniæ Regi, successit filius ejus *Fiachnaus-Finamhna* annis xix, ut in Codice Tigernachi Flaherteano æque ac in Bodleianis, Ogyg. p.142. *Fiachnao* huic successit in Eamania xx *Fiatach-Fin*, xximus *Elim mc Conraigh*, annis x. Hujus Genealogiam ex Codice vetere *Leabhar Gabhala*, in Bibliotheca Stowense, et ex O'Duvegani Codice, Avi mei manu excerptam, sic lego in margine Exemplaris Stowensis Ogygiæ, pag. 142—"*Elim m.Conraigh mc. Fergusa, m. Rosa-Ruaidh, m. Rudhraide.*"

Alius itaque fuit *Fiacha-Findalaidh*, Rex Hiberniæ coævus (de quo supra in textu, et de quo Flannus in Synchronismis—"Trajano Imperante *Fiatachus* et *Fiacha Finnolad* Reges Hiberniæ.") a *Fiachnao Finamhna* Rege Eamaniæ.—Notandum præterea silere Tigernachum de *Fiatacho* Reges Hiberniæ hoc ordine exhibet—*Crimthan nia nair*, *Feradach* filius Crimthani, et *Fiach Finnolad* filius Feradachi.—Qui *Fiatachum* in Regum Albo includunt, *septem* annos tantum successori ejus *Fiacho-Finnolæ* tribuunt. ut in Ogyg. p. 142.

(5) *Selinuntem* lege, Ciliciæ urbem, ubi obiit iv Id. Augusti, postquam Imperasset annos xix. mens. vi. Successit Hadrianus, Imperator xv. Tigernachi Chronologia ex Annis Imperatorum, et ex Laterculo his Annalibus præmisso emendando est, ut sæpe monuimus.

(6) Anno tamen 118 æræ com. Persecutionem, sive *quartam*, ut Sulpitius numerat, l. 11, sive cœptam a Trajano, prosecutus est, ut in Eusebio.

A. C.

*introeundi eis Hierosolymam licentia ablata, quam ipse in optimum statum, murorum extructione reparavit, et Heliam vocari de suo nomine præcepit. Idem eruditissimus in utraque lingua, Bibliothecam Athenis miri operis construxit.*

(REX EAMANIÆ XXI. Elim.)

KKK. Elim mc Conrach *regnat* an Eamain *annis x.* (7) 128

*Aquila Interpres secundus post lxx habetur.*

KK. *Eomenes anno uno, et mense uno Alexandriæ Eps.* (8) *Marcus Alexandriæ an. xiii.*

(REGES HIBERNIÆ, ET ULTONIÆ XXII. Mal.)

K. (9) Fiacha Findolaidh *interfectus est in Temoria, vel* a Muig bolg *ut alii aiunt.* O Eilim mc Conrach .i. o Righ Ul. *qui cecidit* hi cath la Tuathal Teachtmar an dighal a athair.

*Fiachus Findolad* Rex Hiberniæ interfectus est in Temoria, Regia sua, vel in Campo Belgarum, ut alii aiunt, per Elimium filium Conrii, id est per Regem Ultoniæ, qui cecidit postea in Prælio, occisus a *Tuathalio*, cognominato *Adventu magno,* ad vindicandum patrem suum, ab Elimio interfectum.

KKK. (10) Tuathal Techtmor r. an. *xxx* Isse cetna ro naise Borum Laighen 7 as ris ro icadh ar tus.

Anno abinde tertio, regnavit *Tuathal* adventu magnus annis xxx. (11) Is primus exegit Boum tributum, dictum *Borum,* a Lageniensibus, eique primo solutum est. (12) 130

---

(7) Codex 502 habet annis x. et deinde K. v. K. vi. K. vii. Aquila, &c.

*Elimio* annos x tribuit pariter, ex Codice suo Tigernachi, Flahert. p.142. Conveniunt omnes, subjungit Flahertcus Regem fuisse Hiberniæ totius, simul ac Ultoniæ, spatio annorum iv. ab anno regni sui Ultoniæ sexto. Et quidem Flannus inquit—" Hadriano Imperante *Elimius, Fiachi* cæde, factus est Rex Hiberniæ, et post cum " *Tuathal,* eodem Imperante." Ogyg. p. 142. Conveniunt Carmina Coemani, et IV Magistri in Annal.

(8) " Alexandriæ, defuncto *Primo* Episcopo, cum sedisset annos xii, successit Justus. Sextus Eps. Hymenæus, annis xiii. Alexandriæ septimus Marcus, annis xiii." Ibid. Vide supra, not. 98.

(9) Codex 502 habet numerum v hic appositum pro nota feriali, K. v.

(10) In Codice prædicto Numeri sic leguntur, K. vi. K. vii. K. i.

(11) Tuathalii initia, devictis Attacottis, Epocham constituunt in rebus gestis Ethnicorum Hiberniæ, atque cum *Elimii* Regis Ultoniæ exitu concurrentes, certum definiunt præcedentis Historiæ limitem. Vide infra, ann. C. 162.

(12) Vide IV Magistr. Annal. ubi de jurejurando quo Magnates sese tuathalio obstrinxerunt. Flannus inquit—" Adriano imperante, *Elim,* Fiachi cæde, Rex Hiberniæ, post eum *Tuathal,* eodem Imperante." Conveniunt omnia monumenta.

A. C.

Kl. Mal mc Rochraidhe r. an Emain *xxxiii.* (13)

Anno proxima sequente *Mal* filius *Rochradi*, regnat in Eamania annis xxxiii. (14)

KKKKK. *Ab Incarnatione* c.xxx.ix. *Mundi* v̄.ccc.xxxviii, *secundum* lxx. *secundum vero Hebræos*, īīīī.lxxxix. (15)

135 Kl. *Hierosolymæ primus ex Gentibus Eps̄ constituitur Marcus, cessantibus hiis qui fuerant ex Judæis, qui sunt numero xv, et præfuerunt a Passione Dn̄i per annos fere c. et vii.* (16) *Basilides Hæresiarchus agnoscitur.*

138 *Adrianus Ælius morbo moritur.* (17)

138 K. *Antoninus cognomento Pius, cum filiis suis Aurelio et Lucio, regnat annis xxii.*

139 K. *v. Justinus Philosophus librum pro Christiana Religione compositum, Antonino tradidit, benignumque erga Christianos homines fecit; qui non longe post, suscitante persecutionem Crescentio Cinico, pro Christo sanguinem fudit.*

K. *ii. Sulpicio Romæ Ep̄o Hermes scripsit librum, qui dicitur Pastoris, in quo præceptum Angeli continetur, ut Pascha die Dominico celebraretur.*

---

(13) His consentit MS. Tigernachi Flaherteanus, in Ogyg. p. 142, subjungens Malium e Rege Ultoniæ, Regem Hiberniæ totius factum, annis 4; nempe 4 ultimis ex iis xxxiii quibus Ultoniæ præfuisse narratur. Firbissiorum Codex Lecanus, fol. 300, *b.* hæc habet—"Antonino mundi Rege, Tuathalius, Rex Hiberniæ, post "xxx Regni annos a Malio occisus est" Flannus inquit "Antonino Pio Imperante *Malius* post Tuathalium "regnat." Hæc diversorum veterum testimonia consentiunt.

In veterum Ethnicorum Hiberniæ annis assignandis, errant IV Magistri in Annalibus, ubi a Tigernachi rationibus discedunt, eosque secutus Colganus in eorum depravatam Chronologiam impingit. Narrat nempe ex iis Annalibus, in Triade, pag. 449, et iterum, pag. 563, *Fedhlimidium* Legiferum, Tuathalii filium et successorem, obiisse A. D. 119! et *Conni Centum præliorum* obitum referunt ad annum 157.—*Arthurum* Conni filium et successorem in prælio Mucrumio occisum narrant anno C. 195, Dum Mac Connum invasisse Regnum, occiso Arthuro, annis xxx. usque ad annum 226, quo Cormacum Arthuri filium ad regnum pervenisse declarant. Addunt Cormacum regnasse annis 40, ad annum usque 266—Hæc autem fere omnia, etsi cum Tigernacho consentiant in *Regum successionibus*, et rationibus ejus Chronologicis, cum Flanno synchronismis, et cum Genealogiis Regum, et narrationis serie consentientibus adversantur. Neque sibi constant IV Magistri in rebus Chronologicis. Vide infra, ann. 161.

(14) Itaque Malius obiit anno C. 163. Vide infra, ann. 160.

(15) In Codice, No. 502, hæc ita leguntur—

"K. iii. K. iiii. K. v. K. vi. K. vii. K. ii. ab initio mundi v.ccc.xxxviii. secundum lxx Interpretes; "juxta vero Hebreos iiii.c xix. ab Incarnatione c.xxxiiii. K. iii. K. iiii. Celadion Episcopus Alexandriæ "annis xiiii.—K. v. Hierosolime primus ex gentibus, &c. Sed Beda habet "A M. 4090, Christi 139"

(16) Similiter in Beda de sex ætat. p 19.—Ambo ex Eusebii Chron. et Hist. l iv. c. 6.

(17) Obiit Adrianus apud Baias, vi, Id. Julii, anno C. 138. Imperavit annos xxi, m. x.—Ejus obitus refertur supra, in textu, ad ann. huic proximum. In Fragmento vero MS. 502, accurate ad annum ipsum 138. Successit Antoninus Pius.

A.C

Kl. *Policarpus Romam veniens, multos ab Hæretica labe castigavit, qui Valentini et Cerdonis nuper doctrina fuerant corrupti.*

Kl. *Antoninus, idem Pius cognominatus, quod in omni Regno Romano, cautionibus incensis, cunctorum debita relaxavit, inde Pater Patriæ appellatus est.* (18)

KKKK. *Antonino regnante, Valentinus et Marcion Hæresias producunt.*

K. *Galenus Medicus Pergamo genitus, Romæ præclarus habetur.*

K. *Agrippinus Alexandriæ Eps annis xii.*

(REX HIBERNIÆ Tuathal OCCISUS.)

KKKKKKK. K. b. KKKK.

Tuathal Teachtmar oc? la Mal mac Rochraidhe, la Ri n Uladh, oc Lind an Gabund in Dalaraidhe.

Kl. Feidhlimidh Reachtmur mc Tuathail Teachtmuir *regnat an. ix.* (19)

Tuathalius adventu magnus, occisus est a Malio Rege Ultoniæ apud stagnum 160
gabund in Dalaradia. Anno sequente Fedhlimidius Legifer magnus, filius Tuathalii adventu magni, regnavit annis ix.

K. *Antoninus ad* [MS. Fol. 4, b. 1.] *xii^m. ab Urbe lapidem morbo interiit.* 161
IIII.C.XXX. (20)

*Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo regnat an. xix*

---

(18) Hic Finis 12mi et ultimi folii Fragmenti Tigernachiani, in Codice Rawlinson 502. Cætera sequuntur ex Codice Rawlinson, No. 488 solo.

(19) In annis consentiunt Codices et Carmina vetera, ut in Ogyg. p. 144, et in IV Magistror. annal. Flannus præterea ait in Synchronismis—" M. Aurelius, *Fedlimidius Legifer*, *Cathirius*, et *Connus Centum præliorum*, " Reges Hiberniæ, coævi fuere." Consentit Codex Lecan apud Flahert. fol. 300, *b.* ibid.—Præterea Codex Cluanensis apud Flahert. p. 143, æque ac Codices Bodleianus et Dubliniensis, Galenum Medicum *Malio* Rege Hiberniæ floruisse narrant, et *Felimium* Malii successorem ad regnum Hiberniæ pervenisse, anno *ante obitum Antonini Pii*, qui fato functus est. A C. 161.

En ergo Æram *Tuathalii*, ut mihi videtur, certissimam, pluribus ad id demonstrandum conspirantibus.

De Comitiis Temorensibus a Tuathalio indictis, ubi Hiberniæ Proceres per Solem, Lunam, ac cætera numina, visibilia et invisibilia, se suosque ei et posteris fideles futuros voverunt, vide Prolegomena nostra, p. ix, xxxix, lii, lxxvii, lxxix, lxxxi, lxxxiii, xciii, ci, ciii, et Annal. Ulton. a p. 148 ad 152.—Confer deinde *Coemani* Carmen in Prolegomenis, p. xxxix. Rer. Hib. tom. 1.

Felimio Legifero x annos tribuunt *IV Magistri*, *Coemanus* ibidem, Flahertus, p. 144, et Codex Cluanensis ibid.—Vetus Auctor qui Vitam S. Brigidæ, No. 4, a Colgano editam, scripsit ante ann. 980, de Felimio Rege inquit—" Dicebatur *Reacht-mor*, eo quod magnas in Hibernia Leges fecit. *Reacht* enim Scotice, Latine " *Legem* sonat." c. 1, et iterum Colganus ipse, p. 563. Confer IV Magistr. p. 75.

(20) Antoninus Pius Imperator xvi, obiit Nonis Martiis, anno C. 161, successeruntque ambo Imperatores M. Aurelius Antoninus et *L. Ælius Verus*, non *Commodus*, qui fuit *Veri* successor. Itaque post Antoninum Pium defunctum anno 161, regnaverunt M. Aurelius Antoninus, et Lucius Verus Ælii filius, sive Lucius Ælius Verus, Imp. xvii. quibus successit Lucius Aurelius Commodus. Imp. xviii.

A.C.

*et mense uno. Aurelius, post Parthicum bellum, interiit.* o teiach fola, (i. e. fluxu sanguinis.) (21)

K. *Julianus Alexandriæ Eps. annis x.*

(REX EAMANIÆ XXIII. Bresal.)

Bresal mac Briuin *regnat* an Eamain *annis xix.* ⁊ loch Laigh *s. b. i. tᵃ.vit.* c̄s ɔjux Mor a ben iri adbach dea c aigh a ⁊ nomac' Raith mor Muighe line. (22)

Bresalus filius Briani regnat in Eamania annis xix, qui Lacum Laig subintravit. cujus conjux, Mora uxor ejus, obiit moerore consumpta, a qua nomen habet *Rath More*, i. e. Arx, sive Munimentum Moræ, in Campo Lenæ.

162 Kl. *vi. Persecutione orta in Asia,* (23) *Polycarpus et Pionius fecere Martyrium.*

Kl. *vii. In Gallia quoque plurimi pro Christo sanguinem effudere, nec multo post, vindex scelerum lues late multas Provincias, Italiam maxime, Romamque vastavit.*

165 K. *ii. Montanus Hæreticus, Cataphrygarum auctor, et Tatianus, a quo Hæresis Encratitarum exorta est—*

(REGES HIBERNIÆ Cathair ET Con.)

K. *iii.* K. *iiii.* Cathair mor *cecidit* la Luaighni Temrach.

K. *v.* Con cet cathach *regnat in Temoria annis xx.*

K. *vii.* K. *i.* Randta on Ath-cliath co chele etir Conb. c. cathach ⁊ Mogh-

Cathirius Magnus Rex Hiberniæ cecidit, occisus a Luagniis Temorensibus, et Connus centum Præliorum regnat in Temoria, annis xx.

Tertio postea anno, Hibernia divisa est in duas partes, inter Connum cen-

(21) Obiit Antoninus Pius anno 161, quo ei seccessit M. Aurelius, qui Imperavit usque ad ann. 180. Hic Lucium Ælium Verum Imperii participem fecit, et tum primum duo Imperatores simul Imperarunt.

(22) Convenit Codex Tigernachi Flaherteanus in Ogyg. p. 144.

(23) Persecutio erat 4ta, quam Severus Sulpicius *quintam* numerat. In ea Justinus Martyr passus est.

Hoc circiter tempore. et presertim sub M. Antonino Vero, floruit *Theophilus Antiochænus*, a Petro *sextus*, qui primus omnium ex Sacris literis de mundi ætate computum iniit. Hactenus nemo ab Orbe condito, aut a Diluvio, annorum seriem numeravit. Non mirandum itaque, si in æra Mundana, Tigernachus ac Beda hallucinaverint.—Tres libros scripsit Theophilus ad Autolicum, Apologeticos pro Christiana Religione, qui soli ex operibus ipsius supersunt. In his rationes ejus vehementes sunt, stylus perspicuus. Extant in Bibliotheca PP. Bignæi, t. 1. De eo vide Euseb. Hist. l. 4, c. 24.—Alius est *Theophilus Alexandrinus*, qui centum annorum Computum Paschalem composuit, incipientem a Consulatu Gratiani et Theodosii, anno nempe æræ com. 380, ut in Beda de sex ætat. Vide infra annum 103.

A.C.

nuadhad *cui no erat* Eogán Taidleach, *a*; *no at'* Eoganacht.

tum præliorum, et Mogam Nuadhat, cui nomen erat Eoganus venustus aspectu, a quo nominatur Regio Eoganacht. (24)

Kl. *ii.* *Dionysius Eps Corinthiorum.*

Kl. *iiii.* *Initium Cycli.* (25)—*Demetrius Alexandriæ Eps regnat annis xliii. cujus tempore Origenes claruit.* 171

K. *v.* *Anni lxxv.* (26) o feraib Mumán Righe cach le fecht co tánia Conn-cet-Cáthach árith *vii* Rige do chruitnechaibh ro phollámnaigh fed. Er—

Anni 75 . . . . . a Momoniensibus, Regum regnis simul collatis, donec ad regnum pervenisset Connus centum præliorum, quo spatio septem Reges Pictorum regnaverunt in Hibernia (27) * * * *

K. *vi.* *Antonino Imperatori Melito Asianus Sardiensis Eps Apologeticum tradidit.* (28)

K. *vii.* K. *i.* K. *iii.* *Apollinaris Asianus, Hierapoli clarus habetur—*

---

(24) *Cathirium* Magnum, quem plerique Regem Hiberniæ totius numerant, post Felimium Legiferum, non omittit Tigernachus, etsi non Jure hæreditario creatum.—Testamentum ei a Flaherteo tributum, respuendum esse, sola lectio indicabit, Ogyg. p. 310. Ultimus Rex Hiberniæ e Lageniensibus numeratur a plerisque. Conni obitum retulimus in Latereulo, ad ann. C. 187, Imperante Commodo. Vide supra, pag. xxi, et infra, not. 33.

(25) Incæpit Cyclus Lunaris anno æræ com. 171.—Kal. Jan. ii, ut in Latereulo his annalibus præmisso. Cyclus deinde proximus incæpit anno C. 190, Kal. Jan. feria 5.—Atqui juxta Petavium Demetrius, xi Alexandriæ Eps, creatus est A C. 189. Doctr. Temp. vol. 2, p. 391.—Rexit Demetrius annis xliii, ut in Eusebio.

(26) Locus mutilus, nec facile restituendus.

(27) Pictorum in Hiberniam adventum narrant Beda, l. 1, c. 1, et Chronicon Pictorum editum ex Codice Colbertino ab Innesio, et aliis. *Crutheni* appellabantur Hibernice, a voce *Cruth* color, eodem sensu quo *Picti* Latine. Adamnanus, qui obiit anno 702, Pictos Hiberniam incolentes semper *Cruthaeos* nominat, ut l. 1, c. 36, et c. 49. Regio quam incolebant, ea est maritima in Comitatu hodierno Dunensi, quam *Dalaradiam* appellant Scriptores veteres de Vita S Patricii, ut in Vita 2da apud Colganum c. 30, et in Vita 4, c. 34; quapropter ubi Auctor Vitæ 3tiæ inquit c. 57—" Migravit Patricius ad gentes Aquilonares, id est *h Ultu*, *Cruithni*, et " *Dalaaraidhe*" legendum est *Dalrieda*, in Comitatu Antrimense, *Dalaaraidhe* enim et *Cruithne* una et eadem regio est in Dunense. Colganus in nota 51 ad Vitam 3tiam errat, aliter sentiens, et seipsum postea emendat in nota 102, ad Adamnan l. 1, c. 49—" *Dalaradios* populos Ultoniæ eosdem vocari *Cruthnios*, ut in Actis S. Patricii vocari jam observavimus."

Flannus quoque in Carmine " *Righ Teamhra dia teasbann*," &c inquit—" *Fothadium-Airgtheach* in *Cruthe-* " *norum* ditione occubuisse, qui in *Ollarba* prælio apud *Moi-lene* occidit, anno C. circiter 295."—Atqui *Ollarba* et *Moilene* sunt in Comitatu Dunensi—*Dalaradia* itaque est maritima Regio ab Ivorio (hodie Newry) ad montem *Mis*, ad aquilonem protensa, quæ nomen duxit a *Fiachi Aradhii*, Regis Ultoniæ, stirpe, circa ann. C. 240. *Cruithne* dictam fuisse putat Flaherteus, quia uxor *Conalli Cearnai* Herois, a quo *Fiachus* is genus traxit, fuit e *Cruthniis*, nempe Pictis Borealis Britanniæ. Eumenius in Panegyrico ad Constantinum A.D. 296, inquit " Britannos, ante Cæsaris adventum, *Pictis et Hibernis* assuetos Hostibus."

(28) Non Antonino Pio, jam defuncto, sed M. Aurelio, A. D. 170. Ita Euseb. Chron. et Hist. l. v, c. 25.

A.C.

180 K. iiii. K. v. *Marcus Antoninus infando morbo mortuus est.* (29)

181 K. vi. *A.M.* IIII.XL. *l. iii.* (30)

*Lucius Antoninus Commodus post mortem Patris sui regnat annis xiii.* (31) *Hic adversum Germanos bellum feliciter gessit. Ipse vero per omnia, luxuria et obscœnitate mancipatus, nihil paternæ virtutis et pietatis simile gessit.*

(REX EAMANIÆ XXIV. Tipraid.)

K. *i.* Tipraid Tireach *regnat* an Eamain *annis xxx.* (32)

K. *ii.* *Irenæus Eps Lugdunensis insignis habetur.*

K. *iii.* *Commodus Imperator, capite Colosso sublato, suæ Imaginis caput jussit imponi. Theodosion Ephesi Interpres tertius habetur.*

(REGES HIBERNIÆ.)

K. *vi.* Cond. c. c. *occidit* Mogh Nuadhat a Muig Lena (*ope Golli filii Mornæi.*)

K. *vii.* K. *i.* Cond. cet-cath *occisus* ÷ in Tuaith-am-rois la Tibraidi Tireach, la Righ Ul. dia mairt, in erus Conn. l. an

Connus centum præliorum occidit Mogham Nuadhat, Australis Hiberniæ Regem, in campo Lene. Secundo anno deinde (vel post biennium) Kalendis Jan. incidentibus in feriam 1. Connus Centimachus occisus est in prælio de *Tuath-amross*, per Tibradium Tireach, Regem Ultoniæ, die Martis, (33) in regione Con-

(29) Obiit M. Aurelius Antoninus, anno æræ com. 180. Imperavit annis xix, dieb. xi. ex iisque ix circiter annis cum L. Vero. Successit Commodus annis xiii.—Verus obiit anno C. 169.

(30) Conveniunt numeri in Beda de sex ætat. Sed vide supra, pag. 32, not. 23.

(31) Lege potius "*Lucius Aurelius Commodus*," M. Aurelii et Faustinæ filius, Patri successit anno C. 180. Imperator xviii. Commodi anni indicant annos Conni, Regis Hiberniæ. Vide p. 33, not. 24.

(32) Conveniunt in annis xxx Codex Flaberteanus et Carmina vetera.

(33) "Die Martis"—Paulo aliter Codex Flaberteanus in Ogyg. p. 145, ubi Flaherteus sic ratiocinatur, "Connus Centimachus a Lenensi prælio xx annos regnavit, ut habet Codex Cluanensis, occisus, meis rationibus, "anno 212, die, ut idem Codex refert, xx Octobris et *die Martis*, ut in Prælii Lenensis Historia ex *Seageano* "*Eigceas*, vetusti quoque Poematis testimonio "*Marta magh Tuirteadh*." et apud Tigernachum habetur, quod "anno æræ Christianæ 212 competit, cujus Literæ Diales *E. D.* Octobris 20m. in Martis diem eo anno incidisse "demonstrant, a quo vigesimus retro annus prælii Lenensis, fuit Christi 192."

Idem argumentum adducit in Epistola ad Lyncæum, p. 39—"Hiberni veteres cujusque anni, quo quidquam "memoriæ prodiderunt, Kalendas Jan. hebdomadis feria in quam inciderent, nulla alia adhibita æra signabant, "hoc modo. *Kl. Jan. feria 4, Connus Centimacchus* Rex, 20 Octobr. feria 3 occidit."

Denique hæc habet idem Flahert. p. 318. "Tipradius Tirius Rex Ultoniæ, Bressalii Decessoris ex Mora "conjuge filius, Connum Centimachum Hiberniæ Regem, apud Tuathamros, prope Temoriam, dolose trucidavit,

Irus Domnáinḋ, *ut alii aiunt.*—Art-áen-fer *regnat annis xxxii.*

naciæ dicta *Irrus,* sive Irrus Damnoniorum, ut alii aiunt. Tunc Arthurus unicus (i. e. unicus Conni filius,) regnavit post Connum, Rex Hiberniæ annis xxxii.

K. *iiii.* K. *v.* K. *vi.* K. *vii.* *Commodus Lucius, incommodus cunctis, in* 192
*domum Vestalium ingressus, strangulatus interiit.*

*A. M.* IIII.C.XLIII.

Kl. *Pertinax Senex regnat mensibus sex.* (34) *Hic Juliani, id est Juris-* 193
*periti, scelere, in Palatio occisus est, quem, mense septimo post quam cœperat Imperare, Severus* (35) *apud Pontem Multivium (i. e. Milvium) juxta Romam, bello civili victum interfecit.* (36)

*Victor xiii Romæ Episcopus, datis late tabellis, constituit Pascha die Dominico celebrari, sicut et prædecessor ejus Elutherius, a xiii (lege xv) Luna primi mensis, usque ad xxi. Cujus decretis favens Theophilus, Cesareæ Palestinæ Eps,* (37) *scripsit adversus eos qui xiiii Luna, cum Judæis, Pascha*

---

"20 Octobr. et die Martis, dum ad Comitia Temorensia, proximis Kalendis Novembr. tenenda, in procinctu "esset. Die Lunæ natum, et die Martis denatum, *Senchanus Eigceas* adnotavit"

Hæc quidem viri docti ingenium produnt. Is enim concursus feriæ 4 ad Kal. Jan. et feria 3, sive diei Martis ad 20 Octobris, eodem anno, infra Cyclum Solarem annorum 28 non nisi semel contingit.—Sed numeri feriales in Codice Bodleiano non conveniunt cum Flaherteano, et præterea uterque Codex *Conni* obitum refert, *Imperante Commodo,* qui obiit anno 192 Vide supra, pag. xxiii.—Nemini licet propter rationes quæ sibi congruæ videntur, Veterum facta respuere, vel conjecturis impugnare, nisi potiora et magis authentica veterum Scripta accedant. Connus itaque Imperante Commodo, occisus est, anno C. 187, ut in Laterculo, ex Codice Bodleiano

(34) Publius Helvius *Pertinax* ab exercitu creatus Imperator xix; anno 193.

(35) Marcus Didius Severus Julianus Imperium a Prætorianis pæcunia æmit anno 193, Imperator xx, sed post menses 2, dies 5, interfectus est. Interim L. Septimius Severus in Pannonia, Pescennius Niger in Syria, et Clodius Albinus in Britannia, Imperium usurparunt; quorum Severus factus est Imperator xxi

(36) Beda M. Antonino Vero, cum filiis Aurelio, et Lucio Commodo, annos xix, et mensem unum tribuit.—Defuncto Commodo fratre, Antoninus Commodum filium suum Regni consortem fecit; qui, post Patris mortem, regnavit annis xiii, post quem *Ælius Pertinax* regnavit menses vi, qui, inquit Beda—"Juliani Jurisperiti scelere "occiditur in Palatio, quem, mense vii postquam cœperat Imperare, Severus apud Pontem Milvium interfecit. "*Severus Pertinax* deinde regnavit an. xviii."

Hæc Beda; quem vir doctus T. Smith erroris arguit, quod non posuerit *Didium* ante Severum. De Sex ætat. p. 19--20. At in ista ipsa narratione *Didium* ponunt Beda et Tigernachus ante Severum, quis enim alius est ille "Julianus" quam *Didius Salvius Julianus,* qui, juxta Dionem, diebus 66 Imperavit, juxta Eutropium et Orosium, menses vii?—Hæc accurate notanda sunt, ut Tigernachi series Chronologica conservetur, juxta seriem Fastorum, et annos Imperatorum qui in Tigernachi textu memorantur.

(37) Vide notam 23, supra ad ann. 162, pag. 32.

A.C.

*celebrant, cum cæteris qui in eodem consilio erant Episcopis, Sinodicam et valde utilem Epistolam.* (38) [MS. Fol. 4, b. c.]

Kl. *iii.* *Anno Mundi* IIII.C.LXIII.

193 *Severus, genere Afer, Tripolitanus, ab oppido Lepti, qui se ex nomine Regis, quem Julianus peremit, Pertinacem appellari voluit, regnat annis xviii.*

K. *iiii.* *Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter, et Pantimus Stoicus Philosophus, in disputatione dogmatis nostri dissertissimi habentur.*

197 K. *v.* *Narcissus Hierusolymorum Eps, et Theophilus Cæsareensis, Policarpus quoque et Bachulus, Asianæ Provinciæ Episcopi, insignes habentur.*

201 Kl. *vii.* *Persecutio a Severo; quinta persecutio in Christianos facta.—Plurimi per diversas Provincias, inter quos Leonidas, Pater Origenis, Martyrio coronati sunt.* (39)

K. *Tertullianus, Africanæ Ecclesiæ Eps (lege Presbyter) clarus habetur.*

Kl. *ii.* *Origenes Alexandrinæ Stationis eruditur.*

Kl. *iii.* *Simmacus Interpres iii cognoscitur.*

K. *v.* *Hoc anno Leonidem interfectum alii aiunt.*

K. *vi.* K. *vii.* K. *i.* *Perpetua et Felicitas apud Carthaginem bestiis dolatæ sunt Nonis Martiis.*

K. *iii.* K. *iiii.* K. *v.* K. *vi.* K. *ii.* K. *iii.* *Initium Cicli . . . . . (quædam desunt) . . . menses efficiunt hunc annum.*

207 *Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, Lugduni interfecto, Severus in Britannos bellum transfert, ubi, ut recuperatas Provincias ab incursione*
209 *Barbarica faceret securiores, magnum firmissimumque vallum, crebris etiam turribus communitum, c.xxxii. millia passuum, a mari usque ad mare deduxit,*
211 *qui Eboraci morbo obiit.* (40)

---

(38) Victorem nimium præcipitem, et Asiaticos excommunicare cupientem, S. Irenæus ab incepto deterruit. Euseb. l. 5, c. 24–5.

(39) Hoc tempore Virius Lupus a Mœatis, juxta murum habitantibus, cum *Caledonii* bellum pararent, pacem pœcunia redimere coactus est, ut in Ecloga tributa Theodosio, in Digest. l. 28, tit. 6, leg. 2. § 4. Xiphilinus in Excerptis ait—“ Britannorum duæ sunt nationes amplissimæ, *Caledonii* et *Mœatæ*, nam cæterorum nomina ad “ hos fere referuntur.” Jornandes ait—“ Inculti omnes æque populi, Regesque populorum. Cunctos tamen “ in Caledoniorum Mœatarumque concessisse nomina, author est Dio, celeberrimus scriptor Annalium ”

(40) Mansit Severus in Britannia ab anno 207, ad obitum, anno 211, et Murum construxit anno 209, postquam Hadriani murum Cespititium transgressus, Mœatarum et Caledoniorum fines, ad extremam Insulæ Britanniæ partem penetravit. De muro, vide Smith, not. 20, ad Bed. p. 25.

Si Hibernia tam facile Romanis armis subjugari poterat, quam Agricola putavit, referente Tacito, cur non

A.C

(REX EAMANIÆ XXV. Ogaman.)

Ogaman mc Fiatach Find *regnat* an Eamain *annis xii. anno M.* IIIIC.LXIX (41)

Kl. *iiii. Aurelius Antoninus Bassianus, filius Severi, idemque Caracalla* 211
*dictus, regnat annis vii, qui de nomine vestis, in tempore illius inventi, Caracalla dictus est.*

Kl. *iiii. Alexander* Eps *Cappadociæ, cum desiderio Sanctorum locorum Hierusalem venisset, vivente adhuc Narcisso ejus Urbis Episcopo, persenilis ætatis viro, ipse ibi ordinatur Episcopus, Domino ut id fieri deberet per revelationem monente.*

(PRÆLIUM CINDABRADENSE.)

Cath Cindabrad ria macaib Aill Ulum, 7 ris na tri Chairpri, .i. ria macaib Conaire mc Moga-lama, for lugaid mc Con, 7 for descert Er. a torchair Nemidh mc Sraibcind ri Erand, 7 Dareara Druth Dair me. Do cher Dareara la h Eogan mc Aill. 7 do chear Nemead la Cairpri Righ fota 7 is andra chath sin do bacaighedh mc Con la

Prælium Cindabradense gestum (42) a filiis Olildi Poetæ, et a tribus Carbreis, id est filiis Conarii (43) filii Mogulamæ, contra Lugadium filium Conni, et contra Australem Hiberniam, in quo occisi sunt Nemedius filius Srabhcinei, Rex Hiberniæ, et Dareara, Druida Insulæ Quercuum. Occisus est *Dar-eara*, i. e. Querceti custos, ab Eogano filio Alildi, 212

---

experimentum fecerunt potentissimi Imperatores, spatio quatuor Sæculorum? Cur non Severus? qui rediens ab extremis Insulæ Britanniæ oris, satis gloriæ se comparasse putavit, murum Hadriani Cespititium, inter Tinæ et Escæ ostia, transmutans in lapideum, ut Scotorum, (i. e. Hibernorum) incursiones cohiberet.

(41) "A.M. IIII.C LXX," Beda.—"*Ogamanius*, e semine *Fiatachi* Regis Hiberniæ, Heremonius, post "*Tipradium Tirium*, Rex Ultoniæ annis xii. Ogamanium omnes passim Fiatachi Regis filium tradunt. Sed "filii nomen non stricte, sed sensu late sumpto, acceperunt." Flahert. Ogyg. p. 146—Dixerat jam, p. 144, *Tipradium Tirium*, Bressalii filium, Briuni, fratris Malii Regis Hiberniæ, nepotem, Patri successisse, Regem Ultoniæ annis xxx, ab anno 183.—Tipradium *Malii* nepotem appellat Flannus, in Carmine "*Righ Teamra,*" Nepos erat certe, aut pronepos, ex *Malii* fratre Brinno, cum nullus fuerit eo ævo Bressalius, rex Ultoniæ, nisi Briuni filius. Confirmat hoc Bressalii filii Briuni *Uxor Mora*, apud Tigernachum, et Tipradli *Mater Mora*, in Codice Lecano, fol. 104, col. 2, ubi diversi auctores in idem nomen, hujus *uxoris*, et illius *matris*, conspirant.

(42) Gestum est, juxta Tigernachum, anno 212, ut supra, et in Laterculo his Annalibus præmisso. Et quidem annus is convenit cum notis Chronicis *K*, in textu, cum serie chronologica Rerum Imperii, et cum fastis.

(43) Id est a filiis Conarii 2di. filii Moghalami, Regis Hiberniæ, generis Conni-Centum Præliorum. Flahertæus ex Codicibus suis inquit—"Olillus-Olom Eogauli Mognuadi ex Bera Hispanica filius, cum filiis suis, et "tribus Carbreis, Conarii 2di Regis Hiberniæ filiis, aciem istruunt apud *Cinfebrat*, in quo prælio Eugenius, "Olilli filius, *Daderam* Druidem interfecit. &c. p. 320.

De Colonia Hibernica ducta in Albaniam a *Carbreo Riada*, legendi sunt, præter Usserium, et Flemingum in notis ad Vitam et Opera Columbani, doctissimi e Scotis ipsis recentioribus, cum notis nostris in 1° Vol. Rer. Hibernic. ad voces *Scoti* et *Riada*, in Indicibus.

A.C

Coirpre Musc l. la h Eogán mc Aill. don rind cne, .i. do sleich áill.

et occisus est Nemedus a Carbreo Riada, (44) et in prælio isto claudus factus est Connus, vulneratus a Carbreo Musc, vel ab Eogano filio Olildi, cuspidis vulnere, i. e. hasta in sure ejus infixa.

K. *vii. In Jerico quinta editio Divinarum scripturarum inventa est, cujus Auctor non apparet.* (45)

Kl. *i.* Kl. *ii.* Kl. *iiii.*

217 Kl. *v. Antoninus Caracalla inter Edessam et Carras occisus est a Parthis. A.M.* ĪIII.C.LXX. (46)

218 Kl. *Opilius Macrinus, Præfectus Prætorii, cum filio Diadumeno, cum quo Imperium invasit, regnat anno uno, quo ambo, militari tumultu, apud Archilaidem occisi sunt. Abgarus S. Rex Edessæ, ut Africanus vult.* (47)

---

(44) In exemplari Stowense Ogygiæ, p. 321, hæc leguntur in margine, Avi nostri manu, et lingua ac characteribus Hibernicis—" *Gen Cairbre Riada m Conaire timcheall a. t.* 214, *no* 210, *vel* 208, *agus* 27, *bl. a aris i gcath* " *chinnfebraid, agus* 45, *bl. a aois in tan ro socraidhedh e in Ultoibh 7 in Albain la Cormac ua Cuinn* " (i e. Natus est Carbreus Riada, filius Conarii 2di. Regis Hiberniæ, annum circiter Domini 214, vel 210, vel 208, et annum ætatis 27m. attigit anno prælii Cinfrebratensis, et 45m. annum ætatis tempore quo Cormacus O'Con, Rex Hiberniæ, sedes fixas ei assignavit in Ultonia et Albania.) De *Riada*, vide Bedam, l. 1, c. 1.

Flaherteus, ex Codicibus suis, inquit—" Saradia, Conni Centimachi Regis filia, Conarii 2di. Regis uxor erat, " ex qua tres genuit filios, *Carbreum Musc*, a quo regio et familia de Muscrigia (hodie *Muskerry*) in Corcagiense " et Tipperariense Comitatu; *Carbreum Baoschain*, cujus progenies olim claruit in *Corcobascoin*, in occidentali " regione Comitatus de Clare; et *Carbreum Riada*, a Beda memoratum in Hist. c. 1, qui regionibus *Dalriadæ* " in Ultonia, et Albania nomen reliquit." De Dalriada Albanica Auctor vetus apud Camdenum in Scotia inquit " Fergus filius Erci fuit primus, qui, de semine *Chonaire*, (Regis Hiberniæ) suscepit regnum Albaniæ, a *Brun* " *Alban* ad mare Hiberniæ et *Inse-gall*, et inde Reges de semine Fergus regnaverunt in *Brun-Alban*, sive " *Brun-h ere*, usque ad Alpinum filium Eochodii."

Tigernachus, ad ann. 408, inquit " *Fergus mor mac Earca* cum gente Dalrieda, partem Britanniæ tenuit, et ibi " moratus est."

Flannus, annos xx numerat ab Ochano prælio, in quo *Ailill-molt*, Rex Hiberniæ, occubuit, ad sex filiorum Erci adventum in Britanniam. Gestum est autem prælium istud anno 483. Ericus is (sive Earca Tigernachi) filius erat *Eochodii Muingreamhair*, cujus filii e Dalriada Ultoniæ egressi, aliam Dalriadam ad sinus Dunbrittannici partem borealem condiderunt, quæ *Kentircam*, *Knapdaliam*, *Loarnam*, *Angusiam*, *Ardgatheliam*, et Brunalbam, vel *Braidalban*, cum Insulis vicinis, complectabatur; ut in Higdeni Polychron. l. 1, c. 58, in H. Boethio, qui ait " A Scoto-Hibernis profluxit nomen Scoticum *Ardgatheliæ*," l. i, fol. 7, et in Beda, l. i, c. 1.

(45) Ita S. Epiphan. de Pond. et Mens. ad ann. vii Antonini, ed Petavii, pag. 174, " Septimo Antonini " anno, quintæ editionis libri Hierichuntæ in doliis reperti sunt, cum aliis libris Hebraicis, ac Græcis . . . . . . " Alexandro filio Mameæ regnante, editio vi, quæ et ipsa in doliis latebat, Nicopoli ad Actium est inventa." Has inseruit in *Octaplis* Origenes, uti notat in Animadversionibus ad Epiph. Petav. p. 405, et Huetius in editione sua Operum Origenis. Vide infra, ann. 221.

(46) Anno Mundi " ĪIII.C.LXXI" Beda. Agitur de anno C. 218, quo *Macrinus*, Imperator xxiii, et Diodumenus occisi sunt, vii Idus Junii

(47) Abgarum ad hunc annum memorant antiqui Scriptores Euseb. Hist. Eccl. l. i, c. 13, &c De Lentuli

A.C.

(REGES HIBERNIÆ HOC TEMPORE.)

Cath Mughe Mucruma dia dardain ria Lugad mc Con, a torchair Airt Aenfear mc Cumd-cet-cath, 7 *vii* mc Aill. Ul.—Lug-lagha ro bith Art, a Turlach Airt. Bende Brit h ro bith Eogan m. Aill. *Alii aiunt*—Lugad mc Con *p. h. bel. in Temoria regnasse ..... l.xxx. ut alii aiunt.*

Prælium Campi *Mucrum*, die inter duo jejunia, (i. e. die Jovis) gestum a Lugadio filio Conni; ubi occisi sunt Arturus Unicus, filius Conni centum præliorum, et septem filii Olildi Poetæ, Regis Momoniæ, (48) Lugadius-Laga occidit Arturum in Palude Arturi. Bendeus Brito autem occidit Eoganum filium Olildi Poetæ, Alii aiunt Lugadium filium Conni post hoc bellum regnasse annis .... vel xxx, ut alii aiunt.

Cormac Ul-fadha h. Cumd *r. an. xlii.*

Cormacus *Ulfada*, Nepos Conni, regnat annis xlii. (49)

K. *vii. Marcus Aurelius Antoninus, (i.e. Bassianus, Heliogabalus appellatus) qui fuit Sacerdos* Elio-gabali *Templi, regnat annis iiii. In Palæstina* 218 *Nicopolis, quæ primo Emmaus vocabatur, Urbs condita est. Legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano, scriptore temporum. Hæc est Emmaus quam Dns post Resurrectionem suo ingressu, sicut Lucas narrat, sanctificare dignatus est.*

[MS. Fol. 5.]

K. *ii. Hippolytus Eps. multorum conditor opusculorum, temporum Canonem quem scripsit, huc usque perduxit;* (50) *qui etiam Decennovenalem* (51) 222

---

ad eum Epistola, et de Imagine ac vultu Salvatoris, consulendi sunt Gretserus De Imaginibus non manufactis, c. 1, p. 179, Evagrius Hist. l. 4, c. 27. Nicephorus, l. 2, c. 7.

(48) Extat poema Hibernicum Olildo huic Regi Momoniæ adscriptum, et ad Fiechum Nepotem suum inscriptum, septem filiorum suorum in hoc prælio occisorum casum deplorans, et incipiens "*A Macaime ci cia so.*" Sed putidum est commentum, in quo Christiana Religio manifeste se prodit, neque sinit idioma ut ultra sæculum 14m. referatur, Silet de eo Tigernachus, qui alia Carmina, vere vetera, proferens, plane indicat quam diversa fuerint Carmina vetera a recentioribus, neque prætermissurum se carmen hoc, si suo ævo extitisset.

(49) Flaherteus ex MS. suo Tigernachi, et aliis vetustis auctoribus, inquit Cormacum regnasse a prælio *Crinnao*, gesto anno 254, ad annum C. 277, annis nempe 23, pag. 331--3, et iterum p. 151, ubi Codicem Tigernachi Cluanensem citat, dicens *Lugadium-mc-Con*, Cormaci prædecessorem, regnasse juxta plerosque an. 30, sed Codicem Cluanensem ei tribuere annos tantum 18, seque non plures quam tres ei assignare, p. 150!—De prælio *Crinna* vide ann. 251. Tigernachus inter incerta relinquit *annos* Lugadii, et Flannus, qui paulo ante Tigernachum floruit, in Carmine "*Righ Teamhra dia teasban tnu,*" æque silet, dicens "Lugadius mac Con "apud Temoriam, donec eam Cormaco tradidit." De cognomine *Ulfada*, vide infra, not. 58.

(50) Hunc ipsum Canonem Marmore scalptum, vidi in Bibliotheca Vaticana, cum Hippolyti effigie. In isto Canone, sic scalpto, Luna xiv diei Paschalis anni primi Alexandri Severi, incidit in Eidus April. fer. vii; quæ notæ indicant annum æræ com. 222, quo Hippolytus Canonem istum inchoavit.

(51) Locus corruptus—Lege "qui etiam *sedecenalem* Paschæ circulum reperiens, Eusebio, qui super eodem

A.C.

*Paschæ circulum reperiens. Eusebio, qui super eodem Pascha decennovenalem circulum composuit, occasionem dedit.*

K. *iiii. Sexta inventa est Necapoli.* (52) *Sabellius Hæresiarchus ortus est. Dionysius Episcopus Alexandriæ annis xvii.*

(REX EAMANIÆ XXVI. Aengus.)

K. *iiii.* Aengus Gaibnen mc Fergusa Gailine *regnat* an Eamain, *annis xv.* (53)

222 *Marcus Aurelius, (i.e. Heliogabalus) militari tumultu, cum matre sua occisus est.* (54)

K. *v.* K. *vi. An. Mundi* IIII.C.LXXXVII. (55)

K. *i. Aurelius Alexander, vigesimus primus ab Augusto,* (56) *regnat an. xiii. Hic in Mammeam matrem suam unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis, qui Xerxem Persarum Regem vicit.*

K. *vii. Urbanus Romæ Eps multos nobiles ad fidem* Xpi *et Martyrium perduxit.*

K. *i. Origenes Alexandriæ, imo toto orbi clarus habetur. Denique Mammea mater Alexandri audire eum curavit, et ad amicitiam accitum, summo honore habuit.—Romæ insignis Alfinius Trevirensis habetur.*

(REGES HIBERNIÆ.)

Kl. Cath Granairdd ria Cormac hua Cuind for Ultaibh.—Cath Medha for Condachta, cath Anaeith, Cath Cindoire, cath Sritha for Ultu, cath Sligedh Cualgne—

K. *iii.* Cath Atha beithech, Cath Ratha Duine.

Prælium Granardense gestum a Cormaco O'Con, contra Ultonienses.—Prælium Medhense contra Connachtenses, Prælia Anaethense et Cindorense, Prælium Srithense contra Ultonios, Prælium viæ stratæ Cualgniæ.

K. *iii.* Prælium vadi boum, Prælium Arcis Collis (Rath down)

---

"Pascha Decennovenalem circulum composuit occasionem dedit." Sic Beda de Sex ætat. p. 20. Norris Epochæ Syro-maced. fol. Veronæ 1729, p. 122, Bianchini Storia Univ. 4to. Roma, 1747, p. 57.

(52) i.e. Sexta editio Scripturarum, de qua supra ann. 213, Euseb. Hist. Eccl. l. 16, c. 6, et S. Hieron. in cap. 3, Ep. ad Titum.

(53) Ogamanio Ultoniæ Regi successit *Aengus Gaibhnenn*, Tipradii Tirii, ex *Fergusio-Gailine* filio, nepos, annis xv. Codex Flahert. in Ogyg. p. 147.

(54) Heliogabalus occisus est vi Eid Martii, anno 222.

(55) "A. M. 4188" Beda.

(56) Erat Mammeæ filius, Imperator xxv ab Augusto inclusive. Obiit anno C. 235. Imperatores diverse numerantur a quibusdam, propter Socios, Adoptivos, et Usurpatores.

A. C.

K. v. Cath chuile tochair fo tri 7 tri catha andubhfridh.

K. vi. Cath Allamuigh, 7 *vii* Catha Eiblinne.

K. *vii*. Cath Muigh-Techt. loingeas mor Cormuic mc Airt tar Magh Rein fri re teora mblia dhna.

Kl. *i*. Ceithre catha f. Mumhain la Cormac. c. Beirre, c. Lochalein. c. Luimhnigh c. Greine for Mumhain beous, c. Classaigh, c. Muirisc, c. Ferta a torchair Eoch taebfhada m. Aill. Ulium c. Aird cain, 7 Orgain na .n. ingen isin Claenferta a Temraig la Dunlaing mc n Enda Niadh Righ laighean.

.i. *xxx* Righ ingen 7 .c. ingen la gach n ingen dibh. *xxx*, ar ccc uile sin. Da righ dec ro bith Cormac in aenor do Laighaibh, ar galaib aen fir 7 forcaidm na borima con a tormach lais.

Kl. *iii*. Cormac .h. Cuind dachrighadh o Ultaibh. (58)

K. *v*. Prælium Recessus viæ stratæ ter gestum, et tria prælia in nigris silvis.

K. *vi*. Prælium *Almuigense* i.e. Campi Petræ sacræ, et septem prælia Eblinensia.

K. *vii*. Prælium Campi Techt,—Classis magna cum *Cormaco* filio Arthuri ultra campum *Ren* (57) spatio trium annorum.

K. *i*. Quatuor Prælia contra Momonienses gesta a Cormaco, Prælia Berense, Lacus Læine (Killarney) Limericense, Prælium Solis, contra Momonienses similiter. Prælium Clasaigh, Prælium maritimum, Prælium Sepulchri, ubi occisus est Eochodius lateris longi, filius Alildi Poetæ; Prælium Montis curvi, et strages filiarum (vel Virginum Druidarum) in secessu mirabili apud Temoriam, per Dunlangium filium Ennai Herois, Regem Lageniæ, id est 30 Regiæ filiæ, et centum filiæ famulantes unicuique earum, 30 supra tercentum istæ fuere—Duodecim Regulos occidit Cormacus postea e Lageniensibus ideo, et præterea coegit Lageniam solvere boum tributum, simul cum boum proventu.

K. *vi*. Cormacus O Con regno expulsus ab Ultoniensibus.—K. *iiii*. K. *v*.

---

(57) Cur "*Ren*" ignoro.—Pars maris Germanici in quam Rhenus influit, ita a Rheno appellata fuerit Hibernice, uti et mare *Ictium* a portu Ictio. Mare Campum æquoreum dictum constat, et IV Magistri ad annum C. 240, Campum *Ren* explicant, dicentes, "*id est mare.*" Ex vetustis Codicibus Hibernicis de Vita S. Patricii, veteres Hibernos ostia Rheni frequentasse, et cum Piratis Saxonicis fœdere junctos fuisse, antea notavimus, itemque ex Eumenio, Claudiano et aliis; idque vel inde patet, quod Nialli Magni uxor fuerit Saxonica.—Narrat Flaherteus Cormacum, Regem Hiberniæ, ingentem Classem in septentrionalem Britanniam misisse, qua, triennii spacio, eas oras infestante, Imperium Hibernicum in Albania et Insulis exegit.—De Cormaci magnificentia, amplificata procul dubio a Poetis, consulendus est O'Duveganus in Carmine "*Teamhair na* "*Righ Rath Cormaic*," Distichorum 185, cujus Exemplar in pergamena extat in hac Bibliotheca Stowense, itemque in O'Duvegani Codice apud Flahert. p. 336. De Cormaco et ejus Institutis vide plura in IV Magistrorum Annalibus ad ann. C. 266

(58) "Cormacus *Ulfada* dictus, quod Ulidios *fada*, i. e. *procul* in Manniam et Hebrides relegarit, eorumque "Regem Aengusium Finn, Fergusii Dentinigri filium, in *Crinna-Fregabail* prælio, ingenti Ultorum clade, "vita spoliavit: Cui successit *Fergusius Foghu*, postremus Ultoniæ apud Eamaniam rex." Flahert. p. 336.

A. C.

235 K. *vi.* *Aurelius Alexander apud Moguntiacum, militari tumultu interfectus est.* (59) *Paulus Heremita natus est.*

K. *i.* *Maximinus regnat annis iii.* (60) *Hic adversus Ecclesiarum Sacerdotes et Clericos, id est Doctores, persecutionem ex̄ et (exercet) et maxime contra Christianam Alexandri, cui successerat, et Mammeæ matris ejus, familiam, vel præcipue propter Origenem Presbyterum.* (61)

(REX EAMANIÆ XXVII. Fiacha.)

236 K. *ii.* Fiacha Araidhe *regnat* an Emain *annis x.* (62)

K. *iii.* *Pontianus et Anterus Romæ Urbis Episcopi Martyrio coronati sunt, et in Cimitærio Callixti sunt sepulti.—Maximus Eps̄. Alexandriæ annis xviii.*

(REGES HIBERNIÆ ET ULTONIÆ.)

Bellum oc Fothaird Muirtheimne. Mebuig re Cormac hui Cuind 7 re Fiachaig Muilletham Righ Mumhan for Cruithniu, 7 for Fiachaig Araidhe, u. 7 *ipse cec. ut al. aiunt.*

Prælium gestum apud Fothardios Maritimos, Victoria parta est a Rege Hiberniæ Cormaco, nepote Conni centum Præliorum, et a Fiacho Mullethano Rege Momoniæ, contra Pictos, et contra Fiachum Aradium Eamaniæ Regem, ubi et ipse cecidit, ut alii aiunt. (63)

237 *Maximinus primus ex Militari corpore, absque Decreto Senatus, Imperator effectus, Christianos persecutus, a Pupiano in Aquileia occisus est.* (64)

---

(59) Tigernachus æram Com. passim antevertit annis ii.—Aurelius, Imperator xxv, Imperavit annis xiii. D. ix, et Maximinus ei successit, ab exercitu creatus anno 235.—Si characteres *K* numerentur ab anno 222, supra notato in margine, annus quo Aurelius obiit, juxta Tigernachum, invenietur 237, pro vero anno 235.

(60) Alexander occiso, A.C 235, xv Kl. April. successit 26 Imperator Maximinus, an. iii.

(61) Fuit ista Persecutio vi, quæ inchoavit eo ipso anno 235.

(62) Flaherteus ex Codice suo inquit—" *Fiach Araidhe* patri suo, *Ænguslo Gaibhneann*, succedit Rex Ultoniæ " x annos," pag. 148.

*Ænguili Gaibhneann* Genealogiam, Avi mei manu, ex vetere MS. descriptam, inveni in margine Exemplaris Stowensis Flahertæi, his verbis—" *Aengus Gaibhenn mc Fergusa Gailinne mc Tiobraide Tireach, mc Mail, mc* " *Rochraidhe, mc Fiacha Finemnaisi, mc Irial Glunmair, mc Conaill Cerneug.*"

(63) " *Fiacho-Aradio*, Ultoniæ Regi, successit Fergusius Deutiniger, Ogamanil Regis Ultoniæ pronepos, et " Conni centum præliorum ex Mania filia nepos." Flahert. ex Codicibus suis, p. 149.

(64) Anno nempe 237, quo solis defectio contigit die 12 April, hora 4, 51,' post meridiem, feria 4ta. digitorum 10, cujus meminit Capitolinus, ut in Doctrina Temporum, l. xi. c. 26. Vide etiam L'Art de verifier les Dates, t. 1. Chronol. des Eclipses, pag. 57.

A.C.

*A.M.* IIII.C.XC.VI. (65)

Kl. *iiii.* *Gordianus Imperat annis vi.* (66) 238

Kl. *vi.* *Julius Africanus inter Scriptores Ecclesiasticos habetur, qui in Chronicis quæ scripsit, refert se Alexandriam, Heraclæ opinione celeberrima, provocatum, quem in Divinis et Philosophicis studiis, et omni auctorum Græcorum doctrina instructissimum, fama loquebatur.* (67)

K. *vii.* *Origenes in Cæsarea Palestinæ, Theodorum cognomento Gregorium, et Athenodorum adolescentulos fratres, Ponti postea nobilissimos Episcopos, Divina Philosophia imbuit.*

[MS. Fol. 3. a.]

K. *i.* *Fabianus, testimonio Spiritus in specie Columbæ super caput ipsius descendentis, Rome Eps ordinatur; licet de Zephirino hoc verius affirment.*

K. *ii.* K. *iiii.* *Gordianus fraude Philippi Præfecti interfectus est.* (68) 244

K. *iii.* IIII.CC.III. (69)

Kl. *Philippus Pater cum filio suo Philippo regnat annis vii. Hic primus Imperator Christianus fuit.*

*Initium Cicli*—K. *vi.* K. *vii.* *Origenes adversus quendam Celsum Epicureum Philosophum, qui contra nos libros conscripserat, octo voluminibus respondit, qui ut breviter dicam, tam scribendi sedulus fuit, ut Hieronymus quodam loco, v millia librorum ejus manu, se legisse meminerit.* (70)

*Post tertium Philippi annum, millesimus a conditione Urbis Romæ annus* 248 *expletus est. Ita, magnificis Ludis, augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus, a Christiano Imperatore celebratus est.*

---

(65) Beda annum mundi 4197, apponit primo Gordiani, qui procul dubio regnare cæpit A.C. CCXXXVIII.—Si Tigernachi notæ *K* numerentur retro, usque ad ann. æræ com. 222, æram Christi communem duobus annis præire invenietur.

(66) Gordianus Imp. xxviii. Imperavit annis vi, juxta Euseb. et Bed. ad annum nempe 244.

(67) Africani præcipua fragmenta edidit Scaliger cum Chronico Eusebii. Sed confuse; paulo distinctius Goarius, in editione sua Syncelli

(68) Beda annos vi pariter tribuit Gordiano, et annum mundi 3204, primo anno Philippi adscribit, uti et Tigernachus—Atqui primus Philippi concurrit cum anno C. 244, quarto enim Philippi anno, ludi sæculares Romæ editi sunt, *Coss. M. Julio Philippo Aug. iii, et M. Julio Philippo Cæsare ii,* ut ex numis constat in Doctr. Temp. l. xi. c. 27, qui fuit æræ com. annus 248.

(69) " A.M. 4204" Beda. Vide notam 23, supra pag. 32.

(70) Eadem habet Beda, sed inconsulto—S. Hieronymus, in Apologia adv. Rufinum, non ita dicit, sed " ne " me mittas ad 6000 librorum ejus, quos legisse Beatum Papam Epiphanium criminaris."

A.C.

(REGES ULTONIÆ XXVIII, ET XXIX.)

Fergus Duibdetach r. an Emain *cum duobus fratribus*, (*i.e.* Fergus Foiltleabhair, 7 Fergus Caisfiaclach. ; bat fo Bregaibh,—r annis iiii.

K. *ii.* K. *iii.* Tearbhaidh Cormaic h. chuind fri re *vii* miss.

K. *iiii.* Aithrigadh Cormaic h. Cuind o Ulltaib, iarom cath crinda Bregh ria Cormac 7 ria Taidg mc Cinn. m. Aill. Ul. con a trichad Righ 7 con a l. cath mil 7 con a sluag diairmide ar cena 7 ria Lugaid Lagha m. Mogha nuadhat, for Ulltaib, a torcatar na tri Fergais. .i. Fergus Foltleab. 7 Fergus Cas fiaclach 7 Fergus Dubdetach las in aenoclach, la Lug. Laghai, co tuc lais a tri cindu co ro tairelb do Cor. an eraic a athair .i. Airt mac Cuind, ro bith som a muig Mucruime 7 ro bris Taidg *iiii* Catha in aen lo sin, .i. cath Conachaigh 7 cath Sithbe, 7 c. Dromafuaid, 7 c. Cairge Eolairg. Iarsna cathaib do breath Tadg ani do timchillfidh a carpad do muig Bregh ono mebuigh in cath co haidhchi. I sed Cind o thim chill tricha c. Cianta .i. o glaiss nera co cnoccaibh maile do aigh ic a bund life.

Fergusius nigrorum dentium regnat in Eamania cum duobus fratribus, i. e. Fergusio Comato, et Fergusio Dentiscabro, qui occisi fuere a Bregiensibus, regnaverunt annis 4.—Duobus insequentibus annis Kal. Jan. inciderunt in ferias 2 et 3,—In exilium pulsus est Cormacus O'Con spatio vii mensium.

K. *iv.* Proximo anno e Regno exauctoratus est Cormacus O'Con per Ultonienses. Postea gestum est Prælium *Crinna* in Bregia, a Cormaco et Thadæo filio Ceni filii Alildi Poetæ, cum suis 30 Regulis, et cum suis quinquaginta Ducibus cohortorum, et exercitu innumerabili similiter, et cum Lugadio Laga filio Moghæ Nuadathi, contra Ultonienses, et occisi sunt tres Fergusii, i. e. Fergus Comatus, Fergus Dentiscaber, et Fergus Denti-niger, ab uno solo viro Lugadio Laga, qui tulit eorum tria capita, et obtulit ea Cormaco in *Eric*, i. e. Mulctam, pro Patre suo Arturo, filio Conni centum præliorum, quem occiderunt in Campo Mucrum; et gessit Thadæus quatuor prælia in uno die isto, i. e. prælium Conachag et pr. Sithbe, et pr. Dromafuad, et Pr. Rupis *Eolarg*, i. e. Aquilæ.—Post prælia ista accepit Thadæus quantum terræ potuit curru vectus circuire Campi Bregiensis, a tempore quo victoria parta est, usque ad noctem diei ejusdem, et portio quam circuivit fuit Tricenaria Ciannachte, id est a Glassnera, usque ad colles qui appropinquant origini fluminis Liffi.

A.C.

K. *v.* Ros mac Imchadha r. an Eamain anno uno.

K. *v.* Anno sequente Rossius filius Imcadhai regnavit in Eamania anno uno. (71)

*Duo Philippi, Pater scil. et filius, militari tumultu interfecti sunt. A. M.* IIII.CC.II. 249

*Decius anno i, et mensib. iii. Hic, cum Philippos perimi fecisset, ob odium eorum in Christianos persecutionem movet, in qua Fabianus, in Urbe Martyrio* 250 *coronatus, sedem sui Episcopatus Cornelio dereliquit, qui et ipse Martyrio a Decio coronatus est.* (72)

(REX EAMANIÆ XXIX. Aengus Finn.)

Aengus Finn mac Fergusa Duibhdetaig r. an Eamain *anno.* (73)

Aengusius Albus filius Fergusii Dentinigri regnat in Eamania anno.)

*Alexander Hierosolymorum Eps apud Cæsaream, et Antiochiæ Eps Babylas interficiuntur. Hæc Persecutio, ut Dionysius Alexandriæ Eps refert, non ex præcepto Imperatoris sumpsit exordium, sed anno, inquit, integro, principalia prævenit edicta Minister Dæmonum, qui dicebatur in civitate nostra Divinus, superstitiosum contra nos exagitans vulgus.*

*S. Antonius Monachus Ægypto dicitur exortus.* 251

*Decius cum filio suo a Barbaris occisus est.* (74)

---

(71) " Rossius filius Inmchadi, e Rudricia gente, Fergusio Dentinigro, Regi Ultoniæ et Hiberniæ, in " Ultonia successit, Rex Ultoniæ unum annum. Deinde Aengus Finn, Fergusii Dentinigri filius, annis ii." Flah. p. 152.

(72) Decius viim. Persecutionem jussit A.C. 250. Euseb. Chron. et Hist. l. 6, c. 32. Oros. l. 6, c. 21. In ea Origenes, licet doctrina insignis, thus Idolis obtulit! Epiphan. Hær. 64. Id negant aliqui; sed incassum. Vide Petavii Animadv. in Epiphan. t. 2, Coloniæ, 1682, fol. pag. 257. Decius fuit Imperator xxx, ab anno 249 inclusive, anno 1, mensib. iii.

(73) Deese videntur anni regni, Tigernachus enim ubicumque annum unum intendit, vocem *unum* exprimere solet, uti et alii Chronographi. Flaherteus ex Codicibus suis *annos duos* Ængusio Albo adscribit. Vetus Chronographus Metricus *Colmanus O'Seasnan* 10m. vel 12m ut in margine Exemplaris Stowensis Flahertei, characteribus et lingua Hibernica, Avi mei manu, pag. 152.—Incerti sunt anni hujus Regis, et Successoris ejus in Ultonia, nempe *Fergusii Fogha*, de quo infra.—Persecutionis vii.mæ annus primus indicat etiam annum primum regni *Ængusii Fin.* et annum æræ com. 250.

(74) Decio successerunt Gallus et Volusianus Imp. xxxi, anno æræ com. 251, annis 2, mensib. 4.

A. C.

(REGES HIBERNIÆ ET EAMANIÆ.)

Cath Crinna fhregabail ria Cormac ua Cuind for Ultaib, u. ccc. Aengus find mc Fergusa duibdetaig conn ar Ul.
A.M. Kl. *i.* IIII.CC.VII.

Prælium Crinnaum victorioso gestum a Cormaco nepote Conni centum præliorum, Rege Hiberniæ, contra Ultonienses, ubi cecidit Aengus Albus, filius Fergusii nigrorum dentium, cum strage Ultoniensium. Proximus deinde annus fuit mundi 4207. (75)

251 Kl. *Gallus cum Volusiano filio suo regnat annis ii, mensibus iiii.* * * * *

(REX EAMANIÆ XXXI. Fergus.)

[*MS. Fol.* 5. *b.* 1.]

Fergus Fogha mc Fraechair *regnat* an Eamain, *annis lxxv.* (76)

254 *Origenes lxx°. ætatis suæ anno, non ad integrum impleto, defunctus est, et in urbe Tiri sepultus est. Cornelius Romæ Eps. rogatus a quadam Matrona Lucina, corpora Apostolorum de catacumbis levavit noctu, et posuit, Pauli quidem via Hostiensi, ubi decollatus est, Petri autem juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora Sanctorum Episcoporum, in Templo Apollinis, in monte Aureo in Vaticano Palatii Neroniani, tertia die Julii, (lege 3tio Kal. Julii)* (77) * * * * * * *menses efficiunt hunc annum.*

254 K. *ar.* K. *ii.* K. *iii.* *Gallus Hostilius, cum filio suo Volusiano, ab Æmiliano occisi sunt. Æmilianus tertio mense invasi tyrannidis extinctus est.* (78)

---

(75) Cormacus, *Ul-fhada* dictus, ab *Ul.* Ultonia, et *fhada* procul, quia Ultonios procul ex Hibernia in Manniam abegit, ut infra, ann. 254, et supra n. 67. Prælium *Crinnaum* gessit contra Regem ipsorum Ængusium Album, quem, cum ingenti clade, vita privavit A.D. 250, ut hic narrat Tigernachus, non anno 257, ut, suo systemati consulens, vult Flaherteus. Ængusio successit *Fergusius Fogha*, e Rudriciorum familia postremus, quo regnante Eamania eversa narratur. Vide infra, ann. 253, et 331.

Manniæ æque ac Ebudum Incolas, ex Hibernia ortos, indicat lingua communis, et notitiæ vetustissimæ Æthici et Orosii "Menavia Insula, æque ac Hibernia, a Scotorum gentibus habitatur"—Manniam Hiberniæ adjudicat Ptolemæus Alexandrinus, edit Bertii. Vide plura de Mannia ubi infra, de primis Manniæ Episcopis.

(76) Codicum numeri Amanuensium imperitia corrupti leguntur. Attamen Flaherteus ex Codice suo inquit—"*Fergusius Fogha*, filius Froccari, e Rudriciorum familia. Rex Ultoniæ lxxv annis. Postremus Regum Ultoniæ "apud Eamaniam.—Eo regnante Olillus Olom rex Momoniæ obiit, anno 260, cui successit Cormacus *Cas* filius, "et post eum Fiachus Latus-vertex nepos, regnante *Cormaco* Rege Hiberniæ." p. 152. Vide supra annum 250.

Inter obitum Aengusii Albi et regnum Fergusii Fogha, Tigernachus Interregnum ponere videtur annorum 2, et deinde ei regnum tribuit annorum 75, incipientium ab anno C. 254, quod numerum efficit annorum Christi 329, quibus stantibus desunt adhuc duo anni ut ad Eversionem Eamaniæ perveniamus 331. Itaque fatendum est errorem irrepsisse in numeris Codicum, quem emandare Doctioribus libenter permittimus.

(77) Eadem habent Hieronymus, Beda, et Caius Presbyter Romanus, A.C. 210, in Dialogo cum Proclo Montanista, apud Euseb. Hist. l. 2, c. 25, Onuphrius de 7 Urbis Basilicis, et Bianchini Præf. ad Pontific. p. 72

(78) Interamnæ occisi sunt, A.C. 254, (juxta Bed. 256,) Imperii tertio, quatuor mensibus incepto. Æmiliano

A. C.

Indarba Ulladh a h Erend a Manand la Cormac h. Cond. As de ba Cormac Ulfada, dia ro cuir Ul. a fadh.

Expulsio Ultoniensium ex Hibernia in Manniam, per Cormacum Nepotem Conni centum præliorum. Regem Hiberniæ, qui ideo dictus est *Ul-fada*, quia Ultonienses longe ablegavit.

*Novatus Cypriani Epi Presbyter, Novatianam hæresim condidit.*

K. *v. Valerianus in Rœtia,* (79) *ab exercitu Augustus appellatus est.* * * * (Res Romanæ omittuntur.) * * * *

K. *vi. Valerianus persecutione mota in Christianos, statim a Sapore Persarum Rege captus est, Persecutione viii, &c.* * * * *

*Theonas Eps Alexandriæ præfuit annis xix.*

Kl. *vii. Gothi in Græcia, Macedoniaque, et Asia, Pontumque depopulantur.*

(REGES HIBERNIÆ.)

**K.** *i.* Guin Chellaig mic Cormaic 7 morbadh Setna mic Blae mic Nechtaire na Temrach, 7 suil Cormaic h. Cuind do briridh do aen forgum la h Aengus mic Fiach. Suighi, mic Feidhlim Reachtmair. un. Aengus ga buaibteach des. Ro bris iarom Cormac *iiii* Catha for na Deisib con us fai a Mumain, 7 coro tafuind ass a tir.

Kal. Jan. feria 1.—Cædes Cellagii filii Cormaci, et occisio Sedrei filii Blai, filii Judicis Temoriæ, (80) et oculus Cormaci filii Conni confractus per Aengusium filium Fiachi. Hilaris, filii Fedlimidii, Judicis Magni, unde dictus est Aengusius Hastæ minacis. Postea gessit Cormacus iv prælia contra Desios, cum exitu prospero, in Momonia, eosque expulsit e regione ista.

Kl. *iii.* Cormac h Cuind cet. c. do ec a Cleiteach dia mairt, iar leanmain cnama bracain in a bragaid l. a siad na siabra ro n ortadar iar n abrath do Maelcinn Draoi, o nar cred Cormac do.

Anno sequente, Cormacus, Nepos Conni Centum præliorum, obiit apud Clettiam, die Martis, adhærente Salmonis osse in gutture ejus; vel Dæmones invisibiles occiderunt eum, ut aiunt, opera *Mael-conis*, vel *Maelcinni*, Druidæ, quia

postea tertio mense sublato, Imperator factus est Valerianus in Norico, Romæ a Senatu Gallienus, Imp. xxxii, annis xv, Eutrop. ix, Zosim. l. 1.

(79) Lege "in Norico," Eutrop. l. 9. Zosim. l. 1.

(80) Ab hoc Judice *Blai*, Leges veteres Hiberniæ, in vetustis Codicibus intitulantur *Blai*, ut in Codice vetere MS. Membran. quem huic Stowensi Bibliothecæ, Vir inclitus Thomas Grenville, litteris, ac eruditione spectatissimus, dono dedit, ut in Catalogo nostro Manuscriptorum Stowensium, tom. 1, p. 285-290.

A.C

Cormacus non præstitit fidem præstigiis ejus. (81)

K. iv. Cairpre Liphechair r. ann. xxv.

Kal. Jan. incidentibus in feriam quartam. Carbreus Liffiensis regnavit Rex Hiberniæ annis xxv. (82)

*Gallienus Gallo Valeriano territus,* (83) *pacem Ecclesiis redidit.*

Kl. *v. Theodorus cs sr meminimus, cognomento Gregorius, Neocesareæ Ponti Eps, magna virtutum gloria claret, qui montem precibus movit, ut locus construendæ Ecclesiæ sufficeret.* (84) . . (Quædam ex Beda omittuntur.)

K. K. *i.* K. *ii.* Cairpre Liphechair ro bris *vii* Catha a cosnumh cert Laighen for firu Mumhan.

Carbreus Liffiensis gessit septem prælia, Lageniæ Jura vindicans contra Momonienses.

K. *iii.* K. *iv. Ab initio mundi* v.cccc.lxi, *juxta* lxx *Interpretes, secundum vero Ebræos* iiii.ccc. *Ab incarnatione vero* cclxvii. (85)

268 K. *vi.* K. *vii.* K. *i. Gallienus cum Rempublicam deseruisset . . . . . . . ense occisus est.—A.M.* iiii.cc.xxvi. (86)

Kl. *ii. Claudius regnat anno i, mens. vii.—Iste Gothos, per annos xv. Illiricum Macedoniamque vastantes, superat, ob quæ in Curia clypeus ei aureus, et in Capitolio statua aurea collocata est.*

---

(81) Keatingus ex quibusdam Carminibus Hibernicis inquit, Cormacum Christi fidem hoc tempore suscepisse, annis vii ante obitum, ideoque Druidum odium conflavisse. Consentit Grat. Lucius, p. 70; et quidem Palladius et Patricius ad Scotos *in Christum credentes* missi fuere, juxta Prosperum, Patricio coævum. Vide infra ann. 431. Tertullianus ante hæc tempora scripsit, anno 202, "Britanniarum inaccessa Romanis loca, Christo "subdita." Adv. Judæos, c. 7. Vide infra, ann. 379. E contra, narrata supra pag. 41, Cormacum tunc Ethnicum fuisse indicant. In narratione ista numeri corrupti leguntur, sed historia eadem servatur, ex antiquis schedis Firbissiorum, et Cormaci Casselensis, a IV Magistris. De Cormaci Religione, vide infra, pag. 53.

(82) Inter Cormacum et Carbreum IV Magistri, Gratianus Lucius, Flaherteus, et plerique, cum Coemano et Metricis Regum Catalogis, ponunt Achaium Gonnat, Regem Hiberniæ anno uno. Tigernachus quosdam Reges omittit, qui non legitimo ordine, sed vi et armis regnaverunt.

(83) "Gallienus tam claro Dei judicio territus." Bed. de Sex ætat, pag. 21. Euseb. Hist, l. 7, c. 14 et 18.

(84) Eadem habet ex coævis Scriptoribus Beda de Sex ætat. et Homil. in Marcum, c. 11.

(85) Numeri Chronologici emendandi sunt juxta Laterculum, his Annalibus præmissum, et juxta annos Imperatorum. Primum Carbrei annum refert Flahert. ad ann. C. 279, p. 341.

(86) Occisus est Gallienus anno æræ com. 268, postquam Imperasset cum Patre annis 7, et solus annis 8, ut in Trebellio Pollice, de xxx tyrannis, in Gallienis. Occisus est simul frater ejus Valerianus, anno æræ com. 268, quo successit ei Claudius Imp. xxxiii, anno 2, mens. ix.

[MS. Fol. 5, b c.] A.C

*Marcion, dissertissimus Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter, quippe qui in eadem urbe Rhetoricam docuerat, adversus Paulum Samosatenum, qui Antiochiæ Presbyter, dogmatizabat Christum communis naturæ hominem tantum fuisse, accipientibus Notariis, disputavit, qui Dialogus usque hodie extat.* (87)

*Claudius dolose apud Sirmium moritur; post quem frater ejus Quintillus* 270
*xvii diebus, qui interfectus est* IIII.CC.XXVIII. *(4229 Beda.)* (88)

Kl. *vii. Aurelianus (Imp. xxxiv.) regnat annis v, mens. vi.—Hic cum* 270
*persecutionem adversus Christianos moveret, fulmen ante eum, magno pavore circumstantium ruit, ac non multo post a militibus occisus est, itineris medio, qui inter Constantinopolim et Heracleam est, stratæ veteris loco, qui Cœnufrium appellatur.*

K. *v.* K. *vi. feria.—Eutichianus Romæ Eps Martyrio coronatus, in Coemeterio Calixti sepultus est, ubi et ipse* CCC.XIII *Martyres manu sua sepellivit.*—K. *ii. Petrus Alexandriæ Eps annis* . . . . . . .

(Finn. mc. Cumhal, Fingal VULGO DICTUS.)

K. *iiii.* Find hua Baiscne decollatur o Aicleach m. Duibdrenn 7 o macaibh Uirgrend do Luaignibh Temrach oc Athbrea for Boind. K. *v.* IIII.CC.XXX.

Finnus genere Vasconius, decollatus est ab Acleacho filio Dubdrenii, et a filiis Urgrendii, e Lugniensibus Temoriæ, apud Vadum Brea ad flumen Boin.

Kal. Jan. feria v, A.M. IIII.CC.XXX.(89)

---

(87) Ejusdem Dialogi meminit S. Hieron. de Scriptoribus, et Beda de Sex ætat. et Leontius Byzant. in l. 3, contra Nestorium—Biblioth. PP. tom. 12.

(88) Gallieno occiso, A.C. 263, successit Claudius circiter *ix Kal. April.* anni istius, et obiit ineunte anno 270, quo successit ei *Quintillus*, qui post 16 dies occisus est—Deinde Aurelianus.

(89) En veram *Finni* Epocham, juxta quotquot remanent veterum Scripta, quem tamen cum S. Patricio colloquentem fingunt, exeunte Sæculo v, carmina Oissino falso adscripta a recentioribus. Inspiciant demum Tigernachi Codicem Bodleianum, Rawlinson 488, fol. 5, *b*, col. 2, lin. 15.

Finnus Cubhali filius, et Carmen Hibernicum de eo et cane Venatico ejus, memorantur in Vita quinta Columbæ in Triade, pag. 391, et Colganus in nota 29, ad locum istum inquit—" Hic Heros celebratæ nimis famæ inter suos, floruit tempore Corbmaci Regis, circa annum 230." Trid. pag. 449, not. 29.

# NOTANDA

## DE FINNO, VULGO FINGAL.

Notæ Chronologicæ de *Finni*, *Osgari*, et *Oissini* Poetæ temporibus, lingua et characteribus Hibernicis, Avi nostri manu scriptæ, in Exemplari Stowense Vocabularii Hibernici O'Clerii, et descriptæ ex vetere Codice *Ferbissiorum*, dicto Libro Sliguntino ab Usserio.

Corbmac ua Cuinn a ghen. g. amhrus timcheall na bl.na cc.xxxvi.

Graine a inghen, ben Fin mc Cumhaill, a breith timcheall na bl. cc.lvi.—A posad re Fionn timcheall na bl. cc.lxxiii, an tan ro bhi a h athair xxxvii bl. d'aois mur sin bu aosda Fionn na athair a mhua, no mur raibh, bu sinne Goll mc Morna na Fionn do lxiv bl. an chuid as lugh. Bu chubhaidh d Fhionn mur sin a bheth l. bl. d aois an tan ro pos Graine, 7 mur sin fein a bheith l. bl. ni bu oige na goll 7 xii no xiii bl. ni bu sinne na athair a mna. 7 do reir so gen. Fionn a.t. cc.xxiii, 7 a ecc a.t. cc.lxxxiv .i. an aois lxi bl.

*Cormacus*, nepos Conni, natus est procul dubio, annum circiter 236.

Granea filia ejus, uxor Finni filii Cubhalli, nata est annum circiter 256.—Matrimonio juncta cum Finno annum circiter 273, quo tempore pater ejus Cormacus attigit annum ætatis 37, itaque Finnus ætate provectior fuerit quam Cormacus pater, Uxoris suæ (Grainæ,) sin aliter, saltem Gollus filius Mornai fuit senior annis 64 quam Finnus. Oportuit itaque Finnum, his positis, annum ætatis 50m. attigisse, tempore quo Graniam duxit Uxorem, et etiam sic, oportuit eum annis 50 provectiorem esse Gollo, et 12 vel 13m. annis seniorem Cormaco patre Uxoris suæ. Juxta has rationes natus est *Fin mc Cumhail* (vulgo *Fingal*) A.D. 223, et obiit A.D. 284, ætatis 61.

Fionn mc Cumhaill do ecc, a.t. cc.lxxxiv.

*Finnus* filius Cumhali obiit anno 284.

Osgar mc Oissin a gcath Gabhra Aichle, cc.xcvi. xxv bl.n daois an tan ro ecc .i. a gen, a.t. cc.lxxi.

Oisin xx bliand daois an tan ro ghen. .i. a breith, a.t. cc.li, (*vel potius* 244.)

Osgar filius Oissini (Poetæ) occubuit in prælio Gaurano Aicle anno 296, ætatis 25, natus est itaque anno 271.

Oissinus 20m. ætatis annum attigit tempore quo Osgar natus est, ac proinde natus est Ossinus, A.D. 251, vel potius 244.

Fionn mc Cumhail do ghenedh. a.t.

Finnus natus est A.D. 226, id est anno

cc.xxvi.—.i. xxxiv bl. n tar eis chatha Mhurghe Lena 7 taoi sin iomarceach, 7 bu cubhaidh a bhreith timcheall na bl. na cc.xiv.

Madh fior ro bhi Fionn an chuid as lugh xl bl. n mos oige na Goll m Morna. bhi na phrìomh ghaisgidh eathra a g cath Murghe Lena ano. c.xcii. Nil so cosmhail.

Bu iomchubh o Fhionn a ghen, a.t. cc.xiv, 7 beth mur sin xx bl. ni bu sinne na a chliamhain Cormhac ua Cuinn. 7 xl bl. n. ni bu sinne na Grame a bhen. .i. inghean Chorbmhaic. 7 fos bu cub. do a bheth xl bl. mos oige na goll m. Morna. Ta so uile iongantach go lor.

Oisin m. Finn do ghen timcheall na bl. na cc.xl .i. tri no ceithre bl. tar eis Corbm ui Cuinn. Osgar mc Oisin a ghen, a.t. cc.lxv, 7 mur sin do beith an aois a thriochadm. bl. n an tan do cher ag cath Gabhra Aicle.

*Geneal. Chorbmaic ui Chuinn.*

Corbm aecc, a.t, cc.xciv.
m. Airt aoinfhir aeg, cc.l.
m. Cuinn c. Cath aecc. cc.xii.
m. Feidhlimm. Reachtmair, c.lxxiv.
m. Tuathail Techtmair, c.lx.

*A Geneal. mathreamhail.*

Corbmac in Trea, m. Chein, mc Oiliolla Oluim 7 Sadhbha in. Chuinn C. Cath.—Oilioll Oluim a ghen timcheall na bl. na c.lxxxvii, 7 aeg an aois lxxiv bl. a.t. cc.lx.

34, post prælium Moilenæ, quod nimium est, et natum esse oportet anno C. 214.

Quod si verum, Finnus annis saltem 40 junior fuit Gollo filio Mornai, qui fuit præcipuus Pugil in prælio Moilenæ anno 192. Id non verisimile videtur.—

Finnum natum fuisse oportet, A. D. 214, et ita seniorem fuisse annis 20 Socero suo Cormaco O'Con, et præterea seniorem fuisse annis 40 quam Grania uxor ejus, filia Cormaci, et præterea annis 40 juniorem Gollo filio Mornai. Hæc omnia insolita sunt.

Oissinus (Poeta) Finni filius, natus est annum circiter 240, id est tertio vel quarto anno post Cormacum O'Con.—Osgarus filius Oissini natus est A.D. 265, itaque ad 30m. ætatis annum pervenit quando occisus est in prælio gaurano Aicleense.

*Genealogia Cormaci O'Con.*

Cormacus qui obiit anno 294,—filius fuit *Arthuri Unici* Regis H. qui obiit anno 250,—filii *Conni* centum præliorum, R. H. defuncti anno 212,—filii *Fedhlimidii Legiferi* R. H. defuncti anno 174,—filii Tuathalii adventu magni R. H. defuncti anno 160.

*Genealogia ejus materna.*

Cormacus filius *Treæ* filiæ Cheni, filii Olilli Olom et Sabæ, filiæ Conni centum præliorum, Olildus Olom natus est annum circiter 187, et obiit anno ætatis 74, A.D. 260.

Cian a gen. ao. cc.vii, 7 a phosadh ao. cc.xxvii.

Trea in. Ceir do gen ao. cc.xxix, 7 mur sin mor bfheidir di bech na machair ag Corbmac ua Cuinn.

Eoghan (mc Oliolla Oluim 7 Sadhbha) ag cath Cinnfebrat ao. cc.xxxvii, 7 a genn. timcheall na bl. a cc.xiv.

Sadhbha do gen timcheall na bl. a cxciv.

Cian mc Sadhbha 7 Oliolla Oluim a gen. cc.xix.

Trea in Cein a gen. cc.xl.

Cirbm. in. Airt 7 Trea a gen. ao. cc.lvi.

*Cianus* natus est A.D. 207, et uxorem duxit anno 227.

*Trea* filia Ciani nata (juxta quosdam,) A.D. 229, non potuit sic esse mater Cormaci O'Con.

Eogan filius Olilli Olom et Sabæ, interfuit prælio Cinfebratensi, anno 237, et natus est annum circiter 214.

*Saba* nata est annum circiter 194.

Cianus filius Sabæ et Olilli Olom natus est anno 219.

Trea filia ejus anno 240.

Cormacus filius Arthuri et Treæ natus est anno 256.

*Lus. Coaimsire Fin Sun.*

Airt aon air,—Olioll Olom, Neime mc Srabghin—na tri Cairbre, Dadara Druaidh, Fiacha Araidh, Luigh in Con, Forgo Ri Connacht, Cedghni Cruachna—Corbmac Cas 7 clan eile Oilill Olom, clan mc Con,—Beine Bret. Lugh-Laga, na tri Fergus, nia mor, Mogruth Draoi, Fiacha Mulleachain, Tadhg Draoi, Senachair Finn, &c.

*Qui fuere cum Finno Coævi.*

Arthurus Unicus R. H. Olillus Poeta, Nemedius filius Lugadii rubris circulis notati, tres Carbrei, (quorum unus fuit *Riada* nominatus a Beda,)—*Da-dara* (sive Cultor Quercuum) Druida, Fiacha Aradius, Lugadius filius Conni, Forgo Rex Connaciæ, primus Conditor Munimenti *Rath Cruachan*—Beinneus Brito, Lugad Laga, tres Fergusii, Heroes magni, Mogruthus Druida, Fiachus Mullethan, Tadg Druida Avus Finni, &c.

HÆC a Tigernacho vix dissentiunt, ne vix quidem, quia Discrepantia consistit tantum in annorum numeris depravatis, non autem in Synchronismis, aut genealogicis rationibus, ubicumque a Tigernacho memorantur.—Ad res easdem spectant sequentia, Avi nostri manu, iisdem characteribus scripta, in margine exemplaris Stowensis Ogygiæ, p. 337.

Aleabhar an Dubhalt. mc Firbhisech gheibim gur ecc Finn mc Cumhaill an bl. ria ecc Chairbre Lifeochair 7 tuit sin gun amhrus timcheall na bl. na cc.xcvi. Oscar mc Oisin do marbh an bl. sin, an aois a secht mbl. na ficht.—Oisin do

In Codice Dudlei mc Firbis invenio, Finnum filium Cumhalli obiisse anno ante obitum Carbrei Liffeocar Regis Hiberniæ, qui occisus est procul dubio annum circiter 296. Oscarus filius Oissini occisus est anno eodem, ætatis suæ 27.

ghen timcheall cc.xliv. Fionn do ghenn cc.xx, agus bhech mur sin cho sen re na Cliamhain Corbmac ua Cuinn 7 do eecfh. san lxxvi bl. n dia aeis, 7 mur sin bhech Goll m Morna 50 bl. ni bu sinne na Fionn.

Oissinus natus est annum circiter 244, Finnus natus est anno 220, et ita esset æque grandævus ac Socer ejus Cormacus, nepos Conni, et obiisse oporteret anno ætatis 76, atque, juxta has rationes, Gollus filius Mornai esset annis 50, senior Finno.

Hæ notæ ex Codice Sliguntino Firbissiorum, laudato ab Usserio et aliis, narrationem Tigernachi confirmant quoad res præcipuas, etsi in numeris annorum paulo discrepare inveniantur.

## DE CORMACI REGIS RELIGIONE.

JAM antea leviter hanc materiam attigimus supra, in nota 81, pag. 48, ubi de Secessu mirabili apud Temoriam, cujus meminit Tigernachus in Regno Cormaci, supra pag. 44.—Quatuor Magistri rem eamdem iisdem fere verbis memorant quibus Tigernach, itemque Gratianus Lucius, pag. 70, et Flaherteus sic—" Dunlongius, Ennii Niadh " filius, Cathirii Regis Hiberniæ abnepos, Rex Lageniæ, Temorense apud *Claen fertam* " *Gynæceum*, immani feritate adortus, xxx Regias puellas, cum 300 ancillis famulantibus, " ad unum internecione delevit. Quocirca Cormacus Rex 12m. Lageniæ Dynastas " *parthenicidii* conscios, morte plexit." pag. 335. Gratianus Lucius Secessum istum locum fuisse prope Temoriam, inquit " tanquam *Parthenion*."

Subjungit Flaherteus, p. 340, Cormacum postea " abdicato sceptro, prope Temoriam, " apud *Acoill* et Teach Clethaig, a forensi strepitu remotum, theoricæ vitæ animum " incubuisse, ac abjectis Idolis, Deum qui fecit omnia traditur adorasse."

Non inquit Cormacum in Christum credidisse, sed a Druidarum Sacrificiis abhorrentem secessisse. Quomodocumque hæc sint, fuere certe in Gallia, usque ad Sæculum V.m, qui, Druidarum Religionem odio habentes, Dryadas tamen mulieres de futuris consulebant, uti notant Salmasius in notis ad Lampridium, et Bouquetus in tomo 1.mo Rerum Gallicarum, " Dryades, inquit Salmasius, erant Gallicanæ mulieres " fatidicæ," et iterum, narrata ex Lampridio, responsione fœminæ Druidæ, ad quæstionem Alexandri Severi Imperatoris, qui eam consulebat, ait " Nominatissimæ videntur fuisse " istæ Gallicanæ Dryades, ut quæ consulerentur in rebus dubiis, non secus atque olim " Oracula Delphica." Apud Bouquet Historiens des Gaules, t. 1, pag. 538.

Idem ex Vopisco—" Dicebat (Diocletianus) quodam tempore, Aurelianum Gallicanas " consuluisse Druidas." ib. p. 540. Ad hunc etiam locum Salmasius inquit " constat

" recte Dryadas appellari, sive mulieres quasdam fatidicas. Sic appellatas fuisse credimus, " a lucis et silvis, in quibus plurimum versabantur."

Plura ad eandem rem pertinentia occurrunt ibidem, t. 1, p. 538, 540, 544, et in Lampridio ad ann. C. 235, ita ut conjicere liceat, Virgines Regias a Tigernacho memoratas, et in Secessu mirabili prope Temoriam occisas, ejusdem generis fuisse fatidicarum, quæ de futuris consulebantur. Confer Taciti Annales, l. 14, No. xxx, cum Broterii notis, et cum Bucherii Belgio Rom. l. v, c. 3.

Ex toto Tigernachi contextu, manifestum est Druidas fuisse Cormaco hostiles, ac proinde Secessum mirabilem Temoriæ, non fuisse Druidicam proprie dictam, sed Gynæceum Virginum, forte Sacrarum, quæ ignem sacrum fovebant, et fatidicæ erant, uti Dryades Gallicanæ. Cæsar narrat in bello Gallico, l. vi, Druidarum Disciplinam in Britannia repertam. Quo magis arma Romana penetrabant ad occidentem, eo magis Religio ista vigebat, ut patet ex Taciti Annalibus, de Mona Insula, l. 14.—Stabat " pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis in modum " furiarum, quæ veste ferali, crinibus dejectis, *faces præferebant*. Druidæque circum " præces diras, sublatis ad cœlum manibus, fundentes, &c. . . . . . . .Præsidium posthac " impositum victis, excisique luci, sævis superstitionibus sacri, nam cruore captivo adolere " Aras, et hominum fibris consulere Deos fas habebant."

Sed ut dixi, ex toto Tigernachi, contextu patet, Druidas fuisse Cormaco infensos, ac proinde Virgines in Secessu Mirabili Temorense, Cormaco regnante degentes, non fuiss proprie Druidas. In bello Momoniense Druidas sese Cormaco opposuisse, patet ex Schedis Cormaci Regis, defuncti anno 809, ex quibus sequentia excerpsit Flaherteus—

" Fiachus Muılleċán, i. e. Latus-vertex, a patris (anno 260 defuncti) et Patrui excessu, Rex Momoniæ, Cormacum retrogredi, et ad damna resarcienda pactum inire coegit. In hoc bello claruit Moᵹꞃuċhuꞅ filius Sendunii, e Kierragia Luachra in Momonia, satus de Druidarum genere, qui magicis artibus, a Ꞙıáċho meruit sibi et semini duas Tricenarias, hodie Rochiorum et Condonum dictas terras, in Corcagiense districtu, Ꞙeꞃá-Muıᵹh-Ꞙene, appellatas; et contracte Ꞙeꞃmoı." pag. 335.

De Cormaci tribus Gymnasiis Temorensibus, et de Temoriæ magnificentia, extat poema Hibernicum, Distichorum 183, ut antea notavi, supra pag. 41, n. 57, et pag. 48, n. 81, in O'Duvegani Codice, fol. 185, in Collegio Dubliniense, quod incipit " Ꞇeámháıꞃ " ná Ꞃıᵹh Ꞃáth Coꞃmáıc." Sed vereor ne nimium amplificatum.

Denique notandi sunt numeri corrupti in Tigernachi narratione. Triginta enim Virgines, habentes quæque 30 famulantes numerum efficerent non 300 Virginum ut ibi, sed 900. Itaque pro xxx famulantes, in Textu, reponendæ sunt x famulantes, quæ forte alternis vicibus vigilabant, ignem Sacrum custodientes, aliaque officii sui munera adimplentes, ab Autumnali æquinocto ad Vernalem. Textus nullo alio modo explicari posse videtur. Vide Rer. Hib. t. i, in Indicibus, vocibus *Druidæ* et *Annus*.

A.C.

Kl. *vi. Tacitus regnat mensibus vi. quo apud Pontum occiso, obtinuit Flori-* 275
*anus Imperium diebus* LXXXVII. *qui in Tharso interfectus est.* (90)

*Anatolius, natione Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Eps. Philosophorum Disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur, cujus ingenii magnitudo, de libro quem super Pascha composuit, et de decem libris Arithmeticæ Institutionis, potest apertissime cognosci.*

*Insana Manichæorum Hæresis oritur,* IIII.CC.XXX.

Kl. *vi. Probus regnat an. vi, mens. iiii.—Hic Gallias, a Barbaris jam-* 276
*dudum occupatas, per multa et gravia prælia, delctis tandem hostibus, ad perfectum liberat.*

K. *vii. Secundo hujus anno, ut in Cronicis Eusebii legimus, juxta Antio-* 277
*chenos* CCC.XXV *annus fuit;* (91) *juxta Tyrios* CCCC.II. *et juxta Laodicenos* CCC.XXIV.—*Juxta Edessenos* D.LXXXVIII. *juxta Ascalonitas* CCC.LXXX. *Secundum Ebreos initium* LXXXVI *Jubilæi, quod significat* IIII.CC.L. (92)

K. *i.* K. *ii. Archelaus in Mesopotamia Eps librum disputationis suæ, quam habuit adversus Manichæum, exeuntem de Perside, Siro (Syro) sermone composuit, qui translatus a Græcis habetur a multis.*

Kl. *iiii.* K. *v. Probus apud Sirmium in .... a militibus occisus est* 282
IIII.CC.XXXVIII.

Kl. *Carus Narbonensis, cum filiis Carino et Numeriano, regnat annis ii.* (93)

*Gaius Romanæ Ecclesiæ Eps fulget, qui a Diocletiano postea Martyrium passus est. Pierius Presbyter Alexandriæ urbis, sub Theone Episcopo,*

---

(90) Tacitus Imp. xxxv, Imperavit mens. 5, obiit mense Martio, quo successit ei frater ejus Florianus vix mens. 2, cui successit Probus Imperator xxxvi, annis vi, m. iv. Norris. Bianchini. Petav. L'Art de ver. les dates, anno C. 276

(91) Numeri in Codicibus variant. Genuinam Eusebii lectionem servat Tigernachi Codex Bodl. Rawl. 488, fol. 5, *b.* 2. Itaque Probi 2dus. fuit Antiochenorum CCC.XXV, Tyriorum CCCC.II, Laodicenorum CCC.XXIV, Edessenorum DLXXXVIII, Ascalonitarum CCC.LXXX, quando insana Manichæorum Hæresis erupit, ut in Eusebii Chron. et in Petavii animadv. ad Epiphan. Hær. LXVI.—Igitur Antiochænorum æra incipit ab anno 1 Julii Cæsaris, Periodi Julianæ 4665,—Laodicenorum a sequente anno, fortasse a vere,—Tyriorum ab anno Per. Julianæ 4589, ante C. 125. quo Syri a Ptolemæo Regem postularunt, Edessenorum ab anno 1°. Seleucidarum, et Ascalonitarum ab anno 1°. Augusti.

(92) Hic inserenda sunt verba Eusebii, ab Amanuense omissa "insana Manichæorum Hæresis in communem "generis humani parniciem erupit." Euseb. Chron.—Beda ad Epochas Eusebii addit de suo Jubileum Hebraicum, quod ex Beda descripsit Tigernach.

(93) Carus Imp. xxxvii, cum filiis Carino et Numeriano, annis ii. Beda.

A. C.

*florentissime populos docuit, et tantam sermonis, diversorumque tractatuum, qui usque hodie extant, invenit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur. Vir miræ parsimoniæ et voluntariæ paupertatis appetitor, qui, post persecutionem, onni tempore vitæ, Romæ versatus est.*

283 K. *vii. Carus, prostratis Persis, triumphavit victor circa Tigridem. Carras ...... fluminis condidit.* (94) *Numerianus, filius ejusdem Cari, ab Oriente rediens, fraude Apri Soceri sui occisus est.*

(REX HIBERNIÆ Cairbre OCCISUS.)

Coirppre Liofechair *cecid.* i cath Gabhra. Aithle la Semach mc Firchirb do Fotharthaibh. IIII.CC.LVIII. (95)

Carbreus Liffiensis, Rex Hiberniæ, cecidit in prælio Gaurano, occisus a Seinacho Firchirbi de Fothardiis filio, Anno Mundi 4258. (96)

(94) Probo suffectus Carus, anno C. 282, statim filios Carinum et Numerianum Cæsares creavit, et cum Numeriano contra Persas tetendit, sed ad Ctesiphontem, ictu fulminis interiit, anno 283, Numerianus obiit, Apri soceri insidiis oppressus, anno 284.

(95) Carbreum Cormaci Regis filium et successorem, anno regni 17mo. Christi 281, in prælio Gaurano occisum narrat, ex IV Magistror. Annalibus, Colganus in Triade, p. 449, n. 33.—Id evenisse anno 296, Flahertei rationes non demonstrant. Vide Notanda de prælio Gaurano infra, pag. 57.

(96) Tigernachus sequitur Bedam de sex ætat, juxta quem, is Mundi annus, fuit Christi 307, quo et Dioclesianus cum Herculio Maximiano Impervait, id est cæpit Imperare, annis xx. At certum est Diocletianum cæpisse Imperare ab anno æræ com. 284. Ludi Romani, Carini et Numeriani nomine celebrati fuere anno isto, post Cari obitum; et Numeriano occiso, Diocletianus Imperator electus est, non Palilibus ipsis, ut aliqui scripsere, sed exeunte anno 284, a quo anno, æra Diocletiani incæpit, quæ postea, abolito nomine ejus, "*æra Martyrum*" dicta est, incipiens a Neomenia *Thot*, (29 Aug.) anni 284.—Carinus occisus est anno 285.

Ex his sequitur prælium *Gauranum* gestum fuisse in Hibernia anno 284, eosque omnes, ficti *Oissini* Sectatores errare, qui eum vel cum *Cucullino*, defuncto anno C. 2do. vel cum *S. Patricio*, colloquentem somniarunt.

Gratianus Lucius recte ex vetustis Codicibus, hæc habet—" Carbreus Rex Hiberniæ, signis cum Moghcorbo " collatis, ad *Gabhram*, non procul a Temoria, singulari certamine, cum *Osgaro*, Oissini filio, congressus, eum " occidit. Sed postea pugnæ se immiscens, occisus est ipse." Grat. Luc. ed. 1651, pag. 71.

Tigernachus quidem Diocletiani annum primum distinguit numero feriali ii, annum indicante æræ com. 283. Sed antea monui Tigernachi Chronologiam ab eventibus Historiæ Romanæ quos enarrat, potius quam a numeris feriarum mutilis et depravatis esse designandam.

Ex dictis de prælio Gaurano, et de Aido Rege Connaciæ, valde suspecta habeo quæ ex aliis Codicibus narrantur de eodem Aido a Flaherteo, pag. 334, nempe ---Aidum, *Conalli Cruachna* Regis Connaciæ Nepotem, et post *Kedgin Cruachna*, Connaciæ Regem, prælio apud Moy-ai, in Roscomanio, a Cormaco victum fuisse, et Connaciæ Principatu a Damnonis translato, Niamorum, Cormaci fratrem uterinum, factum esse Regem Connaciæ Sed Niamoro paulo postea ab Aido interfecto, Cormacum Damnonios e Connacia exterminasse, et Lugadium Niamori fratrem ei substituisse, qui Aidum occidit, et xxx annos in Connacia regnavit. Flahertcus ipse fatetur alibi *primum* Connaciæ Regem Scoticum fuisse *Muredacum-Tirium*." p. 341, et 358.

## NOTANDA DE PRÆLIO GAURANO.

Prælium Gauranum in quo Osgarus, Oissini filius, et Carbreus Rex Hiberniæ occisi fuere, memoratur, ex Codice Bodleiano Rawlinson 488, fol. 5, *b*. 2, ad annum 284.

Flaherteus autem prælium istud refert ex Codice suo, ad ann. 296. Quæstio itaque oritur utrum sequendum?—Disparitas enim intercedit annorum xii.—Quod si anni Regum numerentur, ab initio Conni centum præliorum, (97) invenientur hoc numero et ordine successisse, in Flaherteo—

| | | |
|---|---|---|
| Connus regnavit a prælio Lenense A.D. 177, | annis 35, | ad annum usque 212. |
| Conarius 2dus. regnavit ab anno 212 . . . | annis 8 | |
| Arturus Unicus regnavit ab anno 220 . . | annis 30 | |
| Lugadius-mac-Con ab anno 250 . . . . . . | annis 3 | |
| Fergusius Dentiniger ab an. 252 . . . . . | anno 1 | |
| Cormaceus Ulfada ab anno 254 . . . . . | annis 23 | |
| Aecaius Gonnat ab anno 277 . . . . . . . | anno 1 | |
| Carbreus Liffiensis ab an. 279 . . . . . . | annis 17, | occisus in prælio Gaurano, anno 295–6 |

Reges Hiberniæ Ethnici non omnes, sed præcipui tantum, memorantur in Codice Bodleiano, neque memorabantur in quovis alio Tigernachi, Regum enim Ethnicorum Catalogum texere non voluit, qui de pluribus Regibus omnino silet, usque ad adventum S. Patricii. Regum Eamaniæ Catalogum texit quidem, sed non Hiberniæ totius. Eos itaque Reges quos Tigernachus omittit, Flaherteus ex Flanno, Coemano, et IV Magistrorum Annalibus collegit, eorumque annos ad Tigernachi seriem Chronologicam, ut potuit, adaptavit.—Utrum Tigernachi series Chronologica arrideat necne, certo constat convenire cum Beda fere ubique; nonnunquam etiam diligentissimos Chronographos Tigernachi ope emendari. Exemplum in promptu est, in ipso regno Diocletiani, de quo nunc agimus. In eo enim regno tot sunt temporum notæ certissimæ, ut de Tigernachi mente nullus sit ambigendi locus—" Anno, inquit, Diocletiani XIX. Diocletianus in Oriente, Divinis libris adustis, Maximianus Herculius in Occidente, vastari "Ecclesias, et affligi interficique Christianos præcipiunt." Ita Codex Bodl. Rawl. No. 488, fol. 7, col. 1, lin. 17.—Atqui si numerentur omnes characteres K (qui annos denotant) inter annum Probi 2, et annum Diocletiani XIX, invenientur numero 26; unde juxta Tigernachum, 26 anni intercessere inter annum Probi 2, et annum 19 Diocle-

(97) Rex Pictorum Drustus appellatur—" *Drust centum præliorum*," in Chronico Pictorum edito a Pinkertono ex Codice Colbertino. Auctorem Annales Hibernicos legisse videtur.

tiani, et cum, juxta eundem, Probi 2 fuerit Christi 277, sequitur Diocletiani XIX fuisse Christi 303.—Baronius tamen et Petavius Persecutionis Diocletianæ initium recitant ad annum Christi 302. (98) *Scaliger*, ab utroque dissentiens, inquit "Beavit nos "Eusebius, qui annum 19 Diocletiani, cum Juliano 350 comparat, quo a Kalendis "Octobris Antiocheni annum 351 putare cœperunt." Jam vero, errant hi omnes, licet doctissimi, a Tigernacho emendandi. Annus enim Probi *secundus*, inquiunt Eusebius (99) et ex Eusebio Tigernach, juxta Antiochenos 325 annos fuit, i. e. æræ Christi 277, et Romæ annus Varonianus 1030. Ergo æra ista Antiochena incepit anno Romæ 705, ac proinde annus æræ ejusdem 351 fuit annus Romæ 1056, Christi 303; quod insuper ex ipsis Eusebii verbis manifestum est; narrat enim persecutionem sævissimam omnium, anno Imperii Diocletiani 19, mense Martio, *secundum Antiochenos anno* 351, contigisse, Imperatoribus *Diocletiano viii, et Maximiano vii. Coss*, uti, disertis verbis, qui persecutioni interfuit, Lactantius, id temporis in Bithynia degens, testatur. (1) Porro eo anno persecutionem inchoasse invictis testimoniis contra Baronium ac Petavium demonstrarunt illustrissimi viri Valesius (2) ac Stephanus Baluzius, (3) unde constat Baronium Petaviumque uno anno, Scaligerum vero biennio, persecutionis initia prævertere, Tigernachum autem ad unguem cum veritate Chronologica convenire. Scaliger ipse, ductis diligentius calculis, seipsum emendat in notis ad Eusebium, No. 2319. "Annus "Antiochenorum 351, inquit, hic appositus, designat tempus horrendæ hujus persecu-"tionis, erat enim Christi Dionysianus 303."

Hæc plane indicant, Rationes Tigernachi Chronologicas non absque validis rationibus despiciendas; imo etsi Flaherteo concederemus errasse in anno prælii Gaurani. Certe Aidus Rex Damnoniorum Connaciæ penultimus, prælio isto interfuit a parte Carbrei. Aido successit Condeus, postremus Damnoniorum Connaciæ Rex, et deinde Muredachus Tirius anno 331. Sed hæ successiones minime impediunt quominus prælium Gauranum gestum fuerit anno 284.—Id ipsa prælii causa ostendit. Causa prælii fuit hæc.—Post Finni interitum, anno 284, gens ejusBaisgnea, cum Cohortibus dictis Fıana Eıꞃenn, a Carbreo Rege descivere. Tunc Aidus Rex Connaciæ, quem Carbreus Cohortibus istis, Finni loco substituit, eos bello prosecutus est, et Mogcorbus, Rex Momoniæ, Finni ex Samaria filia nepos, conjunctis cum eis viribus, Temoriam contendens, Carbreum apud Gabhram infestis signis oppugnavit. In prælio isto Carbræus Oꞅᵹaꞃum, Finni

(98) Petav. de Doctr. temp. l. 11, c. 32.
(99) Eus.Chron. et Hist. Eccl. l. 8, c. 2, alias 3.
(1) De morte persecutor c. 12, et Orosius Histor. l. 7, c. 25.
(2) Valesius in notis ad c. 2, libri 8, Eusebii.
(3) Steph. Baluzius in notis ad Lactantium. Errat Ergo Assemanni, in opere cui titulus—"Acta Martyrum "Orientalium" Romæ 1748, ubi æram Antiochenam inchoasse dicit Anno Romæ 706, tom. 2, p. 229.

ex Oissino filio nepotem, singulari congressu occidit, et ipse paulo postea interemptus est. Hæc extemplo post Finni obitum evenisse, narratio ipsa persuadet.

Carbreo occiso, Fothadii duo fratres, Lugadii Mac-Con Regis Hiberniæ filii, Carbreo æquali potestate successerunt. Sed quia singuli non successive, sed simul regnaverunt, uti explicat Coemanus, in Carmine "Ɑ eolchᴀ Ɛıꞃıenn ᴀıꞃᴅe" scriptores veteres ambos excluserunt. Hinc in O'Duvegani Carmine "Ɑoıbhın ꞃın ᴀ Ɛıꞃe ᴀꞃᴅ," tres tantum Reges e Lugadii filii Ithi progenie regnasse dicuntur, "Ꞇꞃı ꞅlıƷh o mᴀc Iche ᴀꞃᴅ," ut in Keatingi Exemplari, ab eo citato in regno luƷᴀᴅn mc Con, et apud Flahert. p. 342. Fothadios igitur omittit Tigernachus, eorum loco interregnum subintelligens, et recte, duo enim extant Exemplaria in hac Bibliotheca Stowense, in quorum uno idem distichon habet *tres* Reges, omittens Fothadios, alterum *quinque*—Primum sic—

"Ꞇꞃı ꞅlıƷh cloınne luƷᴅeᴀch luᴀıᴅh—luƷ. mc Con cloıᴅemh ꞃuᴀıᴅh
"Ɛoch. Ꝺꞃcᴀch ꞃeıl ᴀ ꞃᴀch—ᴀƷuꞅ Ɛoch eᴅ ᴅᴀcᴀch."

Alterum sic—

"CuıƷ ꞅlıƷh o mc Iche ᴀıꞃᴅ—Ꝺᴀ ꞅochᴀıᴅ. luƷhᴀᴅ lᴀmh Ʒᴀꞃce.
"Ɛoch Ꝺꞃcᴀch ꞃeıl ᴀ ꞃᴀch—ᴀƷuꞅ Ɛoch. Ɛᴅ ᴅhᴀchᴀch."

Primum exemplar—verbum verbo—Fothadios excludens,

Tres Reges (Hiberniæ) stirpis fuere Lugadii celeris.
Lugadius filius Conni gladii sanguinei—
Eochodius ferox, clara est prosperites ejus,
Et Eochodius cognominatus Indumentorum.—

Secundum exemplar—verbum verbo—Fothadios includens,

Quinque Reges descendunt a filio nobilis Ithi,
Duo Fothadii, Lugadius manus asperæ,
Eochodius ferox, clara est prosperitas ejus,
Et Eochodius indumentorum.

E primo itaque Exemplare Fothadii excluduntur, in secundo includuntur, Tigernachus, de Regibus legitime succedentibus unice solicitus, ambos omittit.

Itaque nihil adhuc nos cogit ad Flahertei Rationes, prælium Gauranum referentes ad annum 296, anteponendas Colgani rationibus, id referentibus ex Tigernachi, et IV Magistror. Annal. ad ann. 284, constat duos Fathadios, uno tantum anno regnasse, juxta Coemanum; unum enim alterum intra vertentem annum interemisse, et Fratricidam eodem anno a Baisgneis in Ollarba prælio, apud Ꝧoılene, in Crutheniorum regione Dal-aradia, Coiltei pugilis manu occisum.—Aidum Connaciæ Regem quod attinet, interfuisse potuit Gaurano prælio anno 284, successorem habere Condeum, postremum Regem Damnoniorum Connaciæ, et deinde Ꝧuꞃeᴅᴀchum Ꞇıꞃꞃum, primum Connaciæ Regem e gente Milesia A.D. 331. Idem dicendum est de Mogcorbo Rege Momoniæ, qui pariter prælio

A.C

Gaurano interfuit. Is fuit Olilli Olom, ex Cormaco filio nepos, et post Fiachum Muileathan, Rex Momoniæ. Fuit item Finni ex Samaria filia nepos. Samaria enim Cormaci Regis uxor, tres ei genuit filios, Tinneum, Conlaum, et Mogcorbum. In his omnia collimant. Nihil itaque persuadet a Tigernachi Bodleiani rationibus MS. discedere, aut Codicis Flaherteani rationibus adhærere.—Imo Tigernachi verba de prælio Gaurano pauca sunt, sed diligenter notanda, utpote Cardinem chronologicum efficientia in Rebus Hiberniæ.

---

284 Kl. *ii. Diocletianus (Imp. xxxviii.) cum Herculio Maximiano, quem Diocletianus prius Cæsarem et Augustum fecit, regnavit annis xx.*

286 *Carausius, sumpto regno et Purpura, Britannias occupat. Narseus Rex Persarum Orienti bellum intulit.* [MS. Fol. 6.] *Quinquagentiani Africam invaserunt; Achilæus Egyptum obtinuit, ob quæ Constantius et Galerius Maximianus a Diocletiano Cæsares in Regnum sumuntur.*

K. *iii. Galerius filiam Diocletiani Valeriam uxorem accepit.*

(REX HIBERNIÆ Fiacha.)

Fiacha Sroibtinne *reg. a* Team-rach, *an. xxvii.*

Fiachus Circulorum ignis (4) regnat in Temoria annis xxvii.)

K. *iiii. Constantius prævignam Herculii, Theodoram accepit, ex qua postea Rex plurimos Constantini fratres habuit.*

K. *v. Hoc tempore Georgius apud Datianum (Nicomediam?)* (5) *passus est, et intra* xxx *dies* xiiii. *Christianorum, Papa, .... (quædam desunt.)*

K. *vi.* K. *i.* K. *ii.* Cath Duiblinde re Fiachaigh Sraibtinne for Laighn. agus tri catha a sleib Fuadh, agus Cath Smethire 7 Cath Ciarmuighi.

Kalendis Jan. in fer. 2, incidentibus gestum est prælium Dubliniense (6) a Fiacho circulorum ignis, seu rubris circulis notato, contra Lagenienses, et tria alia prælia apud montem Fuadh, et Prælium Smethrense, et prælium Campi Ciar.

---

(4) Vel rubris circulis notatus—Ita etiam supra in regno "*Lugadii Rubricati.*"

(5) Hic est Georgius Martyr, quem nonnulli cum Gregorio Cappadoce coævo confundunt. Inter primos qui eum memorant, Chronographos, eminet Tigernachus, silent de eo Eusebius, S. Hieronymus, et Beda.

(6) *Dubh-lin* Niger flumen—Ptolemæo *Eblana*, in Annalibus Hibernicis passim *Ath-cliath*, et *Beal-atha-cliath*,

A. C.

K. *iii.* K. *iiii.* K. *v.* *Post x annos, per Asclepiodotum Præfectum Prætorii Britanniæ receptæ sunt.* (7) 296

K. *vii.* *Constantinus et Galerius, et Maximianus Cæsares assumuntur in Regnum.*

K. *i.* *Diocletianus primus gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit, dum sola Purpura retro Principes uterentur.* (8)

Kl. *ii.* Kl. *iii.* Kl. *iv.*

Kl. *vi.* *Constantius xvi anno Imperii, summæ mansuetudinis et civilitatis vir, diem obit Eboraci.* 306

K. *vii.* K. *i.* K. *iii.*—XIX *anno Diocletiani, Diocletianus in Oriente, Divinis libris adustis, Maximianus Herculeus in Occidente, vastari Ecclesias et affligi interfecique Christianos præcipiunt.* (9)

Kl. *iii.* *Secundo anno persecutionis, Diocletianus in Nicomedia, Maximianus Herculius Mediolani, jubente Diocletiano una die purpuram simul deposuerunt, ac tamen cœpta semel persecutio usque ad vii Constantini annum fervere non cessat. Constantinus et Galerius Augusti, Imperium inter se diviserunt.*(10) *Hæc persecutio tam cruenta fuit, et crebra flagrabrat, ut intra unum mensem* X̅I̅I̅I̅I̅. *Martyrum pro Christi fide inveniantur, nam Oceani limbum transgressa, Albanum, Aaron, et Julium in Britannia, cum aliis pluribus viris ac fœminis felici cruore dampnavit.—Passus est hac persecutione Pamphilus Presbyter, Eusebii Cæsariensis Epi̅ necessarius, cujus ipse vitam tribus libris comprehendit. Passus est eadem impietate Petrus Alexandriæ* Eps̅. *cum pluribus Ægypti Episcopis, cui successit Achilleus* Epis̅. *in Alexandria anno. Lucianus*

---

i.e. ostium vadi cratum, vel *Baile Athacliath.*—Gratianus Lucius ex IV Mag. inquit, Fothadium Airgtheach et Fothadium Cairbteach fratres, Carbreo successisse anno uno, et deinde *Fiachum Sraibhtinae* Carbrei filium, qui a tribus Collais, suis ex Eochodio Damhlenio fratre nepotibus, bello impetitus, apud Dubhcomar, locum Taltenæ ad austrum finitimum, occubuit, an. D. 322, regni 37.

(7) Constantius Chlorus frustra Carausium aggressus, qui Purpuram sumpsit et Britanniam occupavit, A.C. 286, pacem cum eo composuit A.C. 292, ut in Eutropio, l. 9.—Post 7 annos ab usurpato Imperio occisus est Carausius a socio Alecto, qui ei successit in Britannia annis 3bus. Ibid. Britanniæ demum decimo tyrannidis anno, Asclepiodoti virtute recuperatæ sunt A.C. 296.

(8) Ista deprompsit Tigernachus vel ex Eutropio, l. 9, vel ex Hieron. in Chronico Eusebii, qui eadem habet ex Eutropio—Silent Beda et Orosius.

(9) Decima persecutio, A.C. 302, incæpit.

(10) Diocletiano et Maximiano sponte abdicatis anno C. 304, eodem anno ac die (ut scribit Idatius) hoc est Cal. April. Constantius Chlorus et Galerius Maximianus e Cæsaribus Augusti et Imperatores facti sunt.

A. C.

*quoque, vir moribus, et continentia, et eruditione præcipuus, Antiochenus Presbyter, Passus est et Timotheus quoque Romæ, x Kal. Julii.*

306 *Tertio anno Persecutionis, quo et Constantius obiit, Maximus et Severus a Galerio Maximiano Cæsares facti sunt, quos ita posuit, Maximum scilicet in Oriente et Severum in Italia, ipse in h' Ilirico constitutus est.—Constantius obiit.* (11)

306 Kl. *v. A.M.* IIII.CC.XX. *Anno ab Urbe condita millesimo sexagesimo primo, Constantinus, i. e. Imperator xxxiiii ab Augusto, (lege Imperator xl.) Constantii ex conjuge Helena filius, in Britannia creatus Imperator, regnat annis xxxii, et mensib. ix.* * * * *

Kl. *vii. Herculius Maximianus ex Augusto Tyrannus factus, Maxentium filium suum regno spoliare conatus est.* [MS. PAL. 6. 1.] *Sed proditus et conteritus*
310 *in Galliam fugit,* * * * * * (12) *Eusebius Cæsareensis Cyclum Decconnovenalem composuit.* (13)

312 Kl. *i. Inter Constantinum et Maxentium Civile bellum.* * * * * *

---

(11) Constantius biennio tantum Augusti dignitate potitus est. Obiit Eboraci anno 306, a quo anno Constantinus, creatus a Militibus in Britannia, Imperator xl effectus est, ut in Idatio.

(12) Maximianus Herculius apud Massiliam occisus est A.C. 310, quo tempore 4 *Augusti* Imperabant, *Constantinus* nempe, et *Maxentius*, Augustorum filii, *Galerius Maximianus*, et *Licinius*, novi homines—Consule *Maxentio iii solo*, ut in Fastis Idatii. Euseb. Chron.

(13) Non composuit Cyclum, sed antea compositum emendavit. Chronicon quidem composuit, a Vocatione Abrahami ad ann. D. 326, (cujus ipse meminit, in Hist. l. 1, c. 1,) befariam divisum, quarum primam *Chronographiam*, 2dam *Canones Chronicos* appellavit; utramque Latine reddidit S. Hieronymus. Græcum opus periit, præter fragmenta, quæ Syncellus, Cedrenus, et Chronici Paschalis, sive Alexandrini scriptor, aliique pauci servarunt. Ista ut potuit collegit Jos. Scaliger, ediditque in Thesauro, fol. Lugd. Bat. 1606. Quædam addidit ex Latinis Scriptoribus, in Versione sua, S. Hieronymus, et Opus egregium continuavit ad ann. C. 378. Sed Versionis primæ partis fere omnia periere; 2da pars, edita Basileæ, comparuit anno 1529, cujus jam raræ editionis nitidum exemplar coram habeo, continens Hieronymi additamenta, Chronica Prosperi, Cassiodori, Contracti, et utriusque Palmerii. Latinam versionem pariter edidit Arnoldus Pontacus, (Burdigalæ, fol. 1604.)

Consuluit Pontacus præter Codices MSS. 28, editiones octo priores, ex quibus suam tanta cura concinnavit, ut non dubitaverit Scaliger (Ep. 104) eam maximis laudibus celebrare.—Optima Scaligeri editio prodiit posthuma, Amstelodami 1658, in fol. cum *S. Hieronymi* Supplemento, ad ann. 379, *Prosperi Tironis* ab anno 379, ad 444—*Victoris Tunnunensis* ab anno 445 ad 565—*Joannis Biclariensis* ab anno 565 ad 593—*Idatii* ab anno 379 ad 428—*Marcellini Comitis* ad anno 379 ad 534.

Attamen Chronici Eusebiani Codices Latini. librariorum oscitantia miro inter se variant, ita ut sæpe cum genuinis Historiarum temporibus conciliari nequeant, ut patet ex Dodwelli Dissert. 3tia ad Irenæum, § 2.

Quamvis Eusebius hinc inde reprehendat Jul. Africanum, ipse vicissim reprehensas est a Syncello et aliis, inter quos Petavius de Doctrina Temporum.—Tigernachus Eusebium in pluribus secutus est, in rebus præsertim Orientalibus, sed non ubique, nec stolide—" Eusebium, inquit, in serie *Macedoniorum Regum*, secuti sumus." MS. Bodl. Rawlinson, No. 488, fol. 5, b. 2, linea 22. Vide infra, an. 378.

Kl. iii. *Licinius, Constantiæ sororis Constantini vir, Carnuti Imperator creatur.* * * * * * *

K. iiii. *Constantinus Barbaros apud Danubium congregatos ad bellum, in Sarmatarum regione vicit, confisus de virtute crucis, sibi in aere ostensæ, in sompno, ac verbo dicentis—" in hoc vince hostes signo." Propter hoc credidit Xp̄o, et crucem ejus deinde mater Elena Imperatrix quæsivit, et invenit, et secum ad Constantinum filium suum adduxit. Baptizatus est autem Constantinus a Silvestro Papa, ut diximus, qui fecit Basilicam Johannis, item B. Petro in Templo Apollinis; nec non et B. Paulo similiter, ubi decollatus est, corpus utriusque ære Cyprio circundans, quinque pedes groso. His* 325
*temporibus Hæresis Ariana exorta est. In Nicæno Concilio ccc.xviii Episcopor. fides Catholica exponitur, anno post Alexandrum* DC.XXXVI, *die mensis, secundum Græcos, Desii xix, qui est x Kl. Jul. Consulatu Paulini et Juliani.* V̄V̄.CC. (14) * * * * *

Kl. *Constantinus fecit Basilicam in Palatio Sesoriano, qui cognominatur Hierusalem, ubi de ligno Crucis Dn̄i partem posuit;—item Basilicam S^e. Martyris Agnetis, ex rogatu filiæ suæ; fecit et Baptisterium in eodem loco ubi baptizatus est, et soror ejus Constantia, cum filia Augusta.*

Kl. *vi. Porro Galerius Augustus qui morabatur in Epiro* * * * * * *apud* 311
*Tarsum interiit.* (15)

K. *i. Constantinus Crispum filium suum, et Licinitum, Licinii Augusti et* 326
*Sororis suæ filium, quos Cæsares festinavit ordinare, interfecit.* (16)

K. *ii. Constantinus fecit Basilicam B. Laurentio Martyri via Tiburtina in agro Verano.*

Kl. *iii. Constantinus item fecit Basilicam Via Lavicana, intra duas Lauros, B B. Petro et Marcellino, Martyribus, et Mausoleum ubi matrem suam posuit, in Sarcophago purpureo.* (17)

---

(14) Cœpta est Nicæna Synodus *xiii Kal. Julii*, et terminata *viii Kal. Septemb.* A.D. 325. Eodem anno Constantinus Gladiatorum spectacula edicto sustulit, et Eusebius Chronicon suum valde utile terminavit. Quæ deinde narrantur adjecta sunt a S. Hieronymo. Vide supra, p. 62, not. 13.

(15) Consumptis genitalibus pestilenti vulnere obiit. Euseb. Hist. l. 8, c. 17.

(16) De Crispi morte confer Zosimum, l. xi, Sozomen. l. 1, c. 5, S. Hieron. additamenta ad Eusebii Chron. et Gibbon Decline and Fall of the Roman Empire. De anno testatur Idatius, in Fastis.—Eodem anno Licinius Licinii filius, interemptus est, " *Coss. Constantino Aug.* vii. *et Constantio Cæsare.*"

(17) Anno C. 328—Sepulta est S. Helena, in Basilica SS. MM. Marcellini et Petri, Via Labicana, ut in Euseb. de Vita Constantini, l. 3, c. 46–7.

A.C

K. iiii. *Constantinus quoque fecit Basilicam in civitate Ostia, juxta portum Urbis Romæ, beator. Apostolor. Petri et Pauli, et Johannis Baptistæ.*

Kl. *vi.* *Item Constantinus Drepanum, Bithyniæ civitatem, in honorem Martyris Luciani ibi conditi instaurans, ex vocabulo matris suæ Helenopolim nuncupavit.*

Kl. *i.* *Idem Constantinus Romam Petro ac Paulo relinquens, civitatem condere disponens, in nocte ab ea cuncta sua ferramenta ablata sunt, et in Thracia Divinitus ablata, ubi urbem nominis sui statuens, sedem Regni, Romani Imperii, et totius quoque Orientis esse voluit, qui solo expers Idolorum, fama et potentia Romæ merito potuit æquari.* (18)

Kl. *Constantinus statuit citra ullam hominum cædem, Paganorum Templa claudi, qui mox Gothos in Sarmatarum regione delevit.*

322 (REGES HIBERNIÆ, ET EAMANIÆ ULTIMUS, i. e. XXXI.)

K. *iiii.* Fiacha Sraibtinne· do tuitim i cath Dubcomair la tri m.a. a brathair .i. m Eachach Doimleoin m Coirpre Lifechair. Iteinn anmann na tri Colla, Colla-Uais, 7 Colla-mend, 7 Colla-Fo-crich, o tait Airgialla 7 is an fingal ro scar Rigi n' Er fri h' Airgiall,—Adberaid im Laigin isa Cath Cnamross (cedna amross *in margine*) adorchair Fiacha con a braithribh, 7 co ix do claind la

Fiachus rubris circulis notatus—Rex Hiberniæ, cecidit in Prælio Dubcomarense, occisus a tribus filiis fratris sui, id est, filiis Eochodii Doimleni filii Carbrei-Lifecar; Hæc sunt nomina trium Collaorum istorum. Colla illustris, Colla parvus, et Colla *Fo-crich*,—a quo originem ducunt Orgiallii, et prælium istud in causa fuit separationis Regni Hiberniæ ab Orgiallia. (20) Asserunt Scirptores

---

(18) "*Coss Gallicano et Symmacho,*" A.D. 330, Constantinopolis dedicata est, v Id. Maias, ut in Idatio, et in Doctr. tempor. l. xi, c. 44.

(19) "Fiachus Srabtineus, ex Dun-Srabtinea in Connacia, nutricationis sede, dictu," inquit Flaherteus, Carbreo Patri successit Rex Hiberniæ anno 284.—Hæc de eo, Avi nostri manu, leguntur in margine exemplaris Stowensis Ogygiæ, pag. 358—*dom dhoich ni raibh Fiacha sraistinne as xxi bl. do aois ag techt cum na righe. Taoi sin nemhgnathach gan amhrus.* (i. e. Ut puto non pervenit Fiachus Srabtineus ad annum plusquam xxi ætatis, quando ad regnum ascendit. Id insolitum erat.)—Flaherteus nomen Sraibtinne deducit a *Dun-Sraibtinne*, in uno loco, in aliis *Rubricatum* recte explicat, vox enim *sriabh* exprimit lineam, circulariter et leviter in cute inditam, more nempe a Pictis derivato, Colgan. in Triade, p. 207, c. 46.

(20) IV Magistri et Colganus narrant *Fiachum-Srabtinne*, Carbrei Regis filium, et successorem, regnasse annis 37, ab anno C. 284, quo Carbreus in prælio Gaurano periit, ad ann. 322, Triad. p. 449, n. 33. i.e. usque ad prælium *Dubcomar.*—Tum *Colla-Uas.* Carbrei Regis, ex Eochodio Doimhlen filio, nepos, regnum invasit annis 4, usque ad ann. 326, quo pulsus est a legitimo hærede *Muredacho Tirio*, Fiachi Regis filio, qui anno regni xxx, Christi 356, occubuit.—Eochodius Doimhlen ex Olechia Albanica uxore, tres filios suscepit, Colla *Huasium,* Colla *Meann*, et *Colla-da-Crioch*, qui, regnandi cupidi, Patruum suum Fiachum, Regem Hiberniæ, ad

A.C.

breasmbeal righ laighn. Dubcomair ainm Druadh Fiach Raibtene, 7 ro mharbhadh isin Cath he. Con id de do garar cath Dubhchomair.

Lagenienses Fiachum, cum fratribus suis, et novem filiis, in prælio Cnamrossense occisum fuisse a Breas-baal Rege Lageniæ.—Dubcomar nomen fuit Druidæ Regis Fiachi circulis rubris notati, et occisus est in prælio isto; qua de causa dictum est prælium Dubcomarense.

K. v. Colla Uais do gabhail righe Temhrach.

Kal. Jan. feria v. Colla Illustris obtinuit Regnum Temoriæ, i.e. Hiberniæ totius. (21) 322

## NOTANDA DE EPOCHA EAMANIÆ EXCISÆ.

Epocham Eamaniæ eversæ, anno 332, ut certissimam describit Flaherteus; diversorum enim authorum suffragia, cum Regum Eamaniæ temporibus conspirantia, omnem in iis certitudinem, quasi funiculo triplici constrictam edocere; nam Coemani Poema Chronologicum (a nobis primum editum in Rer. Hib. t. 1.) centum annos retro enumerare, a S. Patricii adventu anno 432, ad excidium Eamaniæ; idem confirmare Annales Dungallenses, itemque Codicem Lecanum, fol. 293, b. Flahert. p. 104.

Et quidem quoad annum eversæ Eamaniæ 331–2, nulla difficultas occurrit. Conveniunt Carmina; consentiunt omnes veteres; anni Regum, qui certissimi sunt a regno Muredachi Tirii, primi Regis Scottici Connaciæ, conspirant; narrant denique veteres et novi, annos 100 intercessisse inter eversam Eamaniam et adventum S. Patricii anno 432.

Sed alia est Epocha eversionis, alia *conditæ* Eamaniæ. Conditam fuisse scribit Tigernachus anno xviii Ptolemæi I. Regis Ægypti; neque diffiteor eum id bona fide ex

austrum Talteniæ, in Bregia, in Dubcomario Prælio occiderunt, A.D. 327.—Tunc Rex Connaciæ Muredachus Tirius, Fiachi Regis filius, Rex Hiberniæ legitimus, Colla Huasium, cum fratribus et 300 sociis, in Albaniam abegit. Inde, a suis derelicti, Patriam, intra vertentem annum redierunt, et cum Patruele Muredacho in gratiam redeuntes, contra Ultonios, e Rudriciorum partibus stantes, arma inferendi potestatem nacti et copiam, Fergusium Fogha, Ultimum Eamaniæ Regem, in prælio de *Carn-Eacha-leth derg* occiderunt, Eamaniæ Regiam funditus exciderunt, A.D. 332, et, abactis ultra Glennrigiam et Neachum Lacum Ultoniis, regionem Orgielliam, Anglice Uriel et Oriel, partes complectentem Comitatuum *Louth*, *Ardmach*, *et Monachan*, sibi vi et armis compararunt.

(21) "Annis iv" consentientibus omnibus. Regnavit itaque *Muredachus Tirius* ab anno 331, quo Eamania eversa est.—In margine exemplaris Stowensis Ogygiæ, pag. 360, hæc, Avi mei manu scripta leguntur, lingua Hibernica—"*Muireadach Tireach au ced Righ Cannacht do chlanna Miledh.* i. e. Muredachus Tirius primus fuit Rex Connaciæ e gente Milesia.

veterum Scottorum Monumentis descripsisse Sæculo ineunt xi. Sed in ista periodo non plures memorat quam xxxi Reges a primo Cimbaotho, ad ultimum Fergusium, ordine sequente—

*Regum Eamaniæ Catalogus ex Tigernacho.*

| | | Annis |
|---|---|---|
| i | Cimbaoth mc Fintain, | xviii |
| ii | Eochaigh Faebur mc Fedaigh, | xx |
| iii | Concobar Roth mc Cathair, | xxx |
| iv | Fiachna mc Feidhlim, | xvi |
| v | Daire mc Forgo, | lxxii |
| vi | Enda mc Rochada, | v |
| vii | Fiach mc Fadheon, | xii |
| viii | Findchad mc Baicedha, | xii |
| ix | Conchubur Mael. mc Futh, | xii |
| x | Cormac mc Laictighe, | xvii |
| xi | Mochta mc Murchuradh, | iii |
| xii | Eochoig mc Daire, | iii |
| xiii | Eochoig Sailbuidhe mc Loich, | iii |
| xiv | Fearghus mc Leidhi, | xii |
| xv | Concobar mc Nessa, | lx |
| xvi | Cumscrach mc Conchubuir, | iii |
| xvii | Glaisne mc Conchubuir, | ix |
| xviii | Irial mc Conaill Cearnaig, | xl |
| xix | Fiachna mc Irial, | xx |
| xx | Fiatach Finn, | xvi |
| xxi | Elim mc Conraich, | x |
| xxii | Mal mc Rochraide, | xxxiii |
| xxiii | Bresal mc Briuin, | xix |
| xxiv | Tipraid Tireach, | xxx |
| xxv | Ogaman mc Fiatach Find, | xii |
| xxvi | Aengus Gaibnen, | xv |
| xxvii | Fiacha Araide, | x |
| xxviii | Fergus Duibdetach et fratres, | iv |
| xxix | Ros mc Imchadha, | i |
| xxx | Aengus Fin mc Fergusa Duibdetach, | i |
| xxxi | Fergus Fogha, | lxxv |

Jam vero in isto Catalogo Regum xxxi, duo sunt reges qui regnasse dicuntur annis

72 et 79, quod penitus incredibile est. Neque valet asserere alios ante Tigernachum eundem Regum numerum exhibuisse, iisdem nominibus, eodem ordine.—Tota veterum gentium experientia reclamat, repugnant generationes hominum, genealogiæ ipsæ Hibernorum adversantur. Interregna itaque miscuerunt Bardi cum annis Regum, ut periodum annorum 637 a Cimbaotho, Regum Eamaniæ successionibus accommodarent, tribuentes Regibus plures annos quam veritas exigebat, eosque annos inserentes in Catalogis, qui in Regum Inaugurationibus recitabantur.

Extat in Exemplari Stowense Ogygiæ Flahertæi, nota in margine paginæ 103, Avi mei manu, his verbis valde notandis—

Do reir na reim geneal ni arbhimse claidhe no h Eamna mos luaiche na cc.xx no cc.xxx bl. roimhe *Xp.* i. cxxiii bl. mos beidhien na airemh an leabhair so.

Juxta generationes genealogicas Hibernicas, non puto Eamaniam conditam ante annum 220 vel 230 ante Christum, id est, annis 123 post Epocham assignatam in hoc opere. Flahertei.

Meminisse oportebat, Hibernorum veterum Chronologiam, neque æræ Mundanæ accommodatam fuisse, neque æræ communi, usque ad Sæculum x, quo Flannus Synchronismos Regum Hibernorum cum Imperatorum annis collatos composuit. Antea Bardi annos quibus quisque Rex regnavit, et numerum prædecessorum, ac nomina Regum tantum cantare solebant in Coronationibus, eaque Sacra habebant. Sed æram com. neglexerunt.

Sæculo x Chronologiam Technicam paulatim introduxerunt, quæ artem et ingenium, et Astronomiæ et Arithmeticæ scientiam postulat, et mensium atque Hebdomedum Cyclos. Quod ista in Rebus Chronologicis neglexerint Hiberni veteres, non eis vitio vertere possumus, cum eadem neglexerint Græci et Romani. E Romanis Varro videtur de Chronologia illustranda pirmus cogitasse. Longe postea Theophilus Antiochenus, in libro 3 ad Autolicum, S. Hippolytus, et Julius Africanus, Chronica sua ob Orbe condito producentes, Eusebio et aliis post eum facem præbuere, Hippolyti autem nihil superest, nisi Libellus ex Latina veteri Versione, de divisionibus et generationibus gentium, a Canisio et Labbeo editus; J. Africani fragmenta tantum habemus servata a Eusebio, Syncello, et aliis, ita ut vix mirari liceat Tigernachum, parum curiosum de doctrina temporum, in rebus Hibernicis, fere ubique Flannum secutum fuisse, neque ex suo aliquid adjecisse iis, quæ veteres Scriptores tradidere.

A.C.

*Ab initio Mundi secundum* LXX *Interpretes,* $\overline{\text{V}}$.D.XIX. *Secundum vero Hebræos* $\overline{\text{IIII}}$.CC.LXXV. *Ab Incarnatione* CCC.XIX. *(Lege* 327.*)* (22)

Kl. *vi.* *Constantinus multa prælia fecit.*

Kl. *vii.* Kl. *i.* *Martinus, Turonensis postea Eps. tunc natus est.* (23)

(REX HIBERNIÆ Muireadhach-Tireach.)

326 Kl. *iii.* (24) Muireadhach Tireach mac Fiachadh Sraibhtinne do indarba na tri Colla a nAlbain c.ccc oiris 7 ipse p. eos reg. an. *xxx.* A cind bl. *v.* ni rabatar na tri Colla tair s. tri nonbuir namha— Do dechadar din co Muireadhach iar na rad dan Druid friu. 7 ro baiged fris, 7 do raid sed droch briathra, 7 comadair tuair sidh an fingail o na tedaiset tairs a dar oc 7 robdar gora do.—*Juveneus $\overline{\text{V}}$sificus in Ispania floruit.*

Muredachus Tirius (25) filius Fiachi rubris circulis notati—Rex Hiberniæ—expulsit tres Collaos in Albaniam, cum 300 sequacibus suis, et ipse postea regnavit annis xxx. Anno autem regni ejus vix elapso, non remansere cum Collais plures quam ter novem ex hostibus ejus; redierunt itaque Collai ad Muredachum suadentibus Druidis, et locuti sunt cum eo, gratiam ineuntes, ejurantes verba antea male prolata, feceruntque inducias, uno ore spondentes non violare fœdus contra pacta conventa exinde; et permansere fideles ei.

Juvencus Versificus in Hispania floruit.

---

(22) Rebus Imperii Romani breviter narratis, usque ad ann. C. 330, redit auctor ad Hibernicas, et Fiacho Regi, regnanti a prælio Gaurano, anno 284, regnum assignat annorum xxxvii, usque ad prælium Dubcomarense gestum annum 322, ut supra, pag. 64, not. 20.

IV Magistri adhærent Coemano, qui in Carmine *Eirin ard*, ei assignat annos xxxvii. Sed in ejusdem Carmine Chronologico *Annalad*, in Rer. Hib. t. 1, dicitur occubuisse quinquennio ante excidium Eamaniæ anno 332, et præterea xxx tantum annos ei tribuit Codex Lecan, fol. 302, *b*, in Ogyg p. 155 Tigernachus Collao iv annos regni tribuit a prælio Dubcomar ad expulsionem in Albaniam, sed Muredacho tribuit annos xxx.

(23) "*tunc natus erat,*" id est, tunc *in civis* erat—anno enim ætatis 17 in militiam, Constantini jussu, adscriptum, scribit Sulpicius Severus, c. 1. "*Consulibus Pacatiano et Hilariano,*" i. e. A.C. 332.—Et quidem Rescriptum de Veteranorum filiis ad militiam cogendis, datum *iis Consulibus*, exstat, l. 7, Cod. Theodos. tit. xxii. Itaque ad annum ætatis 17 pervenit Martinus anno 332. Non est cur quis ad acumen criticum arroganter ostendendum, hæc rejiciat. Plures antiqui Monachi ad annum plusquam centesimum pervenere. Vide infra ann. 351, et vocem *Lingævitas* in Indice ad Prolegomena.

(24) Hæc desunt, uti et plura alia, in Chronico Scottorum MS. Dublin, folio 3 deperdito.

(25) "*Muredachus Tirius*, Fiachi Srabtinei, Regis Hiberniæ filius, et Rex Hiberniæ, ejusque posteri, "Connactiæ Principatu potiti sunt, mille plus minus annos." Flahert. ex Codicibus suis, pag. 358. Viginti tres Hiberniæ Reges enumerat idem Flahert. a *Conario I.* Edersgeolil filio, i. e. ab anno Christi 1, ad *Muredachum Tirium* anno C. 331, quod 15 circiter annos cuique assignat.

Quindecim Ultoniæ Reges enumerat Eochodius O Floinn ab obitu Concobari mc Nessa, ad Eamaniæ excidium, A D. 332, in Carmine "*Eamhain iodhnachaibh aibhinn.*" quorum nomina ac tempora recenset Colmanus O'Seasnan in Carmine "*Eamhain alain arus Uladh*"—Flaherteus autem omnes Reges Hiberniæ totius includit, tam de *facto* quam de *jure.*

(EAMANIA EVERSA.)

Kl. iiii. Cath Achaig Leith deirg isFernmuigh i torchair Fergus Foga m. Fraechair fortchuim tuigh flaith Uladh an Eamain Macha, las na tri Colla 7 do rochair Colla Mend isin cath sin. Ro claidh sid iarom na tri Collo Eamain Macha 7 ni ro saitrebsad Ul. innti o sin alle, 7 talladh uaidibh a Righe o Loch Each ille.

K. v. *Donatistarum Schisma oritur.*

Kal. Jan. incipientibus a feria quarta, gestum est prælium campi *Leth-derg*, in regione Fernmoiense, ubi occisus est Fergusius Munificus, filius Fracharii fortis, optimus Rex Ultoniæ, in Eamania, per tres Collaos; et occisus est Collaus parvus in prælio isto.—Everterunt porro Eamaniam tres Collai, et non habitaverunt ibi Reges Ultoniæ postea, et ablatum est ab eis dominium Regionis cis Lacum n' Each. (26) 332

K. *vii.* K. *ii.* K. *vii.* K. *ii.* K. *iii.* K. *iiii.* K. *v.* (27)

K. *vii. Constantinus in extremo vitæ suæ termino ab Eusebio Nicomediense Epo baptizatus, in Arianum dogma convertitur, proh dolor! bono usus principio et malo fine.*

Kl. *i. Constantinus, cum contra Persas bellum moliretur, in Villa publica juxta Nicomediam, disponens Rempublicam filiis suis tradendam, obit, anno Mundi* IIII.CCCC.XIIII. (28) 337

---

(26) Eadem habent ad eundem annum IV Magistri, ex variis antiquis Codicibus, itemque Gratianus Lucius, et Poetæ veteres—"In Hiberniam ex Albania redeuntes Collai, cum Muredacho Rege gratiam inierunt, et "potestatem impetrarunt belli Ultoniæ inferendi, ubi Regiones, a *Clanna Ruriis* vi ereptas, suæ ditionis fecerunt, "nempe *Magdornam*, *Ibh-Cremthan*, *Ibh-mac-Uais*, et quicquid cis Lacum *Eachum* est. Scilicet agrum *Dunensem*, et partem *Antrimensis*.—Post prælium *Achaid Leith-derg*, in quo Ultonii Regem suum *Fergusium Fogha* "desideraruntt, Collai Eamaniam everterunt, ita ut nullus Ultoniæ Rex illam exinde incoluerit. Cambr. Evers. p. 71. Item Carmina vetera. *Eochodii*, *Flanni*, *Colmani O'Seasnan*, et *O'Duegani*.

Consentit et Flahertæanus Codex in Ogyg. p. 360.—"Tres Collai, Patruum suum *Fiachum*, Regem "Hiberniæ, ab Austrum Talteniæ, apud *Crioch-Rois*, in Bregia prælio occisum everterunt, A.D. 327.—A "*Dubcomaro*, Fiachi Regis Druide ibi perdito, Dubcomarium prælium vocatur. Muredachus Tirius, Fiachi "Regis filius, e Rege Connaciæ factus Rex Hiberniæ, *Colla-Huasium* cum 2 fratribus, ac 300 comitantibus, "in Albaniam Britannicam abegit. Intra vertentem annum 331, Collai in Patriam reduces, cum Patruele, "*Muredacho* Rege, in gratiam redierunt, et contra Ultonios, generi suo jam diu admodum infensos, arma inferendi copiam nacti, Ultoniam invadunt. Ad *Carn-eacha-leth-derg* in Fermoya concurritur, ubi *Fergusius Fogha* "Rex Ultoniæ occubuit. Mox Eamaniam exciderunt anno C. 331, et abactis ultra Glennrigiam et Neachum "Lacum Ultoniis, amplam ditionem, quam *Orgiellium* dixerunt, (Anglis *Uriel*) in Comitatus *Louth*, *Ardmach*, et "*Monachan*, avorum memoria descriptam, compararunt." Flahert. Ogyg. p. 360–1.

(27) Manifesta est characterum ferialium corruptio, idque ex ignorantia Amanuensis. Eo magis deflenda est rerum nostrarum jactura, quo magis corrupta inveniuntur quæ remanent exemplaria.

(28) Obiit xi Kl Junias, i. e. die 22 Maii, A.D. 337, ipso die Pentecostes, ut in Eusebio de Vita ejus, l. 4, c. 64, in Aurelio Victore et Idatio. Paulo ante mortem baptizatum narrant Eusebius et alii, in Doctrina tempor. l. 5, c. 45.—Obiisse Arianum scribunt S. Hieron. in Chronico, qui certe aliter scripsisset si salva fide liceret, item Lucifer Calaritanus Eps. l. 1, ad Constantinum Imp. pro S. Athanasio, Severus Sulpitius Hist. Sacr. l. 2, Ruffinus Hist. Eccl. l. 1, c. 17.

A.C.

Kl. *ii. Constantius (cum) Constantino et Constante fratribus suis, regnare incipit annis xxiiii, mens. v, dieb. xiii.* (29)

338 K. *iii. Jacobus Nisibensis Eps agnoscitur, ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberata est.* (30)

K. *v. Impietas Ariana Constantii Regis fulta præsidiis, exiliis, carceribus, et variis afflictionum generibus, primo Athanasium, deinde omnes non suæ partis Episcopos persecuta est.*

340 K. *v. Constantinus (i.e. junior) a Ducibus Constantis fratris sui, in bello occisus est.*

341 *Patricius nunc natus est.* (31)

---

(29) Eodem anno 337, quo Constantinus obiit, *tres Augusti* renunciati sunt, Constantinus, Constantius, et Constans, *v. Id Sept.* testante Idatio. *Constantinus* Gallias, et transalpinas Regiones obtinuit; *Constans* Italiam Romam, Africam, Siciliam, Insules reliquas, Illyricum, Macedoniam, Græciam; *Constantius* Thraciam, Asiam, et Orientem cum Ægypto.

(30) "Sapores Rex Persarum, Nisiben 2 mensibus obsidio premit, sed Jacobi Epi precibus fugatur, culicum "agmine immisso." S. Hieron. Chron Ter a Sapore obsessa est Nisibis Imperante Constantio, primo statim post mortem Constantini, ut in Hieron. Chron. anno 338,—2do. anno 350, cum adversus Magnentium profectus esset ab Oriente Constantius, ut in Juliani Orat. 1, Theod. Hist. l. 2, c 30, et in Philotheo, quæ obsidio quadrimestris fuit, ac demum S. Jacobi precibus soluta—3° anno 360, ut in Zosimo, l. 3.

DE ANNO NATIVITATIS S. PATRICII.

(31) MS. Rawlinson, No. 488, fol. 6, *b*, id refertur recte ad ann. 372, *Warœi manu* in margine. Conveniunt vetustiores et probatiores S. Patricium obiisse anno 493, ætatis 120.—Sed amanuensium, in scribendis numeris Romanis, incuria, miram dissentionem de anno nativitatis ejus invexit. Sigebertus ad ann. 491, S Patricio adscribit *annos c.xxii*, cum quo consentiunt Florentius Wigorn. Matthæus Westm. et qui omnibus præponendus est Marianus Scotus, in pulcherrimo suo Codice MS. in Musæo Britan. Ranulphus, in Polychron. l. 5, c. 4, inquit—"Anastasii primæ anno, obiit S. Patricius, primus Hiberneusis Archiepiscopus, *cxxii ætatis suæ anno*, "tempore Aurelii Ambrosii apud Britannos tunc regnantis."—Consentit et Evinus, sive author vetus Hibernensis Vitæ tripartitæ S. Patricii parte 3, c. 103, "ætatis anno cxxii, Apostolatus lxii," ubi mendum irrepsisse in numeris notat Colganus, Scripsisse enim oportuit "Apostolatus lx, anno ætatis cxx."

Marianus ad ann. 432 inquit—"Ad Scotos in Christum credentes, ordinatus a Cælestino Papa Palladius, "*primus* Episcopus missus est, post ipsum S. Patricius, qui fuit genere Brito, a Cælestino Papa consecratus, "et ad Archiepiscopatum Hibernensium missus, ibi per annos xl (lege lx) signis atque mirabilibus prædicans, "totam Insulam Hibernicam convertit." Non alia fuit procul dubio mens Tigernachi quam Mariani, qui eodem Sæculo xi floruit; atqui Mariani mens egregie eruitur a Colgano his verbis—

"Tradit Marianus ad ann. 491, S Patricium *annos natum* 16 venditum fuisse—in servitute *annis* ei vixisse, "et *lx annis* in Hibernia prædicasse; ex quibus tria infero, primum in textu Mariani, ad ann. 432, mendose "legi *xl* pro lx. cum ipse postea, ad ann. 491, expresse tradat *lx annis* in Hibernia vixisse—2do. infero eum "vixisse *annis c.xx*, juxta mentem Mariani, nam juxta ipsum (ad ann. 395) *annis jam 22 ætatis transactis*, "liberatus fuit a Servitute anno 395, Si autem his 22 adjungamus 38, qui ab illo anno 395 inclusive transierunt "usque ad ann. 432, quo missus est in Hiberniam, et lx quibus postea in Hibernia vixit, sequitur Marianum "voluisse annos ætatis ei tribuere 120, non plures nec pauciores. Tertio infero Mariani textum hoc modo "restituendum—S. Patricius Hiberniæ Archiepiscopus, quum esset annorum xvi. venditus est, Sex annis vixit "in servitute, xxxviii annis in Romanis partibus, lx annis in Hibernia prædicavit."—Mens enim priscorum authorum ex propriis verbis inter se collatis, potius eruenda venit, quam ex Librariorum mendis, vel notis

K. *vii. Constans Arianus effectus, Catholicos toto orbe persequitur,* * * * *

K. *i.* Kl. *iii. Constans adversus Persas et Saporem, Regem eorum, qui Mesopotamiam invaserunt, novem bella fecit.* (32)

Kl. *vi. Constans Magnentii dolis,* [MS. Fol. 6, b. 2.] *in opido qui Helena nomi-* 350
*natur, in proximo Hispaniæ, interfectus est.* (33)

K. *vi. Magcentius (Magnentius) postea arripuit Imperium, apud Augustodunum, (et) continuo per Galliam, Africam, Italiamque perrexit.*

*In Illirico vero Vetranionem, ætate grandævum, Imperatorem sibi milites creaverunt, virum natura simplicem, cunctis jucundum, sed qui ne prima quidem literarum elementa didicisset. Itaque cum primum literas literarumque syllabas, Imperator senex, interdum invictus meditaretur, a Constantino deponi jussus, Imperium abjiciens, cum literis purpuram, contentusque privatis feriis, Palatium simul scholamque reliquit.* (34)

*Paulus Eremita quievit c.mo. et xiii anno ætatis suæ; quem Antonius* 343
*Monachus, leonibus duobus sibi sepulturam fodientibus, sepelivit.* (35)

---

numeralibus, eorum menti contrariis. Et quidem in hoc ipso Codice Bodleiano, S. Patricii obitus refertur ad an. C. 492, qui est æræ com. 493. Non potuit itaque idem Auctor nativitatem ejus referre ad ann 340. Porro vetustissimæ vitæ S. Patricii 120 annos ei tribuunt, quorum 60 in Hibernia prædicavit, ab anno 432, uti et Tirechanus apud Usser. p. 887, et Ninius ibid. cujus verba descripsit Matthæus Florilegus ad ann. 491, et Auctor Vetus Vitæ tripartitæ, Latine scriptæ, MS. in Primord. p. 873.

Denique extat Testamentum, S. Patricio falso quidem adscriptum, sed de quo Usserius inquit "*vetustissimis* "*versibus Hibernicis* expressum esse," p. 883, in quo Patricius S. Brigidam, xxx annis post ejus mortem, Hiberniam benedicturam vaticinatur. Atqui Brigida obiit anno 523. Testamenti verba sunt—

| | |
|---|---|
| *Tricha bliadhainn gan, credim,—bendaigh Erin tar meisi.* | Triginta annis vix, ut credo—benedices Hiberniam post me. |
| *Tricha bliadhna damsa fein, isin t Sabhull con glaine,* | Ter denis annis versatus in æde Saballi, |
| *Is tricha bliadhain aile, ac taistil na h Erinn uile,* | Ter denis aliis peragravi lætus Iernam, |
| *Se xx bliadhan ni go, orom genissa gan ail, he fad* | Centum et vicenos annos vivendo peregi, |
| *Mo saoghail cin lochd, gus an aoidhchi an ocho sin fhail.* | Præsentem ad noctem hanc, Sæclum producitur istud. |

Sunt qui tantum longævitatem ad fabulas amandandam putant, quamvis exempla sint innumera, Martinus Ebudenses memorat qui ad annum ætatis 130 pervenerunt. Western Isles, 8vo. Lond. 1703, pag. 85, imo et ad ann. 140, p. 368, Buchananus Scotum memorat sibi cognitum, qui uxorem duxit anno ætatis 140, omitto veterem *Par* annorum 160, et Comitissam de Desmond Parco seniorem, et lectorem refero ad Rer. Hib. t. 1. Indice voce *Longævitas* Monachorum Hiberniæ, et ad notam infra, ad ann. 372.

(32) "ix bella," i.e. prælia—Bellum Persicum nocturnum ad Singaram gestum est A.C. 348, "*novem* "*gravissimis præliis*" S. Hieron. Chron. et Idatius.

(33) "*Sergio et Nigriliano Coss*" Idatius. Ergo anno C. 350, cum Constans solus Imperasset, ut in Eutropio, l. x, et in S. Hieron. ibid.

(34) Eadem habent Eutropius, et Orosius, l. 7, c. 29.

(35) Ex S. Hieron. opere de Vita Pauli, cujus extat usque hodie in Musæo Britannico Exemplar annorum plusquam mille. Caligula, A. 15, Bibl. Cotton.

A.C.

K. *vi.* *Maximus Trevirorum Episcopus clarus habetur, a quo Athanasius Alexandriæ Eps, cum a Constantio quereretur ad pœnam, honorifice susceptus est.*

350 Kl. *i.* *Nepotianus Romæ, sororis Constantini filius, Gladiatorum manu fretus, invasit Imperium, qui a Magnentii ducibus interfectus est.*

351 K. *ii.* *Bellum inter Constantium Magnentiumque factum est, apud Mursam urbem, in quo Magnentius aufugit, atque non multo post, apud Lugdunum propria se manu interfecit.* (36)

K. *iii.* *Hilarius Pictaviensis Eps qui, pulsus ab Arianis, in Phrygiam exulaverat, cum apud Constantinopolim pro se Constantio porrexisset Apologiam, ad Gallias rediit.*

K. *iiii.* K. *vi.* K. *vii.* *Reliquiæ Timothei Apostoli Constantinopoli invectæ sunt.*

(REGES HIBERNIÆ, CONNACIÆ, ET ULTONIÆ.

356 K. *i.* K. *ii.* K. *iv.* Muiredach Tireach domarbadh la Caelbad mc Crunnd-Badhraidhe la Ri n Ul. ic Port Rig os Dabull. (37)

Kal. Jan. feria 4ta. Muredachus Tirius occisus est per Coelbadium filium *Crun-Badhradii*, Regem Ultoniæ, apud Portum Regium, ad Lacum Dabullensem, (in Orgiallia.)

358 Kl. *v.* Eoch. Muighmedon mc Muireadhaigh Tirigh *regnat an. viii.* (38) Ceithri mc Moingruaidhe in. Fidhaigh,—.i. Aill, Brian, Fiachra, Fergus,—" Niall mor

Anno sequente Eochodius *Muighmedon*, i. e. Camporum amplificator, filius Muredagi Tirii, e Rege Connaciæ, Rex Hiberniæ et Connaciæ annis viii. (39)

---

(36) Hoc anno, post Consulatum Sergii et Nigritiani, qui Consules fuere anno 350, orta creditur appellatio *Paganorum*, nempe cum Constantius Christianos omnes esse milites jussit, ac detrectantes exauctoravit, Paganosque esse voluit, Theodoret, l. iii, c. iii. Tunc S. Martinus S. Patricii Magister, baptizatus fuit, ut in Greg. Turon. l. 1, c. 35, *anno ætatis* xxxv. Vide supra, ann. 330, not. 23.

(37) "Coelbadii primus regni annus fuit vitæ postremus. Occisus est enim ab Eochodio Muigmedon, " A.D. 357, qui ei successit annis octo." Eadem habet Chronicon Scottorum MS. *Dublin*.

(38) Consentiunt in annis viii Chron. Scot. MS. ibid. IV Magistri, et alii omnes.

" Achaius Muigmedonius Rex Connaciæ, patris Muredachi Tirii necem non diutius passus inultam, " *Coelbadio* Regi, solium pariter, et vitam ademit, A.D. 358." Og. p. 373.—Coelbadius, Fiachi Aradii, Regis Ultoniæ pronepos, Rex Ultoniæ, Rudriciorum, ac Hiri filii Milesii e domo postremus, Rex Hiberniæ. Flahert. p. 371. Sed Tigernachus Muredacho tribuit annos xxx, nisi corrupti sint numeri.

(39) In annis octo conveniunt omnes. Coelbadio annum unum tribuentes, qui fuit æræ com. 357. Chronologiam Eochodii Regis, Avi mei manu sic scriptam invenio lingua Hibernica in margine Exemplaris Stowensis Ogygiæ—" *Gen. Each m. m. timcheall a.T.* 325, *l.* 327, *7* 27, *l.* 30 *bl. a aois in tan ro ecc a athair, 7 a' aois fein* " *in tan ro ecc timcheall* 40. *7 nior dual dha mc Niall bheth ni ba aosda na se bl. na l. seacht m. bl. na san am sin.*— " *Brian mc Eachach Muighm 7 oin timcheall* 16 *bl. l.* 17 *an tan ro ecc a athair.*" i. e. Natus est Eochodius Muigh-

A. C.

“ inc na Sagci, Cairne a h ainm feibus
“ cenglos U.—Eoch Muidhmedoin ind iub
“ d er ol ro derbus.” (40)

Quatuor filii *Mongruadæ*, (41) filiæ Fiadagi, uxoris ejus,—fuere Alildus, Brianus, Fiachraus, Fergusius.—Niallus Magnus, filius Saxonicæ, Carinnæ nominatæ, (42) pulchræ, Capitis nitidi capillis,—quintus filius erat Eochodii Camporum amplificatoris—In Regionibus Hiberniæ totius celebris est fama ejus, (i. e. Nialli.)

*Patricius Captivus in Hiberniam ductus est.* (43)

K. *vi. Constantinopoli ingressio ossarum Andreæ Apostoli, et Lucæ Evangelistæ, Constantinopolitanis miro furore suscepta sunt.* (44) 357

K. *vii. Constantius Julianum Patruclem suum, Cæsarem a se creatum, ad Gallias misit, qui Gallos subjecit, et Alemannos, et Germanos Rheno reverti*

---

medon circiter A.D. 325, vel 327, et 27m vel 30m ætatis annum attigit, quando pater ejus obiit; et ætas ejus propria, quando obiit, fuit annorum 40, neque oportuit filius ejus Niallus magnus, annos plures quam sex vel septem attigisse eo tempore—*Brianus* filius Eochodii Muighmedon annum 16m vel 17m attigit circiter, quando Pater ejus obiit. Ab eo et filio ejus *Duacho* Reges Connaciæ linea recta descendunt.

(40) Antiquissimi versus sunt isti, incipientes a voce “ *Ceithri*,” etsi scripti sint quasi narratio tota prosaica fuisset, non Rhythmica. Exempla vetera adduximus in Prolegomenis, ex Columbano, et aliis.

(41) *Mongruada* filia Fiadachi, Uxor Eochodii, a Flaherteo erronee *Mongfionna* appellatur, p. 374. Satius erat Tigernachi textui adhæsisse. *Mongruada* Capillis rufa significat, *Mongfionna* Albicoma. Scriptores de Vita S. Patricii, qui ante Tigernachum floruere, scribunt *Briani* filios a Patricio baptizatos, ut in Vita tripart. part. 2, c. 52, apud Campum Moi-Seola, ubi Basilicam erexit *Domhnach mor*, ad marginem Lacus *Sealga*, hodie Loch Hacket, in Clara baronia, in districtu Galviensi. Eadem habet Auctor Vitæ S. Bensgni, qui ait præterea, Briani filium *Duachum Gallach*, a S. Patricio benedictum, eum fuisse a quo recta linea Reges Connaciæ descendunt.—De Duacho hæc extant, Avi mei manu, in margine prædicti Exemplaris Ogygiæ, p. 375—“ *Gened Duach Galach aois T.* 391, *agus* 38 *bl. a aois an tan ro taime Petraic co h Er.*” Natus est *Duach Galach* A.D. 394, et annorum erat 38 tempore quo Patricius pervenit Hiberniam.—Potuerunt itaque *Duach*, et reliqui fratres ejus a S. Patricio baptizari, imo et ipse *Brianus*.—Flaherteus inquit, p. 375—“ *Duachus Galach*, “ Briani filius, memoratus in Vita Benigni, Familiarum Hy-Briuin *Ai*, Hy Briuin *Brefne*, et Hy Briuin *Seola*, e “ quibus Connactiæ Reges oriundi, Sator erat.—*Ina* et *Odo*, duo alii fratres, professione Druides erant, quorum “ *Ono* obtulit ultro suam Arcem S. Patricio, ubi Sanctus sedem Elphinensem erexit.”

Agnoscit Colganus in Triade, p. 174, n. 48, cum probatissimis Antiquariis Hibernicis. *Brianum*, Regum Connaciæ Satorem, filium fuisse *Eochodii Muighmedonii*, fratrem Nialli magni. Eochodio successisse in regno totius Hiberniæ *Crimthanum* an. xiii, *Niallum* an. xxvii, *Dathiam* an. xxiii, et *Laogarium* annis 4 ante adventum Patricii, et 28 postea.

(42) Carinna, altera Eochodii Uxor, fuit Ducis cujusdam Saxonici filia, et Nialli Magni Regis Hiberniæ Mater. *Mongfinnæ* Reginæ (inquit Flaherteus, sed lege *Mongruadhæ*) soboli, Connaciæ Principatus obtigit, quæ 4 filios edidit *Brianum*, ex quo Hy Briunii in Connacia, Fiachrium, &c.

(43) Vide notas de anno Nativitatis S. Patricii, supra ad ann. 340, et infra ad ann. 372, unde constat captivitatem ejus incidisse in ann. 358, ut in Mariano Scoto, et Florentio.

(44) Id refert Idatius ad Consulatum *Constantii Aug. ix*, *Juliano Cæsaris ii*, i. e. Christi an. 357, quo Obeliscus in Circo Maximo erectus est—ut in Ammiano, l. xvi.

A.C.

*coegit,* (45) *qui mox Augustos, Constantium Părthicis prœliis occupatum, parte regni privavit. Constantius Juliani scelere comperto, demissa expeditione Parthorum, dum ad bellum civile revertitur, inter Ciliciam Cappadociamque defunctus est.*

K. *ii.* K. *iiii. Antonius Monachus ætatis suæ anno* c.v. *in* X̄po *quievit.* (46)

361 (47) K. *v. Julianus anno i, ut Orosius ait, mensibus viii, solus obtinuit Imperium. Hic ex Clerico Imperator effectus, in Idolorum cultum convertitur, Martyriumque Christianis infert; qui etiam dum odio Christi, Templum in Hierosolymis Judæis reparare permiserit, atque ex omnibus partibus Judai collecti nova Templi fundamenta facerent, subito, nocte, terræ motu ab imo fundamentorum exclusa, longe lateque sparsa sunt; ignei quoque globi ab interiore Æde Templi egressi, plurimos eorum suo prostravit incendio; quo terrore reliqui pavefacti, Christum confitebantur inviti; et ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis cunctorum crucis signum apparuit. Pagani apud Sebasten, Palestinæ urbem, sepulchrum Johannis Baptistæ invadunt, ossa dispergunt, &c.* * * * *

☞ Deest folium huic proximum *(nempe 7m.) ab anno* 360, *ad ann.* 482. (48)

---

(45) Eadem habet Orosius " Rheno Germanos revinxit." l. 7, c. 29.

(46) Ita S. Hieron. Chron. " anno Constantii xix." qui incæpit anno Christi 355, unde mors Antonii contigerit anno seq. 356, mense Jan. anno ætat 105, quare ortus est anno C. 250.---Attamen in Doctr. temp. obitum ejus refert Petavius ad ann. 358. Tigernachus ad ann. post mortem Constantii, qui anno 361 occisus est, cum regnasset an. 24, et mensib. fere 5.

(47) Hoc anno æræ com. 360, S. Hilarium ab exilio redeuntem, secutus est e Gallinaria Insula *S. Martinus* Turonensis, postea S. Patricii Magister in Gallia.---

Eodem anno " in Britanniis, Scotorum Pictorumque, gentium ferarum, excursu, rupta quiete condicta, loca " limitibus vicina vastata." Ammiani verba sunt, l. 28.

(48) Id ignoravit Amanuensis, qui Codicem Dubliniensem H. 15, ex Bodleiano descripsit, scribere enim sequitur a fol. 122, *b*, ubi hiatus iste occurrit, in MS. Dublin. quasi vero nihil omnino deesset.

# HIATUS IN TIGERNACHI CODICE BODLEIANO,

*Ab anno* 360 *ad* 482,

## SUPPLETUS EX VARIIS, EDITIS ET INEDITIS.

---

### MONITUM AD LECTOREM.

SUPPLERI quodammodo posset hiatus iste, ex *Annalibus Ultoniensibus*, et *IV Magistrorum*, quorum pars maxima e Tigernachi Chronico descripta est, usque ad ann. 1088. Sed quoniam Annales isti jam publici juris futuri sunt, et non nisi leviter res gestas sæculi IVti et Vti attingunt, placuit in unum colligere, quæ sparsim a variis, de periodo ab anno 360 ad annum 493, enarrantur, ut series rerum istarum ordine Chronologico servetur.—Quæ Hibernice in hoc Supplemento scripta sunt, excerpsi ex Codice chartaceo Bibliothecæ Collegii Dubliniensis, cui titulus "*Annales Inisfalenses ab anno* 250, *ad ann.* 1320."—Hi quidem caute legendi sunt, præsertim in Rebus Chronologicis. Sed cum præseferant nomen scriptoris, *Johannis O'Maolconaire*, qui fuit Rerum Hibernicarum et linguæ Hibernicæ peritissimus, quique Annales istos ex vetusto Codice in Gallia descripsit, cumque pateat penes se habuisse Codicem Tigernachi, et plura collegisse ex variis Chronicis, juxta fidem antiquorum, me rem Lectoribus non ingratam facturum speravi, si quæ in Tigernachi codicibus desunt, istiusmodi Codicibus supplere conarer. Hinc quædam etiam excerpsi ex *Chronico Scotorum*, MS. Dublin. cujus mentionem factam invenies in Descriptione Codicum, supra pag. xiv.

# HIATUS IN TIGERNACHO

## SUPPLETUS,

partim ex MS. Dubliniense, cui Titulus Annales Inisfalenses, ab A.D. 250, ad ann. 1320, (49) partim ex Chronicis Tigernacho antiquioribus, et aliis editis et ineditis.

---

*Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

Kl. Fiacha Sraibhtinne deich bliaghna fichead na Righ Teamhair, go thorchair leis na Collaibh a Cath Dubhcomhair. i. clann a deirbhrathair fein, 7 do bhris an Fiacha so cath Dubhlinne, cath sleibhe Fuaidh, cath Smithine, 7 cath carn-marghe for Laighnibh.

K. Colla Uais ceithre bliaghna na righ gur ro ionarb Muireadhach Tire e fein gona deis deirbhrathair go h Albain. Tri ced do daoinibh accuideachta, 7 accion bliaghna ni rabhadar

*Versio.* A. C.

Kl. Fiachus Rubricatus xxx annis regnavit Temoriæ, (50) donec cecidisset occisus a Collais in prælio Dubcomarense, i. e. a filiis fratris sui; et gessit Fiachus iste prælium Dublinii, et Montis Fuad, et Smithiense, et Carn-magiense contra Lagenienses. 297

K. Colla Illustris tunc regnavit 4 annis, donec expulsus esset a Muredacho Tirio, ipse et duo fratres ejus, in Albaniam. 300 e sequacibus eos secuti sunt, et intra annum vertentem deseruerunt eos, et non 327

---

(49) Non confundendi cum Annalibus Inisfalensibus in Bodleiano, Rawlinson, No. 503.

(50) Fiacho Srabtineo xxxi annos a prælio Gaurano tribuit Flaherteus, qui fatetur Annales Dungallenses, et Coemanum, ei tribuere annos xxxvii. Ogyg. p. 155.—Vide supra, not. 19, et 20, pag. 64, et not. 21, p. 65, item, not. 22, p. 68. Tigernachi MS. Bodl. non plures quam 27 ei tribuit, ut supra pag. 60.

A. C.

acht deithneamhar an Albain, Tangadar an Eirinn, 7 tugadar iad fein ar bhreith Muireadaicc Tire an eiric a Athior. Tug Muireadhach fearann doibh 7 onoir mhor.

331 Kl. Cath Each leath dearg ib Fearn muighe lais natri Collaibh, go seacht ccatha dhfer Danmon Clanna bolg, le n abarthar Olnegmacht, ag cugnamh reo anaghaidh Olltach, ait in ar tuit Feargus Fogha Righ Ula 7 Colla Mean ros.

332 Kl. Gluaisid na Colla gan Oilnegmacht leo iar sin 7 ro loisg siad Eamhain Ula go nar aitioghadar Olltaica inti o sin anua, 7 do sealbhuigdior fein sa sliocht o loch n Each siar 7 Oirgiallu.

K. Muireadach Tire deich bliaghana fich 7 na Righ, gur torcair la Caolbadh mc Cruinn bhadraoi, Righ Ulaidh ag Port Righ uas Dabhall .i. loch in Oirgiallaibh.

361 Kl. Caolbha mc Cruin bhadhraoi Righ leatha Cuinn, aon bliaghain amhain, go ttorchair le h Each-Muighmeadan. Fa he an Caolbha so an Righ deighinnach do chlanna Rughraidhe dar gabh Righe leatha Cuinn.

plures quam x remanserunt in Albania. Redierunt itaque Collai Hiberniam, et sese subdiderunt Muredacho Regi, tanquam mulctam pro patre ejus. Dedit Muredachus prædia eis, et in multo honore habuit.

Prælium Campi Leth-derg in Fernmoi, gestum a 3 Collais, cum septem Cohortibus suis, e Damnoniis et Belgis, dictis Olnegmact, adjuvantibus eos contra Ultonienses, ubi cecidit Fergusius munificus, Rex Ultoniæ, et Colla parvus præterea.

Ierunt deinde Collai, cum Olnegmachtis Auxiliariis, et combusserunt Eamaniam totam, ita ut non habitaverint ibi postea Ultoniæ Reges, et ipsi Collai, eorumque posteri, occupaverunt regiones a Lacu Each occidentaliter, et Orgialliam.

Muredachus Tirius regnavit xxx annis, donec occisus esset a Coelbadio filio Crunbadroi Rege Ulidiæ, apud Portum Regale, ad marginem Lacus Daballi, i. e. Lacum in Orgiallia.

Caolbadius filius Crunbadraoi regnavit de dimidio septentrionale Hiberniæ, uno anno solo, (51) donec occisus esset ab Eochodio Muighmedonio. Fuit Coelbadius is ultimus Rex e familia Rrudricia, qui obtinuit regnum Hiberniæ Borealis.

---

(51) Conveniunt in uno anno Coelbadii, Codex Flaherteanus, Ogyg. p. 156, et 371, et quidem ab anno 356. Genealogiam ejus, a Tibradio Tireach deductam, Avi mei manu, scriptam in margine Ogygiæ Stowensis, p. 157, sic lego "*Caolbhadh mc Cruinnbhadhraidhe, mc Eachach-Cobha, mc Fiacha Araidhe, mc Aengusa Gaibhneinn, m.* "*Fergusa Gailine, m. Tiobraide Tireach.*"

Annos 25 tantum Muredacho Tirio tribuunt Codex Flaherteanus, idque ab anno 331, et Coeman in Carmine *Annalad*, Rer. Hib. t. 1. Ab ejus cæde ad Nialli Magni obitum, idem Carmen habet annos 49, et inde ad S. Patricii appulsum 27. De notis Chronicis Codicis sui hæc habet Flaherteus, p. 157.—*Coelbadii* regnum anni unius, efficit annum 357. Successor ejus Eochodius regnavit annis viii, ab anno 358 inclusive ad ann. 366. Dein Crimthanus annis xiii, ad annum primum Nialli Magni 369.—Qui Muredacho Tirio xxx annos tribuunt, Coemanni quinquennium in regno ejus includunt.

A. C.

Eacha Muighmeadhan mc Muireadhaigh Tire ocht mbliaghana go nearbailt do ghalar at Teamra. Is ar an Eocha so do sraonadh tri catha deag le Eanna Cinseolach Righ Laighin—biadh a fhios ag an leightheoir gur as sliocht Bhrian mc Eoch. Muighmheadan tainig Fionnbhara cead Easpop Chorchaidhe. *Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

K. Eochodius Muigmedonius, filius Muredachi Tirii, successit annis octo, usque ad obitum ex ægritudine in Temoria. Eochodium hunc Enda Cinnselach, Rex Lageniæ, præliis xiii victor profligavit. Notum sit Lectori, Finbarrum primum Corcagiæ Epm. e progenie *Briani*, filii Eochodii Muighmedonii, ortum esse.

*Jovianus moritur vi Kl. Martii. Imperat Valentinianus, qui eodem anno Valentem Augustum creavit, iv Kl. April.* 364

*Hoc anno Picti, Saxones, Scotti atque Attacotti Britannos ærumnis vexavere continuis, Ammianus. l. 26, et l. 27.*

Crimthan mac Fiadach *Eochodio Muighmedonio, Sororio suo, apud Temoriam defuncto, successit annis xiii.* (52)

Kl. Criomthan mc Fiodha, mc Daire Cearb, mc Oiliolla Flannbhig, mc Fiadha Muilleathain do ghabhail Righe Teamhra 7 Alban, iar niomad catha do meadhbhadh orrtha, tri bliaghna deag, go nearbailt do neimh tug Mongfionna a deirbhshiurr fein do, 7 Mongfhionn fein dfhghahail bhais do uimneachas na dighe da sromha di do bhrosdughadh a dearbhrathar da hol. 7 do chuaidh Nial naoi n giallach slan, Conal Eachluaith do

366 Crimthanus filius Fiodhachi, filii Darii stragis cognominati, filii Olildi-Flanbeg, filii Fiachi lati-verticis, obtinuit Regna Temoriæ et Albaniæ, post multa prælia gesta prospere, spatio annorum xiii, donec obiit e veneno dato ei ab Albicoma *(Mongfionna)* sorore sua, et ipsa postea obiit e venenato potu, quem gustavit dum fratrem persuadere nitaretur ut biberet, et evasit Niallus-Novi-obses salvus. (53)—Conallus Equorum celerum

(52) *Scottos* et *Attacottos* ut unam gentem, iisdem moribus ab aliis gentibus distinctam, describit S. Hieronymus in Epist. ad Oceanum 83, "Scottorum et Attacottorum ritu." Item in l. 2, adv. Jovinianum. Attecotti Honoriani Auxiliares his temporibus memorantur in Notitia Imperii.

Notæ chronicæ feriales, ab anno 355 inclusive, ad ann. 358, accurate procedunt. Coelbadii initia refert Tigernachus ad ann. 357, et Kalendas Jan. anni quo Muredachus Tirius obiit, incidisse inquit in *feriam iv*, anno præcedente in *feriam ii*, altero præcedente, in *feriam* i, et anno proximo post Muredachi obitum in *feriam* v. Atqui hæc cum feriarum et Bissextilium rationibus conveniunt ad unguem. Inciderunt enim Kal. Jan. anno 355 feria i, 356 f. 2, 357 f. 4, 358 f. 5, et Bissextilium rationes obstant ne intra Cyclum annorum 28, idem feriarum ordo contingat.

(53) Crimthano Regi mortem intulit veneno Mongfinna soror, ut Brianus filius, quem unice diligebat

A.C.

gabhail Rige Mumhain iar Righe Temhr do gabhail do Criomthan, Do shliocht Chormaic Cais an Conal so. *Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

obtinuit Regnum Momoniæ, postquam Crimthanus obtinuit regnum Temoriæ. E progeniæ *Cormaci Cas* Regis Momoniæ fuit Conallus iste.

*Anno iii Crimthani, Theodosius, Imperatoris Theodosii Pater, Comes Hispanicus, et Militiæ Præfectus, sub Valentiniano Imp. Britanniam appulsus, Scotos et Pictos domuit, recuperatamque Provinciam, (ad Dunbrittannicum et Edenburgicum sinum limitatam,) quæ in hostium ditionem cesserat, ita reddidit statui pristino, ut et Rectorem haberet legitimum, et ex Valentiniano,* Valentia *diceretur.* (54)

*Has Theodosii victorias extollit Claudianus in Panegyr. Theodosii*—*Maduerunt Saxone fuso Orcades,—incaluit Pictorum sanguine Thule, Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne.* (55)

372 *S. Patricius natus est.* (56) "*in* Vico *Banavan Taberniæ,*" (57) *hoc est prope* Nemthor, (58) *quæ civitas est in septentrionali Britannia, nempe* Alcluida, (59) *in Campo* Taburne. *Campus autem Tabernaculorum ob hoc dicitur, eo quod in eo Romanus exercitus, quodam tempore, Tabernacula*

---

maturius regnandi initium faceret. Flahert. p. 385. In annis xiii Crimthani conveniunt IV Magistri, Coeman, et alii fere omnes.

(54) Ammian. l. 28, ed. Valesii. Vide quæ ex Ammiano de Hibernia dicta sunt in Rer. Hib. t. 1. Prolegom.

(55) Itemque in Panegyrico tum de 3tio tum de 4to Consulatu Honorii. Confer Ammian. l. 28, c. 3, 7. Hoc tempore Scoti et Picti Londinium usque pervenere. Sed Theodosius—"Scotum vago mucrone secutus, "Fregit Hyperboreas remis audacibus undas." Claudian.

(56) In anno nativitatis 372 conveniunt antiquiores et probatiores, *Tirechanus* apud Usser. pag. 887, cum Mariano Scoto, Florentio, Sigeberto, et aliis ad annum 341, supra, et 493 infra memoratis.

(57) Ita ipse Patricius in Confessione, Rer. Hib. v. 1. Prolegom. pag. cvii, ex MS. Cotton. Nero E. 1. unde constat neque in oppido natum, neque in Civitate, ac proinde non in Bononia Morinorum, sed in *Vico Banavan*, Anglice White river street, vel White river village, nam Vicus nihil aliud est quam quod Itali *Borgo* dicunt, sive *contrada*, Vicus est pars Pagi apud Tacit. de moribus Germanorum, c. 12. Vicus Urbanus est pars minor Urbis, ut Vicus Cyprius Romæ.—Vicus Paganus, sive rusticus, de quo agitur hic in texto, sunt plures Villulæ, seu domus Rusticanæ conjunctæ in aliquo pago, aliquo spatio remotæ ab Urbe, nullisque mœnibus cinctæ. Nam ædificia urbi contigua Suburbia, vel suburbana, dicuntur.—"Vicus Damasci qui "vocatur Rectus" memoratur, Acta, c. 9.

(58) "*Nemthor,*"—Ita Fiechus Sleptensis appellat *Hibernice*, Urbem in cujus vicinio natus est S. Patricius, Rer. Hib. t. 1, Prolegom. part 1, pag. xc. Fiachus porro est omnium post ipsum Patricium antiquissimus testis.

(59) "*Alcluida*"—Nomen erat Britannicum ejusdem Urbis, nam ita nomen *Nemthor* interpretatur Vetustissimus Fiachiani Carminis Scholiastes Hiberniensis, qui sæculo exeunte sexto floruit, vel ad minus septimo, Triad. pag. 4, et 7, Primord. pag. 827, 830, 831.—"Nemthur inquit, est civitas in septentrionali Britannia, "nempe *Alcluida*." Non licet levibus de causis, et ratiunculis quas doctissimi Viri contemnunt, antiquissimorum de rebus sibi notissimis narrationem rejicere, nisi saltem antiqua et magis probata afferantur.

A C.

"*ibi statuerunt, hyemali frigore, et de hoc nominatus est campus* Tabern," *&c.* (60)

"*Anno æræ Christianæ* 372 *S. Patricium natum in Britannia, ex Patre* Calpurn *nomine, qui Presbyter fuit, filius Diaconi nomine* Fodit, *in Florentii Wigorniensis Chronico legimus, cum quo consentiunt omnes, qui sexagenarium eum a Cælestino in Hiberniam missum enarrant, a quibus cur alii discedant, justam adhuc causam non videmus. Usser. Primord. p.* 822-3.

*S. Martinus Eps Turonensis ordinatur.* (61) 375

*Valentinianus Senior obiit xv Kl. Decemb.—Junior ei succedit x Kl. Dec.*

*Valens occisus. Huc usque S. Hieronymus Eusebii supplementum perduxit,* 378
*reliqua adjecit Prosper Aquintan. ut supra ann.* 310.

---

(60) Vita 2da S. Patricii in Triade, pag. 11, cum quo ita ad verbum consentit Vita 3tia in hac parte, et in aliis plerisque, ut ambæ ex uno fonte derivatæ censendæ sint. Ambæ etiam sunt Probo antiquiores, qui sæculo ferreo Hibernico obiit, A.D. 950.

Et quidem castrametatus est Agricola, prope Cluidæ ostia, hyemali tempore Anno Dom. 81, ut in Tacito de Vita Agricolæ, No. xxiii, ed. Broterii, pag. 91, ubi Broterius in nota 3 inquit—"Quarto expeditionum anno, "Christi 81, Præsidia illa tenuere, a Clota, ubi nunc est *Kirk-Patrick*," &c. Eadem fere narrat Gordonus in Itinerario septentrionali.

Opinionem de Armoricana S. Patricii origine contempserunt Usserius et Waræus, contempsit merito et primus qui eam memorat, Auctor Vitæ 4tæ S. Patricii in Triade, qui eam ex stolida interpretatione Confessionis S. Patricii ortam declarat.—"Quidam (inquit is) S. Patricium ex Judæa dicunt originem duxisse, nam "postquam Dom. noster J.C. pro salute Humani generis passus est, Romanus exercitus in ultionem passionis "Judæam vastavit, et Judæi in captivitatem deducti, per omnes terrarum partes dispersi sunt. Et eorum "pars apud Britones Armoricos tenuit, ex qua S. Patricium nationem duxisse fertur; quod ex Libris Episto- "larum, quos ipse composuit, intelligi potest, ubi dicit—*Nos dispersi sumus in ultimos fines terrarum, propter* "*peccata nostra*, &c. Sed verius tamen, et certius est, quod de illa dispersione dicit, quam Britones a Romanis "perpessi sunt, ita ut pars eorum illam terram quæ Armorica dicitur, juxta mare *Thyrrhenum* possideret.— "Ex illa ergo dispersione *parentes ejus* in regionem *Strato-Cluide* perrexerunt, in qua terra conceptus et natus "est S. Patricius, in oppido *Nemthor* nomine." Triad. p. 35.

Non desunt tamen qui se indoctos habendos putant nisi a doctis dissentiant, ideoque *Taravannam* in Gallia, haud longe, *ut aiunt*, a Bononia Morinorum distantem, esse S. Patricii Taberniam, et *Banavan* S. Patricii mutantes in *Bonavem*, nihil aliud esse garriunt quàm Bononiam Morinorum. Interim distantiam celant inter duas Galliæ civitates Bononiam et Taravannam, miliarium 18, de qua Valesius, in Notitia Galliarum inquit "Taravanna Urbs *mediterranea* est, (ergo non ad oram maris) a portu Gessoriacense (i.e. a Bononia) millibus "passuum xviii."

Quam parvi pendeant Scriptores optimi Gallicani prætensam traditionem de origine Armoricana S. Patricii, vel inde patet quod, ejus locum natalem cum Fleuryo, referant ad castrum Dunbrittanicum *Alcluid*—"Etant "né vers l' an 377 en Ecosse, au territoire de la ville d' *Al-cluid*, aujourdhui nommé *Dunbritton*, a l' age de seize "ans il fut emmené captif en Irlande, et y demeurat 5 ou 6 ans, pendent les quels il apprit la langue et les "mœurs du pays. Des Pyrates l' ayant mené en Gaule vers l' an. 400, il s'en alla au Monastere de S. Martin, "c'est a dire a *Marmoutiere*, y recut la tonsure Monastique, et y demeura trois ans. Il retourna dans la grand "Bretagne, puis il passa en Italie," &c. Fleuri Hist. Eccl. 8vo. Paris 1725, t. Sexieme, l. 26, p. 158.

(61) Greg. Turon Hist. Franc. l. 11, c. 14, Bouquetus tamen id refert ad ann. 374. Historiens des Gauls, Paris, 1738, tom. 1, p. 574, ex Sulpicio. Præstat auctoritas Petavii tam in Doctrina temp. quam in optima editione Rationarii, Lugduni Bat. 1710, p. 235. De anno obitus S. Martini, vide infra, ann. 401.

A. C.

379 Niall-naoi-ghiallach mc Eocha Murghmeadhain do ghabhail Righe Leath-Cuinn (*lege* Eire) seacht mbliaghana fichiad go ttorchair e le Eocha mc Eana Cinnsealaigh, Righ Laigh ro bhi ar ionarb a h Eirionn 7 Nial abhfoslongphort san bhFraingc. Enna Airgtheach mc Conaill Each luaith Righ Caisil 7 Tuadhmhumhain, 7 Nadfraoi mc Cuirc mc Luigh Righ Desmumhain an aimsir an Neill so. ***Annal. Inisfal. MS. Dublin, et Chron. Scotor. ib.***

Niallus Non-obses filius Eochodii Muighmedhon obtinet Regnum Borealis Hiberniæ (lege Hiberniæ totius) (62) annis xxvii, donec occisus est ab Eochodio filio Endei-Cinnsealach Rege Lageniæ, qui tunc in exilio erat ex Hibernia, et Niallus Castrametatus erat in Francia. Endeus Argenteus dictus filius Conalli Equorum Celerum Rex fuit Cassiliæ et Borealis Momoniæ et Nadfrachus filius Corci filii Lugadii fuit Rex Desmoniæ, i. e. Australis Momoniæ regnante Niallo hoc.

379 *Eodem anno "Ausonio et Olybrio Coss." Gratianus Theodosium Imperatorem fecit; ita ut tres simul Imperatores essent, Gratianus, Valentinianus, et Theodosius.*

382 *Maximus in Britannia Tyrannidem arripuit.*

383 *Domitis incursantibus Scotis et Pictis, uti narrat Tiro Prosper, sive Gennadius Massiliensis, in Chronico, et eum secutus Sigebertus, ad annum* 384, *Maximus militares Britonum copias in Galliam transvexit, uti narrant Gildas, Sulpitius Severus, in Dial.* 3, *c.*7, *Orosius Hist. l.* 2, *c.* 34, *et Bed. l.* 3, *c.* 9.

*Eodem anno S. Patricius cum Parentibus, ex Alcluidense regione in Armoricam profectus, inter matris cognatos, ibi degentes, substitit, ut in* Fiechi *Scholiaste, Triade, pag.* 4, *ubi subjungit—" Eo autem tempore, septem filii " Factmudii Regis Britonum, erant relegati a Britannia, et fecerunt prædas " in Britanniæ Armoricæ Regione Lethæ, ubi Patricius cum familia fuit, " et occiderunt Calphurnium, et captivos secum in Hiberniam duxerunt " Patricium et Lupitam."—Consentiunt Florentius Wigorn, Marianus Scotus, et Vita Tripart. apud Usser. pag.* 587. *Vide infra, ann.* 397.

(62) Hæc indicant hujus Chronici auctorem fuisse e Momoniensibus, qui nisi vi et armis coacti, tributum Regibus totius Hiberniæ solvere recusabant, usque ad regnum Tordelbaci O'Conor sæculo xi.—Niallus Novi-obses dictus est, quia a novem Provinciis obsides accepit. Colgan in Triade, pag. 659.—Ejus initia refert perperam Usser. ad ann. 360, in Indice Chronol. et iterum Primord. p. 306, et iterum p. 370.—De eo plura fabulis referta narrat Giraldus, Topogr. Hib. l. 3, c. 16.

A. C.

" *Abductis e Britannia Legionibus anno* 383, *exin Britannia omni armata* 384
" *milite, &c. ingenti juventute spoliata, quæ comitata vestigiis supradicti*
" *tyranni, domum nusquam ultra rediit, et omnis belli usus penitus ignara,*
" *duabus* primum *gentibus transmarinis vehemente sævis, Scottorum a circio,*
" (*i. e. ab Occidente*) *Pictorum ab Aquilone calcabilis,* multos *stupet, gemitque*
" *annos.*" (63)

San naomhadh bhliaghan do fhlathas Neil-Naoighiall. tugadh Pattraic san seisugh bl. deag da aois maille re iomad eile do na Breathnaibh ambrud go h Eirionn.

Nono anno regni Nialli Novi-obsidum, 388
ductus est Patricius anno ætatis 16,
cum pluribus aliis Britonum, in captivitatem in Hiberniam. Annal. Inisfal. MS. Dublin.

*S. Patricius, annos fere xvi natus, cum plurimis aliis, a Scotis, ex Armorica Lethana, ductus est captivus in Hiberniam, et Milcuoni, Dalaradiæ in Ultonia Dynastæ, venditus, spatio annorum sex, usque ad ann.* 394, *ut ipse satis clare narrat in confessione sua. Rer. Hib. t.* 1.

*Eodem anno Celestius Monachus Hibernensis, postea Pelagianus, scripsit ad Parentes suos e Monasterio, (ubi* adhuc Adolescens, *studiis incumbebat,) Epistolas, in modum libellorum tres, omnibus Deum desiderantibus necessarias. Moralis sequidem in eis dictio.* (64)

*Valentinianus Junior occisus, cum Imperasset annis xvi, m. circiter vi.* 392

---

(63) Illud *primum* non de prima Scotorum infestatione simpliciter intelligendum esse, satis evincunt quæ ex Ammiano et aliis jam producta sunt, ad ann. 360, et in Rer. Hibernicar. tomo 1, sed de prima *dirissima depressione*, ut in verbis proxime sequentibus Gildas ipse explicat. Author Glossæ Cantabrigiensi Gildæ MS*. adjectæ, non ad Scotos quos Carbreus *Riada* ex Hibernia in Albaniam duxit sæculo tertio, juxta Bedam, l. 1, c. 1, sed ad alios, hanc anni 383 vastationem referendam esse annotavit—" Quia Scotti, inquit, tunc temporis in " Hibernia habitabant," cui apprime favet Fabius Ethelwerdus, Gildam sic explicans—" Insurrexerunt gentes " duæ, Picti scilicet ab Aquilonali plaga, et Scoti ab Occidentali, contra eos (Britones) cum exercitu, vastantes " eorum possessiones, et sic, per multa annorum spatia, innumerabili eos miseria afflixerunt." Apud Usser. Primord. p. 594.

(64) Verba sunt Gennadii, fere æqualis. Vide Rer. Hibern. t. 1, Indices ad Prolegomena, Voce Celestius.

Religionem Christi in Hiberniam invectam fuisse ante Nialli tempora, indicant non modo quæ de Celestio Pelagiano supra annotavimus, et ad ann. 258, sed et sequentia ex S. Chrysostomi editione Saviliana, Etoniæ, t. 6, p. 635, et t. 8, p. 111.

Αι Βρεττανικαι νησοι, αι της θαλαττης εκτος κειμεναι ταυτης, και εν αυτω οντες τω Ωκεανω, της δυναμεως του ρηματος ησθοντο. και γαρ κακει εκκλησιαι και θυσιαστηρια πεπηγασι. Britannicæ Insulæ, extra hoc mare sitæ, et quæ in ipso Oceano sunt, virtutem verbi senserunt. Sunt enim etiam illic fundatæ Ecclesiæ, et erecta altaria. Opera, ed. Saviliana, t. 6, p. 635.

Iterum, Hom. 28, in c. 12, Ep. 2, ad Corinth. ib. p. 696.—Οπου περαν εισελθης εις Εκκλησιαν, καν εν τη Μαυρων, καν εν τη Περσων, καν προς αυτας τας Βρεττανικας νησους, ακουεις βοωντος του Ιωαννου ουκ εξεστι σοι εχειν την γυναικα Φιλιππου του αδελφου σου.

In quamcumque Ecclesiam ingressus fueris, sive apud Mauros, sive apud Persas, *sive apud ipsas Britannicas*

A.C.

393 *Honorius renunciatur Augustus, die xx Nov. feria* 1, *quo die Sol defecit. Scotorum et Pictorum in Britanniam incursiones, ad annum hunc ævum Nialli Regis Hiberniæ, notat ex Mariano Florentius Wigorn.* (65)

395 *Olybrio et Probino Coss. S. Patricius postquam sex annis captivus inservisset, pecora pascens in Valle Arcailense, juxta montem Mis, in Aquilonali parte Dalaradiæ, anno vii liberatus, ad suos ex Hibernia reversus est.* (66)

*Theodosius Magnus, sive Senior, moritur, postquam Imperasset annis integris xvi.* (67) *Imperant deinde Arcadius et Honorius.*

396 *Scotos Britanniam vastantes Stilicho pulsit, Legione una ad limites constituta, cujus Claudianus meminit in carmine de bello Gatico*—

Venit et extremis Legio prætenta Britannis,
Quæ *Scoto* dat frœna truci.

Item de laudibus Stilichonis—

Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,
Munivit Stilicho, totam cum *Scotus Iernen*
Movit, et infesto spumavit remige Tethys.

397 *Patricius iterum ductus est Captivus* "senis decies diebus," *ut scribit Maccuthenus, in Vita Patr. apud Usser. pag.* 852, *et Patricius ipse in Confessione sua.* (68)

---

*Insulas*, clamantem Joannem audis—non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui." Eadem fere extant de Britannicis Insulos in t. 5, pag. 979.

(65) Hunc vastationem eam esse opinor quæ incæpit, abductis a Maximo copiis Romanis e Britannia, anno 383, et duravit juxta Gildam *annis multis*. Prima itaque erat e tribus dirissimis calcationibus memoratis a Gilda. Primam refert Usserius in Primord. pag. 593, ad 383, et iterum ad ann. 422!

(66) Mariani chron. ann. 395. S. Patricii ipsius Confessio in Rer. Hib. t. 1, et Usser, pag. 831.

(67) Obiit "*die Jan.* 17" Socrat. Hist. l. 5, c. 26. Regnavit ab anno 379 inclusive. Chron. Alexandrin.

(68) Rer. Hibernicar. t. 1. "*nocte lx liberavit me Dominus.*"—Probus tertiam Patricii captivitatem memorat, Usserio suspectam, quia is *solus* eam memorat—Sed ista ratio non valet; Rem ita narrat Probus "Filii "*Rethmiti* Regis de Britannia, vastantes Arimuric, et alia circumposita loca, jugulaverunt Calpurnium, et "uxorem ejus Conchessam, filios autem eorum Patricium et fratrem ejus Ructi, una cum sorore captivos "adducentes, Hiberniam ingressi sunt," &c.

Tempora confundit Probus, sed non is solus hæc narrat; narrantur etiam a Scholiaste vetere Carminis Fiechi, cujus Fechtmudius Rex de Britannia, non alius quam supradictus *Rechtmidi*. Probus, e pluribus Historiis unam texens, nescit alium Regulum Britannicum, *Ricthimum* nomine, sedem Regni sibi in Gallia Armoricana elegisse sæculo v, cum sequacibus suis, quos memorat Sidonius Apollinaris, et Bouquetus in tomo 1°. Rer. Gal. pag. 785.—Miscet itaque Probus hujus Reguli Res gestas Sæculi v, cum prioris *Ricthimi*, sive Fechtmudii, rebus Sæculi iv, et ideo respuenda est tertia ista captivitas, non quod solus Probus ista memorat, sed quia tempora non concordant.

A.C.

*Eodem anno liberatus, paulisper cum S. Germano Antisiodorensi commoratus est, unde ad Avunculum suum S. Martinum perrexit, cum quo usque ad obitum mansisse videtur.*

*S. Martinus, S. Patricii Avunculus,* "*obiit* mædia nocte *quæ* Dominica "habebatur, *Coss* Attico Cæsareoque, *feria 2da. et die* 11 *Nov.*" 401

---

## NOTANDA DE ANNO OBITUS S. MARTINI.

De anno obitus S. Martini diversæ sunt opiniones. Gregorius Turon. ait, l. i, c. 46; "Octogesimo et primo ætatis suæ anno, Episcopatus autem xxvi, migravit. Transiit "autem media nocte, quæ Dominica habebatur, *Attico Cæsarioque Coss.* Arcadii vero "et Honorii *fecundo* Imperii anno." Ed. Bouquet Recueil des Historiens des Gaules, &c. t. 2, Paris, 1739, p. 152.

Notæ istæ "2 *Arcad. et Honor,*" et "*Coss Attico Cæsarioque*" indicant annum 397, quo S. Martinum obisse putat Le Coint. Annal. Francor. t. 1, ad. ann. 398. At Sulpicius annos xvi numerat a Consulatu Evodii, i.e. ab A. D. 386, ad exitum Martini. Atqui annus 16 ab eo Consulatu erat Christi 401.—Convenit cum Gregorio Marianus, sed annus 397 non convenit cum charactere ab ipsis statuto, nempe die Dominica concurrente cum *xi die Novemb.* In omnibus vetustis Martyrologiis, et in Regum Francorum Capitularibus. Dies S. Martini obitualis signatur *iii. Id. Nov.* Atqui dies is incidit anno 397, non in Dominicam, sed in *feriam iv.* Litera enim Dominicalis istius anni fuit *D.* Sigebertus S. Martini obitum refert ad ann. 402. At, eo anno, litera Dominicalis fuit *E,* et dies *xi Nov.* incidit in *feriam iii.* Obiit itaque Martinus, aut anno 400, quo Litera Dominicalis erat A.G. et xi Nov. Dominica, aut anno 401, quo dies *xi Nov.* fuit *feria.* 2. Si prius, obiit ea nocte quæ Dominicam antecessit, si posterius, obiit ea nocte quæ Dominicam excepit. Anno enim isto 401, media nox (Romano more) diei x Nov. Dominicam *claudebat,* ut Gregorius inquit, quæ ideo Dominica *habebatur,* ob communem termini ambiguitatem; ideoque xim. Novembris diem, qui *iii Id Nov.* fuit, aperiebat. Ipse Gregorius Turon. ait Chlodoveum obiisse anno 112 ab obitu S. Martini, l. 2, c. 43. Atqui Chlodoveus obiit, exeunte anno 511, *die* 27 *Nov.* Art de verifier les dates, t. 1, p. 532.

Itaque quamvis S. Patricius in "Confessione" sua asserat, *multos annos* intercessisse inter primam et 2dam captivitatem suam, non plures certe intercessisse poterant, quam septem. Grandævus nempe cum ista scriberet, et de chronologia juventutis suæ parum solicitus, septem pro multis habuit.

A.C.

402 *S. Patricius anno ætatis xxx Italiam adiit, et pluribus annis, Tyrrheni maris Insulas, in quibus solitariam vitam Monachi agebant, peragravit.* (69)

403 *Legionem ad Britones tuendos constitutam, Stilicho revocavit, contra Alaricum in prælio Polentiano, eodem anno, conflicturam.*

*Ad hæc tempora referuntur inimicitiæ inter Niallum Magnum Regem Hiberniæ, et Corcum Lugadii filium, Regem Momoniæ, quos ut alumnos suos, versibus Hibernicis ad utrumque missis, conciliare conatus est Poeta Regius* Torna-Eigcios. (70)

405 Niall naoi n giallach *mortuus* ⁊ iar na guin d'Eochaidh mc Enna Cinnsealaigh ig muir n Icht. *Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

Kl. Nathi *(lege Dathi)* mc Fiachra *r. an. xxiii.* *Chron. Scot. MS. Dublin.*

Niallus Novi-obses mortuus est, postquam lethaliter vulneratus esset, manu Eochodii filii *Endei Cinnselach* Regis Lageniæ, apud mare Ictium.

Anno sequente Dathias filius Fiachrai regnare incæpit annis xxiii.

---

(69) Ita ipse in Confessione sua, Rer. Hib. t. 1. Prolegom. p. cvii. Inter Insulas istas erat *Galinaria*, ubi Avunculum ejus S. Martinum diu commorasse scribit Sulpicius, in Vita ejus, c. 1. De solitariis Monachis Tyrrheni maris. Vide S. Hieron. Ep. 30, ad Oceanum, Sozomen Hist. l. 3, c. 14, et Rutilium Poetam Ethnicum, in Itinerarii, l. 1, apud Maittaire, Corpus Poetar. Vet. vol. 2.

(70) Carmen "*Dal Catha*" extat in hac Bibliotheca Stowense, simul cum aliis O'Clerii et Bruodini, ad hanc materiam spectantibus, quæ non sunt sæculo xvi antiquiora. In Carmine *Dal Catha*, Cassella quæ Nialli ævo vix arx erat, certe non Ecclesia, dicitur Cassellia *Campanarum*. Ængusius, Nadfraci filius, primus Rex Momoniæ, qui prædicante Patricio fidem Christi amplexus est, fuit Corci ex Nadfracho Nepos. Præterea Dathias, ultimus Ethnicorum Regum Hiberniæ, memoratur in Carmine incipiente—"*Ata fut so Righ—Righ Fionn Fail*" itemque in Carmine "*Gabh ma theagasg a Niall nar*" et in Carmine "*Mo dha daltan nir sioth.*"

Corcus, Olilli Flanbeg ex Lugadio filio nepos, Rex Momoniæ, et Regum Momoniæ stirps, primus Cassellam Regiam Momoniæ fixit, in jam Tiperariæ Comitatu, et in regione de *Corca-Eathrach.*—Genealogiam ejus, Avi mei manu scriptam, lego in margine exemplaris Stowensis Ogygiæ, pag. 382.—"*Corc mc Lughdeach, mc Oiliolla* "*Flanbeg, mc Fiacha Muillethain, mc Eoghain mhoir*, m. *Oiliolla Oluim.*" Ad paginam 407, ejusdem manu hæc leguntur—"*Do reir na reime geneal. o Olioll Olom go Corc mc Luigdeach 7 xxxii bl. n don Ghlun Geneal. genfidhe* "*Corc a.t. cccxliii. agus beith mur sin ar a lughad x mbliadhna ni bai sinne na Niall naoi n giallach.*"—*Taoi-gach* "*uile cosamhlas ar an aireamh so.*" (i.e. Juxta Catalogos Genealogicos, ab Olildo Poeta ad Circum filium Lugadii, ascribendo annos 32 cuique Generationi, natus est Corcus A.D. 343, et ita esset saltem annis x senior Niallo, et hæc numeratio est omnino verisimillima.)

Ex ista supputatione Genealogica patet, Corcum fuisse ab Olillo Poeta quintum. Ængusius Nadfraci filius primus Rex Christianus Momoniæ, fuit Corci ex Nadfracho nepos. Non potuit itaque Corcus grandævus esse tempore quo Niallus natus est, ut scribit Flahertæus.

(71) Chron. Scot. MS. in Biblioth. Dublin, ex Codice Tigernachi jam deperdito.

A. C.

Do gabh Dathi mac Fiachra Flathas Eirenn tri bliaghana fichiod go n erbhailt le soighnen tinntidhe 7 a adhlacad ac Cruachan Connacht.

Obtinuit Dathias, filius Fiachrii, (filii Eochodii Muighmedon Regis Hiberniæ) Dominium Hiberniæ, spatio annorum xxiii, usque ad occisionem ejus, ictu fulminis, et sepultus est apud Cruachan, Munimentum Regale Connaciæ. Annal. Inisfal. MS. Dublin. (72) 406

*Gratianus Municeps, Imperator a militibus creatus, occisus est post menses iv, et Constantinus quidam, ab iisdem ex infima militia electus, copias quæ in Britannia erant abduxit, et Insulam a Scotis et Pictis vastandam reliquit.* 407

*Arcadius obiit, Imperii, a Patris Theodosii obitu, anno xiii, m. iii, die xv. Tum e tribus Imperatoribus mansere duo, Honorius, et Theodosius Junior. Eodem anno Stilicho occisus est.* 408

*Cyclus erroneus annorum* 84, *juxta quem Dominicæ Paschales a Luna Martii xiv, ad Lunam xx, a Brittonis et Hibernensibus supputabantur, in Britanniam postea invectus, hoc tempore a Sulpicio Severo, S. Patricii in Schola Martini condiscipulo, excogitatus fuisse videtur.* (73) 410

---

(72) Conveniunt IV Magistri, Coeman in Carmine *Annaladh*, a nobis edito in Rer. Hibern. t. 1. Grat. Luc. in regno Dathiæ, Flaherteus, et Colganus in Triade, p. 180, n. 140.

(73) Aldhelmi Ep. ad Geruntium, inter Bonifacianas 44, apud Usser. p 929. Confer ann. 463 infra—Conveniebat Cyclus is cum Romano, quatenus erat annorum 84, sed valde discrepabat in eo quod non a xvi Luna ad xxiim, sed a xiv ad xx Martii, Dominicas Paschales numeraret. Romanum introduxit in Hiberniam ab initio Missionis suæ S. Patricius, ut patet ex S. Cumiani Epistola ad Segienum, in Usserii Sylloge, No. xi, ubi inquit Cyclum depravatum Hibernicum annorum 84, diversum fuisse ab illo, quem "*S. Patricius* "*Papa noster* tulit et fecit, in quo, Luna a xiv (lege xvi) usque ad xxiim. regulariter, et æquinoctium a xii Kal. "April. observatur," pag. 32. Confer Bedæ Hist. l. 2, c. 2, l. 3, c. 25, l. 5, c. 22.

Attamen Tirechanus expressis verbis inquit, "tam primi quam 2di Ordinis SS. Hiberniæ, qui *Ducem* "*secuti sunt Patricium, suum Pascha* celebrasse, a xiv luna post æquinoctium."—Paschalis centum annorum Laterculus editus a Bucherio, primo conscriptus fuit Sulpicii tempore, ut in Bucherii Comment. in Victorii Canon Paschal. c. 14, p. 252--9, in quo 100 annorum Laterculo, licet a Librariis corrupto, depravati Hibernici Cycli annorum 84, a vetere S. Patricii Cyclo diversi, non obscura se deprehendisse vestigia declarat Usser. p. 930. Confer Norris. Opera, t. 2, pag. 778.

Itaque Tirechanus, vel discrepantiam inter duos Cyclos annorum 84 non intellexit, quod proclive erat, cum ambo essent Periodi annorum 84, vel cum esset vir bonus, consulere voluit Ecclesiasticæ unitati, idque eo melius efficere putabat, si fratribus persuaderet, non alium fuisse utriusque Ordinis Cyclum, quam Romanum. De Hibernorum Cyclo depravato doctissimus omnium scripsit Cardinalis Norrisius, in Operum tomo 2, Veronæ 1729, pag. 778.

Primus Cyclus annorum 84 incæpit Romæ, ante natum Patricium A.D. 298, ac proinde secundus anno 382, quo adhuc vix xm. attigit annum.

A.C.
410 *Roma capta ab Alarico ix Kal. Sept. anno uno post Hispaniam occupatam a Vandalis, ut in Orosio Hispano coævo, in Prospero, et Cassiodoro.**

Ailbe Imleacha do thigheacht on Roimh, an Easpog do chraobhsgaoile an chreidhemh an Eirinn. *Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

Albeus Imlecensis venit a Roma Episcopus, ad prædicandam fidem in Hibernia.—(Annus adventus Albei incertus est; obiit anno 527.)

*Hoc tempore floruit Ninianus, Candidæ casæ Episcopus.* †

416 *Celestius Monachus Hibernensis Pelagianus, in Concilio Carthaginense præsens damnatus, ad Innocentium Papam appellavit. S. Aug. Ep.* 90.

* Pagius tamen in Critica ad Baronium, demonstrare nititur, Romam ab Alarico captam anno 409, Idacio narrante captam *Honorio VIII* et *Theodosio Coss;* cui adhæret Bouquet, Historiens des Gaules, t. 1. —Anno tamen 410 captam fuisse, *Coss. Vereno solo*, pro Cardine Chronologico statuendum est, ut in Prospero, Socrate vii, 10, Sozom. ix, 6, Oros, vii, 39, et 48.

## † NOTANDA DE NINIANO.

Australes Pictos ad fidem convertisse dicitur Ninianus, ut in Butleri Vitis SS. et aliis passim. Sed nec Beda nec alius aliquis vetus auctor, fide dignus, totam Pictorum Australium gentem convertisse declarat. Chronicon Saxonicum non nisi Bedæ verba adducit, et Chronicon Pictorum omnino silet de Pictorum conversione et de Niniano! Bedæ verba sunt—" Australes Picti multo ante (S. Columbæ adventum ex Hibernia) tempore, " *ut perhibent*, relicto errore Idolatriæ, fidem veritatis acceperunt, prædicante eis verbum " Nynia Epo. Rev.mo. et SS.mo. viro de natione Brittonum, qui erat Romæ regulariter " fidem et mysteria veritatis edoctus, cujus Sedem Episcopalem, *S. Martini* Epi. nomine " et Ecclesi ainsignem, ubi ipse etiam corpore, una cum pluribus SS. requiescit, jam " nunc Anglorum gens obtinet. Qui locus, ad Provinciam Berniciorum pertinens, vulgo " vocatur ad *Candidam Casam*, eo quod ibi Ecclesiam de lapide, insolito Brittonibus " more, fecerit." (74)—Itaque non nisi *dubie* scribit Beda de conversione Pictorum Australium, neque eo tempore Gallovidiam, ubi Ecclesiam condidit Ninianus, Picti

(74) Bed. l. 3, c. 4.—Ligneæ erant Domus et Ecclesiæ Brittonum et Hibernorum. Ecclesias construebant Hiberni, inquit Beda " *non de lapide sed de Robore secto*."—Vide Descriptionem Ecclesiæ S. Brigidæ Kildarensis in Rer. Hibern. t. 1.—Ex Cogitoso—De S. Malachiæ Ecclesia Dunense S. Bernardus inquit—" Oratorium a " S. Malachia consummatum fuit, de lignis quidem levigatis, sed apte firmiterque contextum. Opus *Scoticum*, " pulchrum satis." Vita Malachiæ, c. 8. Beda, l. 3, c. 25, Cogitosus, c. 35.

A. C.

*Anno hoc* 416 *natus est S. Ibarus, in Dalaradia, Regione* Cruthenorum, 416
*(i.e. Pictorum Hiberniæ) in agro maritimo Dunense, in quo Monasterium Benchorense postea conditum est a S. Comgallo. Aranicas Insulas in mare occidentali visitavit, et postea Scholam celebrem, simul cum Ecclesia, condidit in Insula* Beg-Erin, *ubi grandævus obiit A.D.* 500. (75)

*Amatori Antisiodorensi successit S. Germanus,* (76) *Romani in Britannia*
*adhuc manentes, thesauros suos partim in terram absconderunt, partim in* 418
*Gallias portarunt, quos autem absconderunt postea inveniri non poterant.* (77)

*Theodosius Constantium in Imperii consortium assumit. Celestius Pelagi-*
*anus ex Italia pellitur Edicto Imperiali.* (78) *S. Hieronymus moritur.* 420

---

*Notanda de Niniano.*

occupaverunt. Pars enim erat Provinciæ dictæ a Valentino *Valentia*, quam Romani et Brittones adhuc tuebantur et incolebant. Non inter Pictos itaque, sed inter comprovinciales suos Brittones, Ecclesiam suam condidit Ninianus, neque ulla alia Ecclesia legitur condita in partibus Pictorum Australium, ante tempora Kentigerni. Extat præterea vita vetus Niniani, Hibernice scripta, cujus meminit Usserius, pag. 1059, quo Ninianum, *deserta Candida Casa,* Hiberniam petiisse, ibique in amœno loco, *Cluan Conaire* dicto, sive secessu Conarii, Cœnobium condidisse, et post multos annos Vitæ solitariæ ibi transactos, obiisse declarat; Beda quidem apud Candidam Casam sepultum narrat, sed verba *ut perhibent* famam incertam indicant, et quamvis Vir doctus T. Smith obitum ejus referat ad annum 432, nullum auctorem testem adducit, neque id colligere potuit aliunde, quam ex Vita Niniani, scripta ab Aileredo Abbate Rievallense, anno 1150.

---

(75) Conchubran in vita Monennæ, sive Modwennæ, l. 2, qua nullam vetustiorem, vel editam, vel MS. novit Usser. Primord. p. 794.—Item Vita Brigidæ, scripta sæculo vii°. ab *Ultano hua Conchubhair*, de Ardbraccan, l. 2, c. 14. Vita S. Abbani, apud Usser. ib. et Vita S. Mel, apud Colgan. Febr. 6.—De Ibaro vide infra, pag. 87, ubi annus primus Episcopatus ejus perperam refertur ad annum 420.—Similia metachronismata notanda sunt in Chronico Saxonico, ubi Palladius in Hiberniam dicitur venisse anno 429, Patricius anno 430, Roma capta dicitur a Gothis anno 435, et Romani Britanniam penitus deseruisse dicuntur anno eodem. Gibsoni ed. pag. 11. 4to. Oxon, 1692.

(76) Vita S. Germani scripta a Discipulo suo Constantio, in editione Maurina Rer. Gallicar—" Recueil des " Historiens des Gaules," par Bouquet, t. 1, p. 642.

(77) Ita Ethelwerdus " in nono anno post eversionem Romæ a Gothis," &c. apud Usser. p. 608, et Chron. Saxon. Gibson, p. 10.

(78) Edictum edidit Norris. in Hist. Pelag. Operum, t. 1, Veronæ, 1729, pag. 137, 197, &c.

A.C.

Kl. Iobhar Inbhar do thigheacht on Roimh an Easpog go h Eirinn 7 insibh Arainn 7 for Maighe Geisill da meimradh ris 7 a hadhlacadh iar sin an Inis beg Eire in uib Ceinnseolach.

Ibarus Inverensis venit a Roma Episcopus Hiberniam, et ad Aranias Insulas et campum Gesil, et incolæ ab eo ad fidem conversi, et sepultus est postea in Insula Beg-Erin, in regione Censelach. Annal. Inisfal. MS. Dublin.

420 *Initium Regni Pharamundi primi Regis Francorum.* (79)

422 *Cum Scoti a Circio, (i.e. ex Hibernia) et Picti ab Aquilone Britanniam conculearent, prima illa multorem annorum vastatione commemorate a Gilda, Britanni subjectionem Romanis iterum promittentes, ab Honorio Augusto Legionem impetrarunt, quæ, pulsis hostibus, eos ex imminenti captivitate liberavit.* (80)

424 *Ercus primus Slanensis* Eps. *nascitur, quem anno ætatis xc quievisse, A.D.* 519, *narrant Annales Ultoniæ, et Usser, p.* 1047, *et* 1126.

425 *Gildas Albanius natus est, qui, ætatis anno xxx, (Christi* 455*) regnante Chlodovæo, Merovei filio, in Galliam transiit, quo tempore Gildas Badonicus nondum natus erat.* (81)

*Secunda dira vastatio a Gilda memorata, incidit in hunc annum, Dathiæ Regis Hiberniæ xxm.* (82) *Valentinianus iii Gallionem Ravennatem cum alia Legione misit, quæ Britannis opem ferret, eosque in fide Romanis debita subjectos contineret. Ita Gildas, Sabellicus, Blondus.*

426 *Gallio Britanniam perveniens, Scotos et Pictos, anniversarias prædas, autumnali tempore, agentes,* (83) *trans maria fugavit, finem imponens 2dæ dirissimæ vastationi commemoratæ a Gilda, de qua Sabellicus inquit—*

---

(79) Prosperi Chron. ed. Bouquet, Historiens des Gaules, t. 1, p. 638.—Chron. Saxon Gibson, p. 10, id perperam refert ad ann. 425. Vide infra, ann. 428.

(80) Hæc fuit prima a Gilda commemoratæ dirissima vastatio, quæ (pulsis hostibus) terminavit hoc anno—2da incæpit anno 425, tertia anno 431, juxta Usserium, quem sequitur Flahert. ex Codice Lecano, sive Sliguntino, p. 414.

(81) Id declarat ipse Badonicus, se natum dicens anno obsessionis montis Badonici, i. e. A.D. 520, ut supputat ex antiquioribus Matthæus Westm. suffragante Chronographo vetere Britanno apud Usser. p. 402. Duos itaque Gildas in unum conflaverunt Caradocus in Vita Gildæ, et Johannes a Bosco in Bibliotheca Floriacense. Sunt tamen qui non nisi unum volunt, sed nulla ratione allata, præterquam quod ipsi id asserant. Deest plerumque doctrina, ubi non deest audacia. Indoctos putant, qui doctos sequuntur.—De Meroveo, vide ann. 448.

(82) Annales Firbissiorum, a plerisque Liber Lecan, ab Usserio Liber Sliguntinus dictus, crebras Scotorum ex Hibernia incursiones, regnante Dathia, contestantur, ut in Flaherteo, pag. 416.

(83) Anniversarias prædas Autumnali tempore, Beda, l. 1, c. 11.

A. C.

"*Burgundiis Galliam infestantibus, Ætius suos ex Insula (Britannia) revocare* 426
"*coactus est, &c.* Scoti, *post Legionariorum discessum, cum* Albiensibus,
"*confestim ad res novas consurgunt, navibusque circumvecti, maritima*
"*Britanniæ opida ferro et igni populantur.—Exarsisset per hæc novum*
"*bellum in Insula, nisi Valentiniani jussu, Legio, quæ Parisiis præsidio*
"*erat ab Ætio relicta, Gallionis Ravennatis ductu, Insulanis præteo*
"*affuisset.*" (84)

"*Nathi (lege Dathi)* mc Fiachrach .i. *teriit* icc sleibhe Alpa *fulmine*, ar n gabhail righe Eir 7 an domhain conuighe sin." *Chron. Scot. MS. Dublin.*

Dathias, filius Fiachrii, interiit apud 427
montes Alpios, fulmine percussus, postquam obtinuisset Regnum Hiberniæ, et Dominium Mundi, (i. e. Imperii Romani) usque adeo. (85)

*In Codice Firbissiorum Lecano, sive Sliguntino, fol.* 302, *b, Dathias fulmine tactus fuisse dicitur, ob violatam S. Firmini Cellam, quem Regem fuisse narrat codex iste, et abdicato regno vitam solitariam inter Alpes Deo vacasse, et in Turri* 17 *Cubitos alta, vitam transegisse declarat.* (86)

---

(84) Gallio murum inter fræta renovavit, anno 426. Muros, eorumque tempora confundit Beda.

Post Agricolam primus Imp. Hadrianus, A.C. 117, Imperii terminos in Britannia, 80000 passuum citerius quam inter æstuaria statuit, muro ducto a Tinæ ostio ad ostium Escæ, uti notat Camdenus.—Deinde Antonini Pii Legatus Lollius Urbicus, A.D. 144, recuperatis finibus ab Agricola statutis, terminos ad Aquilonem dilatavit, et muro cespititio inter duo freta munivit.—A.D. 208, Severus Hadriani Murum cespititium, vallo et firmo lapide reparavit.—A.D. 369, Theodosius terminos ad freta iterum dilatavit.—A.D. 422, Idem Murus inter freta cespititius, a Britannis ipsis inutili conamine excitatus est, nam non diu stetit. Quare anno 426 in eodem loco Gallio murum lapideum erexit. Sed anno sequente 427 revocatus, et missus contra Bonifacium in Africam, Britanniam hostibus iterum vastandam reliquit.

(85) Chron. Scottor. MS. Hibern. in Collegio Dublin. de quo vide supra Descriptiones Codicum, pag. i. Desunt plura folia in initio. Jam antea diximus, supra, p. 73, Dathiam fuisse Eochodii Regis ex Fiachrio filio nepotem, Eochodium enim 4 filios habuisse ex una uxore *Mongruadha*, et filium Niallum ex Carinna; 4 filii prioris fuere *Brianus*, *Fiachrius*, Fergusius, et Olill.—A Briano posteri ejus, Reges Connaciæ, *Hi Briunii* dicti sunt, ut infra, p. 90, not. 87. Atque hinc Tigernachus, ex ista familia ortus, appellatur in Codice Bodleiano Rawlinson, No. 488, et a Waræo, *Tigernach Hi Briuin*, ut supra in Descriptione Codicum, pag. i. Vide Colgani Triadem, pag. 137, n. 52, et Flahert. p. 358, et 374, et infra, p. 90, n. 87.

(86) Locum indicat in isto MS. Flahert. p. 416.

Hæc a quodam vetere Hibernense scripta fuere, qui Turres Ecclesiasticos Hibernorum, eorumque intentum, ac usum noverat, atque ab Anachoretis, Orientalium more viventibus, et campanas, aliasque res Sacras, Libros et Thesauros custodientibus, habitabantur; utpote e petra constructi ab imo ad summum, quia Ecclesiæ, aliaque ædificia Hibernica, cum e ligno constructa essent, facilime et frequentissime comburebantur. Ante Campanilium usum invectum, constructi fuere turres isti, referente Gratiano Lucio, pag. 133. Postea tamen usus inolevit, ut campanis in eorum culmine appensis, campanilium vices gererent.

A. C.

428 Laoghaire mc Neill criochad 7 caig bliaghana a Righe Teamhair go torchur le Laighnibh e a Sleamnaighe Life, oir do rad ratha Greine 7 Easga na hiorradh an Borumha ar Laighnibh iar na gabhail doibh aceach, 7 nior chomhlion san doibh. *Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

Laogarius filius Nialli regnavit annis xxxv, Temoriæ, donec occisus esset a Lageniensibus in vetero campo Liffiense. Juravit enim jusjurandum suum, per Solem et Lunam, non exacturum se Boum tributum a Lageniensibus, postquam captivum fecerunt eum in prælio, et non stetit promissis.

*Laogarius hic Nialli filius, primus fuit Rex Christianus Hiberniæ, regnavitque annis* 4 *ante adventum Patricii, et xxx postea; xxx tantum annos ei tribuunt plerique, illi vero xxx accipiendi sunt* " *ex quo* J. Christi familiæ " nomen dedit," *ut in Codice Lecano, fol.* 306, *a.—Gildas Modudius pariter, in Carmine de Regibus Christianis Hiberniæ, incipiente* " Eire og Inis na Naomh," *in Rerum Hibern. t.* 1, *Regum Christianorum Catalogum metricum deducit a Leogario inclusive. Leogarium baptizatum fuisse scribit Auctor Vitæ quartæ Patricii, in Triade, pag.* 41, *c.* 49. *Capituli istius titulus in margine positus est* " *Leogarius Rex, et multi cum ipso credunt, et baptizantur.*" (87) *Eadem habent vita tertia, c.* 42, *Probus in vita 5ta, c.* 46, *Auctor vitæ tri-*

---

(87) Dathiæ in regno Connaciæ successit Frater ejus *Amalgad*, eodem anno quo ei successit in regno totius Hiberniæ *Laegaire*, ut in Vita Tripartita, part ii, c. 76, Triade, p. 140, item in Libello de Regibus Hiberniæ et Albaniæ, i. e. in Flanni Synchronismis, et in Catalogo Regum Connaciæ, MS. apud Colgan, pag. 111, Triade, No. 65. Amalgadii successionem narrat pariter Liber Sligantinus, fol. 302, *b*, apud Flahert. p. 416.

Duachum, Briani filium, post Amalgadium regnasse narrat Vita Grellani in Triade, pag. 207, et Auctor Vitæ Benigni, ib. p. 203, c. 26, inquit—" Perrexit S. Patricius in Occidentalem plagam Connachtensium, i. e. " in Campum *Siuil*, et adivit domum *Echini*, filii *Briani*, filii *Eachach* Regis Connachtensium, et Patricius " quæsivit Hospitium ab illo, et *Eachenus* negavit, et tunc Patricius reversus est ad *Domhnach-mor muighe Siuil*, " *seu Domhnach Padruig*, et ibi fundavit Ecclesiam, ubi reliquit Fulartum Epm. Et postea Rex, ductus pæni- " tentia venit ad eum, &c. Et dixit ei Patricius tu non eris Rex, et ex te non erit Rex usque ad commotionem " sæculi. Et frater junior de filiis *Briani*, qui vocabatur *Duachus Galach*, ad S. Patricium ait, Ego sum Rex, et " S. Patricius tu Rex eris, et de semine tuo erunt Reges in æternum. Et crediderunt filii Briani in illa hora " Domino per Patricium, et baptizati sunt excepto Echino," &c. Attamen immediate Amalgadio non successit Duachus, sed *Olildus Molt*, usque ad ann. 483, et tunc *Duachus*—Regio Connaciæ quæ ab Anglis *Tirawley* dicitur, dicitur Hibernice *Tir-amalgaid*, ab Amalgadio isto.

Scribit Avus meus in margine Exemplaris Stowensis Ogygiæ, p. 416—*Oilill-molt in diaidh Amalgadha anis T.* " *ccccxlviii, agus a eic cccclxxxiii, no faoi an tuairim sin, agus xv bl. na Righ Connacht ria bheith na Righ Eirionn.*" (i. e. Amalgadio successit in regno Connaciæ Olildus Molt, Dathiæ Regis filius, A.D. 448, et obiit idem Olildus, Rex Hiberniæ totius, anno 483. Natus est Olildus is A.D. 423, vel circiter, et fuit 15m. annis Rex Connaciæ, priusquam fuisset Rex Hiberniæ.)—Aidi Regis Connaciæ, medio sæculo vi, Genealogiam exhibet Colganus ex libro Lecano, seu Sligantino, et ex Selvacii sanctilogio, in AA. SS. pag. 331. " *Aodh mc Aedha, mc Lugaid, mc* " *Dathi, mc Fiachra.*" Alius erat *Lugad*, Laogarii filius. Confer Triad. p. 180, n. 140, et infra, n. 90.

A. C.

*partitæ, pag.* 128, "*Rex igitur Laogarius, et aliquot hominum millia cum eo,* "*amplectuntur fidem Christi.*" (88) *Cum itaque Vir Sanctus videret Regem* "*jam* tandem superatum, *et in* alium hominem mutatum, *ait ad ipsum,* "*quandoquidem obtemperaveris, et paratus sis in* proposita veritatis via "ambulare, *nec sceptro nec vita privaberis. Sed annis multis vives, et* "*regnabis; quia tamen mihi et doctrinæ Cælesti tam pertinaciter restitisti,* "*et in via veritatis, tot signis monstratæ, ambulare recusasti, Regni sceptrum* "*de semine tuo, in fratrum tuorum progeniem transferretur, tua posteritas* "*eorum inserviet posteritati.* (89)

"*Tunc Regina Angusa nomine, genua flectens humiliter, virum Dei* "*Deprecatur, ut istius duræ sententiæ dignetur mitigare rigorem, et saltem* "*ea non feriatur infans, quem ipsa tunc in utero gestabat. Annuit Vir* "*S. dicens, mea maledictio ei non nocebit, donec ipse propriis exigentibus* "*demeritis, mereatur maledici, &c.—Et ita evenisse, eventus evidenter mon-* "*stravit. Nam* Lugadius, *filius qui tunc in utero matris gestabatur,* "*Regnum postea universæ Hiberniæ obtinuit, tenuitque usque dum quadam die,* "*iter agens, venit ad locum quendam* Achad-Farcha *appellatum, ubi conspiciens* "*quandam Ecclesiam, in colle positam, ait numquid ista est Ecclesia istius* "*Clerici, qui iniquo Prophetiæ spiritu, prædixit, nullum de Leogarii Patris* "*mei semine Regem Principem proditurum? et statim ac hæc protulit,* "*fulminis e cælo missi ictu extinctus, illico interiit.*" (90)

---

(88) Baptizatus est post Pascha anno 433. Chronologicas rationes indicat Auctor Vitæ Tripartitæ MS. apud Usser. Primord. pag. 815.

"Anno *nono* Regni Theodosii Imperatoris, qui post Honorium regnavit, *quarto* Laogarii filii Neill Regis "Hiberniæ, anno autem lx ætatis suæ, missus a Cælestino Papa ad prædicandum in Hiberniam, Beatus "Archieps. Patricius venit."

Idem auctor accurate conjungit annum ætatis Patricii xvi cum *nono* Nialli, quo ductus est captivus in Hiberniam, et annum ejus lx cum quarto Leogarii, et nono Theodosii, qui ambo concurrunt cum anno æræ com. 432.

In *quinto* Leogarii exorsum esse prædicare Patricium, scribit Ninius. Initium nempe deducit a Patricii adventu Temoriam anno 433.

(89) Hæc est pars historica narrationis. Quidquid de Vaticinio censeatur, at certe hanc narrationem, quæ familiæ Leogarii exauctorationem respicit, omnia monumenta confirmant.

(90) Ista narrat Auctor Vitæ Tripartatæ, qui declarat se res gestas Patricii hausisse ex vetustissimis Vitis Patricii, scriptis a *Columba-Cille,* ab *Ultano O'Conchobhar,* ab *Adamnano* Nepote Tinnei, ab *Ernano* sapiente, a *Cierano de Belachduin,* ab *Ermedo* Epo Clocherense, *Colmano* Huamaccense, et *Collato* Presbytero de *Drumrelgeach.* Utrum ita prædixerit S. Patricius, aut ex eventu ita fertur prædixisse, perinde est ad propositum nostrum. Non agitur enim de Miraculis, sed de Regum successionibus, et de conversione Laogarii, qui primus Rex Hiberniæ Christianus, etsi Apostata, jure merito appellatur.

Et certe *Lugadium* Regem, Leogarii filium, fulmine tactum interiisse, apud *Achaid Forcha* in finibus Midiæ

A C

428 *Pharamundo Francorum Rege mortuo successit Clodius sive Clovis, non confundendus cum Clodoveo.* (91)

429 Coss. Florentio et Dionysio, *Agricola Pelagianus, Severiani Epi Pelagiani filius, Ecclesias Britanniæ Dogmatis sui insimulatione corrupit, sed actione Palladii Diaconi (postea a Cœlestino in Hiberniam missi) Papa Cœlestinus Germanum Antisiodorensem Epm vice sua mittit, et deturbatis Hæreticis, Britannos ad Catholicam fidem dirigit.* (92)

---

## NOTANDA DE S. GERMANO.

De anno primæ Missionis S. Germani 429, nulla difficultas. Sed duabus Legationibus in Britannia functus est. Primam Beda, Sigebertus, et alii perperam referunt ad ann. 446, repugnantibus Prospero, Constantio, et Petavio.

2dam refert Sigebertus ad ann. 449.—Erricus in Carmine de Vita S. Germani duas Legationes memorat, quarum prior incidit in ann. 429, quando Collegam habuit Lupum Vincentii Lirinensis fratrem, ut in Eucherio de laude Eremi, ad Hilarium Arelatensem. Annum 429 assignat item Vita Lupi, apud Bollandianos 29 Julii, et Bouquet t. 1, p. 644. Vitam Lupi edidit Petrus Boschius, qui pluribus argumentis probat, contra Pagium, Lupum electum fuisse Epm Trecensem, sub finem anni 426.—Germanum e Britannia rediisse anno 430, manifeste patet ex Constantio. 2dam Legationem refert ad ann. 447 Bouquet in Indice Chronologico, t. 1, p. clxi, et ex Constantio ib. p. 643, et ex anno obitus ejus 448, ib. Episcopatum tenuit annos xxx, dies xxv. Obiit nempe anno quo Meroverus regnare incæpit. ib. p. 640, ex Chron. Marcellini Com.

---

orientalis, scribit auctor Vitæ S. Benigni, in Triade, p. 172, n. 44, et *Gildas Moduda* in Carmine Hibernico, a nobis primum edito in Rer. Hib. t. 1, itemque Annal. IV Mag. ad ann. 503. Alius erat *Lugadius* Dathiæ filius, de quo supra, not. 87.

(91) Vide supra, pag. 88. Prosperi Chron. ed. Bouquet, Historiens des Gaules, t. 1, p. 628. Bouquetus tamen in Indice Chronologiro tomi istius, id refert ad ann. 427. Fuit autem Clodius Pharamundi filius, et regnavit annos fere xx. Prosper enim ait Merovæum cæpisse regnare anno 448 vel 449, ad ann. nempe Theodosii xxv. Clodii initia refert Petavius ad ann. 428 vel 429. Benedictini in opere egregio *l'Art de verifier les dates,* t. 1, p. 531, Merovei initia referunt ad 448.

(92) Prosper ibid pag. 630.—Contra vero, in eodem Bouqueti tomo p. 642, extat Vita S. Germani, scripta a Discipulo ejus Constantio, in qua S. Germanum a Synodo Gallicana missum testatur, et simul cum eo Lupum Trecensem, Vincentii Lirinensis fratrem, quod et Beda confirmat, Hist. l. 1, c. 17. 18, 19, cum Johanne Diacono in Vita Gregorii M. l. 2, c. 39, et Aimon. de Gest. Francor. l. 3, c. 74.

A. C.

*Victoria Alleluiatica parta per Britannos, contra Pictos et Saxones.* (93) 430

*Anno Theodosii Junioris viii, recedente a Britannia Romano exercitu, cognita Scoti et Picti reditus denegatione, redeunt ipsi, et totam ab Aquilone Insulam pro indigenis muro tenus capessunt. Beda in Chronico.*

"Basso et Antiocho Coss." *tertiam Scotorum et Pictorum dirissimam* 431 *vastationem, a Gilda memoratam, referunt Beda et Ado ad annum hunc, Theodosii a morte Honorii viii, ut in Beda, l.* 1, *c.* 12.

*Iisdem Coss. ad Scotos in Christum credentes, a Papa Cælestino Palladius primus Eps missus est,* post ipsum S. Patricius. (94)

*Ad Scotos in Christum credentes, ordinatus a Papa Cælestino Palladius, primus Eps mittitur.* (95)

*Eodem anno, Palladio ex Hibernia pulso, S. Germanus Discipulum suum Patricium, tum secum commorantem, Romam mittit simul cum Segetio Presbytero, qui morum ipsius testimonium ferret, ut benedictione Apostolica fultus, eandem Missionem susciperet.—Erricus Antisiodorensis in Vita S. Germani, l.* 12, *hæc scribit*—"*Ad S. Cælestinum, Urbis Romæ Papam,* "*per Segetium Presbyterum suum, eum* (*i. e. Patricium*) *direxit,* (*i. e.*

---

(93) Constant. de Vita S. Germani, l. 1, c. 28.—Miracula quæ a Germano et Lupo in Britannia facta narrantur a Constantio, iisdem fere verbis repetita leguntur a Beda, Hist. l. 1, c. 17, 18, 19, ab Errico celebrantur versibus Heroicis, in l. 3 de Vita Germani, et iterum ab eodem in Cap. ult. l. de Mirac. S. Germani.

Constantius, Presbyter Lugdunensis, doctus juxta ac pius, is fuit cui octo primos Epistolarum libros dicavit Sidonius Appolinaris. Scripsit 2.bus libris Vitam Magistri sui Germani, soluta oratione, quos Versibus expressit libris sex, *Erricus*, Monachus Antisiodorensis, qui Parisiis excusi sunt anno 1543. De Errico et Constantio vide Sigebertum, de Viris illustr. et Chron. ejus —Quæ de legatione 1. Germani refert Constantius, leguntur in l. 1, c. 19 et 23, MS. Cotton. et in Surii t. 4, Julii 31. Quæ autem de Victoria Alleluiatica habet, leguntur in l. 1, c. 17, 18, et 19 Bedæ, itemque in l. 1, Miraculorum ejus, ab Errico; narrantur etiam a *Ninio*, (al. Nennio.)

(94) Verba sunt genuina Mariani Scoti, nunc primum edita ex MS. pulcherrimo, coævo, et antiquissimo, in Cottoniano, Nero, c. v, folio 134. "Exemplar perpulchrum et emendatum, ubi plura extant quam in edito "Basileæ 1559, et apud Pistorium (in Rer. Germ. Scriptoribus) frustra quæruntur." Catal. Cotton. fol. Lond. 1802, pag. 234.

(95) Prosperi Chron. in Rer. Gal. t. 1, Paris, fol. 1728, pag. 638, Opus Mauriniano—Benedictinum, omnibus numeris absolutum, aliter intitulatum "*Historiens des Gaules et de la France, par Dom Martin Bouquet, Pretre et* "*Religieux de la congregation de S. Maur.*"

Consentit verbum verbo editio Labbei, in Nova Bibliotheca MSS. itemque Bibliotheca PP. t. 6, et Beda tam in Chronico, quam in Hist. l. 1, c. 13, ubi vir doctus T. Smith inquit in nota "Verba hæc (i. e. *primus* "Episcopus, et *credentes* in Christum) sunt antiquissimorum Bedæ MSS. nec ullam admittunt mutationis "suspicionem."—Consentit editio Du-Chesnei Rer. Francicar. t. 1, p. 205, itemque Freculphus et Ado, et Marianus Scotus in Codice prædicto Sæculi xi, in Cottoniano.

A.C.

*"S. Germanus) qui viro præstantissimo probitatis Ecclesiasticæ testimonium, "apud sedem ferret Apostolicam, cujus judicio approbatus, auctoritate fultus, "benedictione denique roboratus, Hiberniæ partes expetiit."*

432 Padraicc do thigheacht on Roimh na n Easpog an Eirinn, 7 an creidiomh do chraobhsgaoil ann. Aongus mac Nadfraoi Rígh Caisil 7 Desmumhain, 7 Carthan Fionn mac Bloid mac Cais Righ Tuadhmumhain, 7 moran ele do bhaisde dho.—*Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

Patricius venit a Roma Episcopus in Hiberniam, et fidem devote prædicat ibi. Aongusius filius Nadfrachi Rex Casseliæ et Desmoniæ, i. e. Australis Momoniæ, et Carthanus Albus, filius Blodii, filii Cassi, Rex Thomoniæ, i. e. Borealis Momoniæ, et plurimi alii baptizantur ab eo. (96)

432 *Coss Aetio et Valerio, Patricius Scs, genere Brittus, a Cælestino Papa consecratus, et ad Archiepiscopatum Hiberniæ missus, ibi per annos lx, signis atque mirabilibus prædicans, totam Insulam convertit ad fidem.* (97)

*Florentii Wigorniensis de eadem re verba adducuntur a doctissimo Gibsono in nota ad Chronicon Saxon, ann. 432, sic—" Patricius sanctus, genere Brittus, a S. Cælestino Papa consecratus, et ad Archiepiscopatum Hiberniæ missus, ibi per annos lx, signis atque mirabilibus prædicans, totam Insulam Hiberniæ convertit at fidem."* (98)

" Kl. *iii. Ab incarnatione Dni* CCCC.XXXII.

" Kl. *vi. A morte* Concullaind *Herois usque ad hunc annum* CCCC.XXXI. "*A morte* Concubuir mac Nessa CCCC.XII *anni sunt.—-Patricius .i. Archi- "episcopus in Hiberniam venit, atque Scotos baptizare inchoavit, nono anno "Theodosii Minoris, primo anno Episcopatus Sixti,* XLII *Episcopi Romanæ Ecclesiæ, in iiii anno* Laogaire mac Neil." (99)

---

(96) Id est, postea baptizantur ab eo. Momonia enim non ante annum 449 visitavit.

(97) Ex Mariani Codice Cotton. prædicto, et ex MS. Usser. Primord. p. 881.—Consentit Chronicon Pictor. editum ab Innesio, et a Pinkertono ex Codice Colbertino, quatenus adventum S. Patricii Hiberniam, refert ad Regnum *Drusti centum præliorum*, qui regnavit ab anno 414 ad 452, et ait " In xix anno Drusti filii Erp. " Patricius Eps. Scs. ad Hiberniam pervenit Insulam."

(98) Chron. Saxon. pag. 10, not. 2, ex Florentio, qui Marianum fere ad literam, secutus est.

(99) Chron. Scottor. MS. Dublin.—Cælestinus I. Papa xli, obiit viii Id. April. eodem anno 432, quo S. Patricium misit in Hiberniam. Successit ei Xistus, qui Presbyter, Pelagianos tam strenue oppugnavit, ut a S. Augustino laudari meruerit, Epist. cv. Pervenit Patricius Hiberniam anno primo Xisti, ultimo Cælestini. Xistus electus fuit die 28 Aprilis, et pervenit Patricius Hiberniam exeunte anno isto 432, Laogarii Regis anno quarto

A.C.

"*Ab incarnatione Dn̄i nr̄i Jh̄u Xp̄i usque ad hunc annum*, cccc.xxxii 432
"*anni sunt. A morte* Concullain *Herois* cccc.xxxiv. *A morte* Conchubuir
"mc Nessa cccc.xiii." "Kl. *Patricius Ep̄s Hiberniam tenet*." (1)

*Præcipua quæ de S. Patricii gestis in Hibernia, hoc anno memorantur, hæc sunt.—Appulit ad Portum* Inbher Dea, *haud procul a loco dicto* buidh-cloch, *nunc corrupte* Wicklow, *in regione* Crioch Cualan, *percelebre propter aurifodinas ibi a Phœnicibus inventas*, (2) *propter haud procul distantem locum a Phœnicibus* Promontorium Sacrum *appellatum, propter Altare Druidicum in ora ista, dictum* Ardcloch, *sive Lapis altus, hodie* Arklow, (3) *propter Nundinas, sive Conventiones populorum*, Aonach Carmain *dictas, haud longe a Promontorio Sacro solitas celebrari, et propter Druidarum Sacrificia, quæ sub æquinoctio autumnali fiebant*, (4) *sperans nempe, se aliquid prædicando profuturum, si eo tempore et loco verum Deum revelaret, quamvis Palladius. anno præcedente, ex eadem regione discedere coactus esset*. (5)

*Renitentibus autem populis, spes eum similiter fefellit. Discessit itaque, baptizato quodam Sinello, qui, eo prædicante, primus Hibernorum fidem Christi amplexus est.*

*Discedens inde navigavit Dalaradiam, sperans se veterem Dominum* 432
Milconem, *a quo dira servitute olim oppressus erat, a Diaboli servitute liberaturum. Solvens itaque, et juxta fines* Bregensium, *ad sinistram flectens*,

---

exacto, quinto fluente. Annum incipiebant Ethnici a *La Baal tinne*, i.e. die Ignis Baal, i.e. ab æquinoctio vernali, sed postea translatum est festum istud Ethnicum, ad diem Paschali tempori subsecutivum.

(1) Annal. Inisfal. Codex MS. Originalis, Rawlinson, No. 503, folior. 56, in 4to. Membran. fol. 9, col. 3.—In hujus Codicis folio 40, Columna 3tia, hæc leguntur—

n u m u h o n o r a t u r s i n e

n o m o n u l l u s a m a t u r

(2) "Regnante Tigernmasio, 26° Rege Hiberniæ, Aurifodinæ repertæ; Scyphos et crateres ex auro et "argento, aurifice *Ucadano de Cualan*, apud *Fothart*, in Liffei amnis margine orientali confluente, confici primus "Rex iste curavit." Flahert. p. 195. Confer Rer. Hib. t. 1. Indice ad Prolegomena, voce *Aurum*.

(3) *Ardcloe* et *Wickloe* exotica nomina censuit Waræus, Antiq. Hib. p. 176. Sed pura sunt Hibernica.

(4) Rer. Hib. t. 1, Prolegom. parte i, ab initio ad pag. 70, item Catalog. MSS. Stowensium, Buckinghamæ, 1818, vol. 1, Indice, vocibus *Carman*, *Carne-soir*, *Taltin*, et infra, p. 97, n. 9, p. 98, n. 13.

(5) De Druidibus Hibernicis. Vide Prolegomena. parte i, et Indices voce *Druidæ*.

A. C.

*cursum dirigit in Ultoniam, et venit ad Bovindi fluminis ostia, ut Discipulorum necessitatibus subveniret. Inde, absque ulteriori mora profectus, iter continuavit, et ad lævam relinquens* Conallam Muirthemnensem, *et Australes Ultoniæ oras, pervenit ad* Inbher Slane, *in sinu nunc dicto Strangford, ubi e navi egressus, a* Dichone, *loci Dynasta, benigne exceptus est.*

*Hujus Dynastæ munificentia, obtinuit locum construendæ Ecclesiæ,* Sabhal *(i. e. horreum) dictum, 2 milliaribus distantem ab ipsius Munimento* Duno, *in Regione nunc dicta* Lech Cathail, *ubi primam in Hibernia Ecclesiam fundavit, in agro Dunense.*

433 Dichuone *relicto, antiquum Dominum suum Milchonem, Dalaradiæ borealis Dynastam,* (7) *Christo lucrifaciendum adiit; sed re infecta, in terram Ulidiæ, i. e. Dunensem, reversus est, ubi plurimos ad fidem convertit.* (8)

*Cum autem appropinquaret Pasha, statuit in specioso Bregarum campo, ubi* Temoria, *totius Hiberniæ Regia, sita erat, Festum istud agere, et coram Rege et Magnatibus, Legationis suæ intentum, in nomine* Dni, *notificare. Navigium itaque iterum conscendit, in portu de* Inbher Slainge, *sive* Slane, *et appulit iterum ad Portum de* Inbher Colptha, *apud ostia fluminis Bovindi. Ibi navigio curæ Discipuli sui Lumani relicto, profectus est ad locum* Ferta-fer-feig, *dictum, (sepulchra Feighiorum) ubi, fixis Tentoriis, rogum Paschale sub noctis initium accendit, ita ut a Druidibus, tum Temoriæ congregatis, videretur. Contigit præordinatione Divina, quod eadem nocte, Solemnitas istius gentis suprema, vulgo* Feis Teamhra, *i. e. Encænia Temorensia appellata, venerit celebranda, ad quam, sancita lege, non tantum totius regni Principes, Proceres, et circulorum Præfecti, sed et Druidum Magistri, ad sacrificia immolanda, aliasque observationes convenire debebant. Lege etiam severissime cavebatur, ut omnes*

---

(6) Bregia regio erat inter flumina Bovindum, et Liffeum; limitata a mari ad orientem, a Liffeo et a Regione *Hi Cinselach* ad austrum; complectabatur tota in vetere Midia, habens Louthiam a Septentrione, et Lagisiam ab Occidente, ita ut amœna planities, dicta *Mag Life*, i. e. Campus Liffici, esset tota in Lagenia, ubi erant Ecclesiæ *Cill Usaile*, *Cill Cuilin*, et *Mactalii* —Lagisia sita erat ad occidentalem Liffici marginem in Lagenia, eratque posterioribus sæculis Regio familiæ nobilis *O'More*.

(7) Dalaradia in Australem et Borealem divisa erat—Australem habitabant *Cruthem*, i. e. Picti Hiberniæ, in quorum Regione condidit Comgallus Monasterium Benchorense, ut in Adamnano. Hæc pars Dalaradiæ ab Anglis dicta est "*South Clan-Hu-boy.*" Tendebat autem Dalaradia ipsa 30 milliaribus in longitudine, a mari ad occidentem, versus lacum *Neagh*. in agro Dunense, et Antrimense.

(8) Vita Tripartita inquit omnes Ulidios convertisse, i. e. Agri Dunensis incolas, inter quos Monasterium suum dilectum *Sabhallum* condidit, ubi obiit anno 493.

A.C.

*ignes per universas Regiones (Bregarum) ista nocte extinguerentur, et nulli liceret ignem reaccendere, nisi prius Temoriæ Rogus Sacrificiorum extrueretur. Cum ergo Regi et Proceribus congregatis innotuisset, ignem in Campo Bregarum accensum esse, animo et vultu commoti sunt contra tanti delicti authorem.—" Mandat ergo Rex equos et currus illico parari, et cum pro- " ceribus et aula, dirigit iter versus locum, et in fine noctis accedens, curat ad " se vocari servum Christi Patricium, et mandat ut nullus advenienti assurgat, " honorisve, vel reverentiæ signum exhibeat; nec fuit ullus qui ei assurgeret, " præter unum Ercum, sive* Ercum, *filium* Degadi, *de* Slaine *oppido Bregarum " oriundum, qui multo ante de virtutibus S. Patricii audierat, et credidit ibi, " et a S. Patricio postea baptizatus, et Episcopus* Slanensis *in patria sua " ordinatus est."*

*Dum vir Dei de causa ignis accensi expostularetur a Rege, et ille inciperet de vero lumine loqui, et fidei Christianæ Mysteria explicare, insurrexerunt in eum Druidæ. Sed Rex et Regina timore perculsi sunt. Tunc Rex, dolose simulans, invitavit eum Temoriam die sequente, promittens se in Christo coram proceribus crediturum.—Attamen loca per quæ Sanctus transiturus erat, variis instruxit insidiis, quibus e medio tollendus erat. Statuit autem Patricius proficisci et discrimen imminens Divinæ dispositioni relinquens, promisit die sequente accessurum.—Itaque cum octo e Discipulis progressus, et Benigno puero, qui Sacrum Bibliorum Codicem gestabat, per medios hostes illæsus, Temoriam usque pervenit.—Die ista, quæ fuit Sacratissima Paschæ Dominica, tractabantur Proceres Regni Regali convivio, a Rege, ut moris erat, in sua Aula Temorensi, et cum de S. Patricio et præteritæ noctis confusione sermones miscerent, ecce comparuit inter eos. Sed nemo ei assurrexit præter* Dubtachum

---

(9) Hanc narrationem ex Vita tripartita, in pluribus antiquissima, excerpsi. Eadem iisdem fere verbis narrantur Sæculo xmo. a Probo, l. 1, et in fine l. 2di, Sæculo viii a Tirechano, apud Usser. Primord. p. 848, et a Maccutheno, ib. p. 850.—Notandum est, anno isto 433, Paschalem Dominicam revera incidisse in diem Martii 26, cum Hibernorum Festivitate Druidica concurrentem, ad æquinoctium vernale. Præterea Vitæ 2dae Auctor inquit de Temoria " sitam fuisse in Campo Bregiensium, ubi maxime Caput Gentilitatis et Idolatriæ " præstiterat." Triade, p. 15, c. 34.

(10) *Slania* sedes Episcopalis S. Erci, posterioribus Sæculis unita fuit in unam sedem cum *Midense*, *Trimense*, et cum sedibus *Duleek*, *Dun-Seachlin*, *Foraria*, *Kilskire*, *Ardbracan*, Christopherus Flemingus Baro Slanensis, et Thesaurarius Hiberniæ, regnante Hen. VIII, et uxor ejus Elizabetha Stukeley, fundaverunt in Slania Monasterium Franciscanum anno 1512. A Flemingiis transiit Slania ad Cunninghamos, Baronum de Fleming titulo extincto.

A. C.

mac Lugair, *Archipoetam Regis, et adolescentem ex ejus Discipulis,* Fiechum *nomine, qui in Ecclesia Sleptensi sepultus est.* (11) Dubhtachus *hic est primus qui Temoriæ fidem Christi amplexus, a viro Dei postea baptizatus est.*

*Tum Sanctus, vocatus ad Regem, in suo strato mensæ accumbentem, jussus est accumbere. Rex enim eum illæsum, et Druidum confusionem videns, timensque scelerum suorum præsentem vindictam, et ipse, et aliquot hominum millia cum eo,* fidem Christi amplexi sunt. (12)

*Peracta hac cum Rege et Druidibus concertatione, ad locum Agonis Regalis* Taltin *dictum, in Midia, perrexit, ubi Regiæ nundinæ, et publici Regni Ludi, et certamina quotannis fieri solebant. Ibique prima feria veniens, (i.e. die Dominica) convenit* Carbreum, *Nialli magni filium, Laogarii fratrem, quem cum Vir Dei videret hominem esse inveteratæ malitiæ, declinavit ad fratrem ejus* Conallum, *qui lætus eum excepit, et in doctrina Christi instructus, baptizatus est.* (13) *In loco isto, ubi erat Aula sua, Conallus dedit Deo et S. Patricio Ecclesiæ extruendæ fundamentum, quod pedibus ejus lx pedum erat.*

---

(11) Conveniunt Vitæ antiquæ S. Patricii, Fiachum hunc "in sua Civitate Sleibhte, juxta flumen Berbha, "in Campo Ailb" obiisse. Scholiastes ejus in Triade, p. 4, inquit "Flacho ejusque successoribus totius "Lageniæ Archiepiscopatum collatum fuisse."—Sed Cogitosus Sæculo vii, inquit Kildariam suo tempore Lageniæ Metropolim fuisse, Auctor itidem antiquus Vitæ *Aedani*, sive *Moaedogi*, primi Episcopi Fernensis, Ecclesiam istam Archiepiscopalem fuisse, auctoritate Brandubii, Regis Lageniæ, declarat, consentiente Synodo Magno Lageniæ. Primordia, pag. 864.

(12) "Obstinatissimus Rex Laogarius, cum aliquot millibus, tandem credit." Colgan Triade, pag. 661, ex Vitis S. Patricii vetustis, in Triade, p. 16, c. 41, p. 41, c. 49, p. 55, c. 45, p. 128, c. 68.—Vide supra notam , ad ann. 405.

(13) S. Columbæ genealogiam, ab hoc Conallo deductam, breviter notat Adamnanus, in Vita Columbæ. Eandem Genealogiam, Avi mei manu scriptam, inveni in Margine exemplaris Stowensis Primordiarum Usserii, his verbis, pag. 689.—"*Columb.-Cille mc Feidhlim, mc Fergusa Ceinnfhoda, mc Conaill Gulbain, mc Neill naoi n Giall:*"—non ergo a Conallo Crimthano, Nialli pariter filio, ut quidam scribunt, sed a Conallo *Gulbanio*, a S. Patricio benedicto, originem traxit S. Columba, uti et familia de Tirconnel.

Dominicam diem qua S. Patricius Talteniam venit, fuisse Dominicam in Albis anni 433, somniarunt nonnulli recentiores. At Ludi Taltenii non eo anni tempore celebrabantur, sed diebus æstivis, sub solstitio (neque possunt S. Patricii gesta apud Temoriam ad unius hebdomadæ spatium restringi.) Juxta omnes fere scriptores, celebrabantur 15m. diebus ante et totidem post festum, quod Hibernice dicebatur *Lughnasa*, quod incidebat, juxta O'Briani Vocabularium, voce *Lughnasa*, in primum diem Augusti—sed vox ipsa indicat referendum esse ad Æquinoctum Autumnale, a *Lugh* diminutio et *Nas* anniversarium, quia tum incipiebant dies breviores esse noctibus.—Errant qui putant dies festos Ethnicorum Hiberniæ, nempe *La Baal-tinne*, *La-Lugh-nasa*, vel *La Samhuin*, iisdem anni diebus in Calendario Ethnico affixos fuisse, quibus postea a Christianis annexi fuere, propter Festorum mobilium rationes, et tempus Quadragesimale.—Aliter assentirem Scriptori Vitæ S. Patricii editæ Dublinii 8vo. 1747, p. 36. "The Taltenian sports have been much celebrated by the Irish Historians. "They resembled the Olympick Games: they were held every year at Talten, a mountain in Meath, for "fifteen days before and fifteen days after the first of August. Their first institution is referred to *Lugod-"lamh fada*, twelfth King of Ireland, who began to reign A. Mundi 2764."

*Ipse vero Aulam suam ad alium vicinum locum transtulit,* Ráth Airthir *dictum, ubi fuit deinde Regia Tirconalliæ.*

*Rege Hiberniæ Leogario ad vomitum redeunte, (vita Tripart. in Triade, l.* 1, *c.* 68,*) idque post* publicam fidei professionem, *(ib.) rediit Patricius Temoriam; sed cum nihil aliud impetrare potuerit, quam liberam prædicandi* 433 *facultatem, a Rege Apostata discessit, (Tripart. l.* 2, *c.* 8.*) per Midiam iter dirigens Connaciam.* (14) *In isto itinere Ecclesiam de* Cluain Ernain *fundavit in regione* Delbhna, *(Delvin,) ubi peram reliquisse fertur, quæ usque hodie extat, in prætioso tegumento servatam,* ebore, gemmisque, et auro intexto *cælato. (ib. c.* 9.*)*

*Transiens inde in Australem Teffiam, Ecclesiam Episcopalem* Ardachadh *ibi posuit, cui Epm̄ præfecit Melem; et Manio Leogarii fratre baptizato, aliam Ecclesiam fundavit in boreali Teffia, apud* Grian-ard, (*hodie* Granard,) *i. e. Collem Solis, cui Discipulum Guasactum Epm̄ ordinavit.* (15) *Deinde ultra aquas, se contulit, ad campum* Sleacht, *(i. e. adorationis) in* finibus Connaciæ. (16)

*In eo enim loco erat magnum Idolum, Idolorumque universi Regni princeps,* Crom Cruach *appellatum, quod Rex, et Regni Proceres, magno prosequebantur honore, et summa, stataque sacrorum Rituum colebant veneratione. Idolum illud erat auro et argento cælatum, habebatque hinc inde, ex ordine juxta se posita, et disposita, alia duodecim minora Idola, ex ære conflata, &c.*

*Cum Patricius, existens juxta fluvium* Gath-ard *appellatum, videret cominus Idolum, minareturque propinquans illud baculo Jesu, quem in manu tenebat, ferire, Simulacrum, antequam baculum ille manu emiserat, ad latus dextrum, versus occidentem, cæpit sat sinistre corruere. Faciem enim versam versus Temoriam habebat. et in ejus latere sinistro habuit baculi, velut ferientis, impressum vestigium, licet revera nec baculus illud tetigerat, nec manu viri*

---

(14) Ex *Confessione* S. Patricii a nobis edita, Rer. Hib. t. 1, et ex Vita 3tia ejus, edita a Colgano, c. 55, constat—" Sedisse cordi ipsius Connaciam visitare, et postea circuire totam Insulam." Triade, pag. 77, c. 55.

(15) Guasactum inter S. Patricii Discipulos memorat Tirechanus, in Catalogo SS. Hib. scripto Sæculo viii, apud Usser.

Teffia divisa erat in Australem, quæ dimidiam Westmidiam continebat, et borealem, quæ totam Longfordiam includebat, cujus pars borealis *Angalia* dicebatur, Anglice Annely.

(16) Id est in Brefnia, nunc *Letrim*, ultra flumen Erneum.

A.C.

*Dei fuerit emissus. Alia etiam duodecim minora simulacra ad collum usque, a terra sunt absorpta.* (17)

434 *Trajecto postea Senanno, in Connaciam venit cum Discipulis, ad locum* Duma-graidh, *ubi cum deficerent necessaria ad Divinum ministerium, Divinitus instructus, indicavit Presbytero, subtus terram, Altare, in quodam specu lapideo esse, mirandi operis, in 4 angulis habens 4 Calices vitreos.*

*Veniens inde ad* Mag-glais, *excitavit Basilicam* Kill-mor, (18) *et inde procedens in fines* Corcochland, *quæ Regio jacet inter regionem nepotum* Olilbi, *et montem Bagna, huic ab Austro, illi a septentrione collimitans, fundavit Ecclesiam de* Aill-finn, *et posuit ibi primum* Epm *Assicum, qui fuit Faber ærarius S. Patricii, qui faciebat Altaria, et sacros codices quadrangulares,* (19) *et Pateras quadrangulares, quarum una asservabatur Ardmachæ, alia Ailfinniæ, tertia in Ecclesia de Domhnachmor, Ecclesia S. Felarti* Epi, *in campo* Seola, *in regione de* hi Briuin Seola, *quæ haud parum ab Ailfinnia ad occidentem distat.* (20)—*Ab Ailfinnia, cum Discipulorum multitudine procedens, pervenit ad Regiam Arcem Connaciæ in Magh-Selga, locum amœnum, ubi circumfusa Regio late conspiciebatur, et moram contraxit cum eis, inter tres Colossos, sive edita saxa, quæ Gentilitas ibi in memoriam aliquorum facinorum, vel Gentilitium rituum erexit. In istis saxis Christi tria nomina insculpsit, Jesus, Soter, et Salvator, atque ad marginem lacus Selga exstruxit Ecclesiam de Domhnachmor, in qua Briani Principis Connaciæ filios in Christi doctrina erudivit, et lavacro regenerationis intinxit* (21)

---

(17) Operæ pretium erat hanc narrationem servare, utpote in vetustis de Vita Patricii scriptoribus eodem modo traditam, quo in vita 7ma et in Jocelino, licet diversis verbis, quibus patet omnes ex uno fonte derivari. Miracula non moror.—Absque miraculis barbaros vere conversos inauditum est.

(18) Kill-mor haud longe distat a Senano fluvio, et a loco dicto Jamestown.

(19) Codices quadrangulares eo ipso antiqui censendi sunt, uti notant Mabillonius De Re Diplomatica, Montfaucon Palæogr. et Benedictini in Opere, Nouveau Traitè dè Diplomatique.

(20) Vita Trip. c. 39. Triade, p. 135.

(21) Vita Tripartita S. Patr. part 2, c. 52. Flahert. p. 358, et 375.—Vide dicta supra, pag. 73, not. 41, et 42, pag. 77, pag 89, not. 85, et p. 90 n. 87.—*Amalgadius*, Rex Connaciæ adventante Patricio, fuit Eochodii Muighmedonii ex *Fiachrio* filio nepos, ac *Dathiæ* Regis frater, (ambo ex *Mongruadha* sive *Mongfinna* geniti) et primus fuit Connaciæ Rex Christianus, ut in Vita Tripartita, parte 2, c. 87, Triade, p. 141. Successit ei in Regno Connaciæ *Dathias*, defunctus anno 427. Dathiæ successit filius ejus *Alildus Molt*, defunctus anno 483, Alildo *Duach Gallach*, filius *Briani*, filii *Eochodii Muighmedon*, filii *Muredachi Tirii* de quo supra, pag. 65, not. 24, p. 68, not. 22, et not. 25.

Quatuor extant Catalogi veteres Regum Connaciæ, qui omnes conveniunt *Amalgadium*, Fiachrii filium,

A. C.

Cedna brad Saxan an Erinn. *Chron. Scot. MS. Dublin.* (22)

Prima præda facta a Saxonis in Hibernia. 434

Bresal Righ Laighen, m. e. *Ibid*, (23)

Bresallus Rex Lageniæ obiit. 436

Aois Cr. ceithre ced triocha a hocht. An deachm. bl. do Laogaire senchus 7 fenechus na h Er do glanadh 7 do scriobhadh an tteaclamadh screaptradh 7 seinleabhar h Er co h aonmaighin ar impidhe naom Patraicc. Aciadh and so na naoi sailghe fethaigteacha lasa n dernad ind sin. Laogaire, .i. Ri Er, Corcc, 7 Daire, an triar Riogh; Patraicc, Benen, 7 Cairn, an triur naomh; Ros, Dubtach, 7 Fergus, an triar Seanchadh, amhail dearbus an rann—

Laogairt, Corrc, Daire dur,
Padraicc, Benen, Cairnech coir
Ros, Dubtach, Fergus go feb—
Naoi Sailge sen sencais moir.

*Annal. Inisfal. MS. Dublin.*

Decimo Laogarii, Historiæ et Leges Hiberniæ expurgatæ, et descriptæ ex compilationibus scriptis et vetustis Libris in unum locum collectis, rogante S. Patricio. Hi sunt novem sapientes Auctores qui id opus perfecerunt ibi—Laogarius, i. e. Rex Hiberniæ, Corcus, et Darius, tres Reges; Patricius, Benignus, et Carnechus, tres Sancti, Ross, Dubtach, et Fergus, tres Historici. Sicut docet Distichon vetus— 438

Laogarius, Corcus, Darius strenuus—
Patricius, Benignus, Carnechus mitis,
Ross, Dubtach, Fergus, scientia illustres,
Novem sunt auctores magnæ Historiæ Hiberniæ.†

---

† Extat in Codice Harleiano, No. 432, fragmentum Operis, cui titulus Seanchus mor, At liber est Legalis potius quam Historica, continens 1°. Brehonnicas decisiones in causa Endei, fratris Laogarii Regis, qui Aurigam S. Patricii interfecit, 2do. ordinationes novem Sapientum de instituenda Religione Christiana in Hibernia, quorum 3 fuere Reges,

---

Regem fuisse Connaciæ sub adventu S. Patricii, et ipsum primum fuisse Regem Connaciæ Christianum." Colgan. Triade, p. 280, n. 138.—In hac conversione Regis Connaciæ, &c. conveniunt Veteres Vitæ Patricii editæ a Colgano, cum Nennio, et aliis, in Primord. p. 865. Amalgadium memorat vita antiqua Frigidiani Lucensis Epi. cujus S. Gregorius meminit, Dialogor. l. 3, c 9. Eundem memorant Matthæus Florileg. et Vincentius in speculo Hist. l. 20, c. 13.

(22) Eadem habent ad eundem annum Annal. Ulton. Silet tamen Chron. Saxon. sed vetustiores sunt Annales Tigernachi, qui obiit anno 1088, et Chron. Scotorum nihil aliud est quam Compendium Tigernachi, paucis adjectis, e quo vetere auctore ignoramus.—Vide Descriptiones Codicum his Annalibus præmissas.

(23) Eadem habent Annal. Ult. ad ann. 435, æræ com. 436.—Alium Bresalium, Lageniæ pariter Regem, memorat Tigernachus, supra pag. 65, ad ann. 321.

A.C.

*Secundinus, Auxilius, et Esserninus mittuntur ad Hibernenses*—Acht ni ro gabsad airechus na uachdarus i re Padraicc namha.—Senchus mor do sgribhadh isin bl. anso.

Sed non obtinuerunt præeminentiam vel superiorem potestatem, durante vita S. Patricii. (24)—Opus quod dicitur *Historia Magna*, compilatum fuit hoc anno. Chron. Scot. MS. Dublin. (25)

439 *Secundinus Auxilius et Iserninus Episcopi mittuntur in Hiberniam in auxilium Patricii, nec tamen tenuerunt Apostolatum nisi Patricius solus.* Ita Annal. Inisfal. MS. Bodl. Rawl. No. 501, et apud Usser. p. 1046.

440 *Post septem annos in Connacia transactos, iter direxit S. Patricius in Ultoniam, peragrando oram maritimam a loco* Cill-alaidh, *in regione Tir-amalgad, ad Muadi ostium, ubi Ecclesiam condidit, cui Muredachum Discipulum, primum Epm præfecit; inde per* Tir-fiachrach, *transiens fluvium* Sligeach, *(nunc Sligo) deflectit paululum ad interiora, ad regionem* Mai-luirg, *ad Buellium fluvium, qui e Lacu Techet (hodie Loch Gara) derivatur. Inde, pluribus ad fidem conversis, rediit ad oras maritimas, iter dirigens orientaliter ad regionem de* Glinne, *ubi stirps Eochodii* Muireg-

3 Episcopi, et 3 Literati.—Ad summum marginem paginarum 4, et 11, sequentia leguntur characteribus Ogmiis, de quibus, Vide Rer. Hibern. vol. 1.



(24) De his SS. missis cum S. Patricio anno 432, Vide supra, ad annum istum. Hæc fuit itaque missio eorum secunda. Tirechanus eos memorat inter S. Patricii Discipulos. Idque patet etiam ex Synodo SS. Patricii, Auxilii, &c. edita a Wareo.—Memorantur etiam in omnibus Vitis S. Patricii, scriptis ante adventum Anglorum in Hiberniam, itemque in Annal. Ult. ad ann. 439, Usser. Primord. p. 842, 942, et 1046.

De Synodo Patricii, Auxilii, et Isernini, de variis Codicibus in quibus istius Synodi Canones extant, et de Characteribus in quibus scripti leguntur, Vide Rer. Hib. vol. 1, Indicem ad Prolegomena.

Secundinus Auctor habetur Hymni in honorem S. Patricii "Audite omnes," &c. in Triade, p. 211. Vide infra, ann. 447, et 448.

(25) Vide notam penultimam præcedentem. Extitit Compilatio ista usque ad Sæculum ix, ut in Annal. Ult. et in Annal. IV Mag. Vide IV Mag. Annal. ad ann. 438.

A. C.

reámháir *Principatum tenebat,* (26) *et transiens flumina* Dubh *et* Drobhais, *et* Erne, (27) *in Tirconalliam, ibi in publico conventu reperit carissimum Conallum Gulbanium, Nialli Magni filium, Laogarii fratrem, quem iterum felici benedictione ditavit, pariterque filium ejus Fergusium, e cujus semine S. Columbam nasciturum prædixit. Inde, inclitissimum Eoganium, Conalli fratrem Tireoganiæ Principem, visere desiderans, profectus est, et Principem istum, ejusque filium Muredachum, Christo lucratus, Aulam Regiam eorum,* Aileach *appellatam,* (28) *benedixit, prudixit multos reges et principes ex eis nascituros,* (29) *eosque Apostolica benedictione lætificavit.* (30) 441

*Ex Tir-eogania in regiones Dalriadinorum, et postea Dalaradiorum, illam borealem, hanc orientalem Ultoniæ regionem, aliter* Lech-Cathail *dictam, corrupte* Lecail, *transire decrevit.* 443

*In Dalrieda, regione Antrimense, Fergusium, Erci filium juniorem, benedixit, prædicens eum et posteros ejus, fratribus, et posteris eorum dominaturos, quod et eventus monstravit. Completa est enim prædictio ista in Aedano filio Gabhrani, qui Albaniæ dominium obtinuit, et manu forti posteris servandam occupavit.* (31)

*E regione ista Ultoniæ septentrionalis, iter direxit ad Austrum in Orgialliam,* (32) *ibique Clochorensi Ecclesiæ, quam antea sibi fundavit,*

---

(26) Vita Tripart. l. 2, c. 104, Regionis Glinne in Septentrionali Ultonia, Principatum tenebant eo ævo, Eochodius iste, et Ercus, et Eochodii ex Erco filio nepotes, Fergusius, Loarnus, et Ængusius, qui postea in Albaniam profecti, Regnum Scotorum ibi condiderunt, ut in Colgani nota ad Jocelinum, cap. 137, n. 134.

(27) *Dubh* flumen in Aquilonari Connacia.

*Drobhais* flumen influit in sinum Dungallensem, Connaciam disterminans ab Ultonia, et ex lacu Melve originem ducens.

Erneum fluvium apud *Eassadruaidh*, i. e. Cataractam Rufum, nunc Ballyshannon, qui pariter influit in sinum Dungallensem.

(28) Fuit *Aileach* antiqua Regum Hiberniæ sedes, dicta *Aileach Neid*, tertio lapide a Dorrensi distans Civitate, nec unquam ab *Eoganii* successoribus derelicta usque ad Sæculum 14m.

(29) " Multi Reges et Principes."—Verba hæc indicant partem istam vitæ istius non ante Sæculum xm. scriptam fuisse. (Leguntur in Triade, pag. 145, c. 117.) Ex semine enim Muredachi, filii Eugenii, non prodierunt plures quam 16 Reges et principes ante sæculum istud.

(30) Scriptor Vitæ 7mæ in Triade, p. 145, inquit cap. 118, S. Patricium vaticinasse ex Eugenii semine Reges et Principes multos prodituros, et promissionis istius pignus reliquisse lapidem a se benedictum, super quo promissi Reges et Principes ordinarentur. Lapis extitit usque ad Sæc. xvii. Speed, Map of Ulster.

(31) Vita Trip. ib. p. 147, c. 135, cum Colgani nota ad Jocelinum, num. 144, item Carmen Hibernicum anni 1050, editum in Rer. Hibern. t. 1, et Flahert. p. 465.—De Erico Dalriadæ Dynasta, scribunt Flannus in Synchronismis, et Tigernachus ad ann. 493—" Fergusius Magnus, Erici filius, cum gente Dalriada, partem " Britanniæ tenuit, et ibi mortuus est." Vide infra, ann. 474, et 503.

(32) De Orgiallia. Vide supra, pag. 69, n. 26.

A.C.

*Discipulum Mac-Carthennum præficiens, venit cum sociis ad locum postea* Ardpatraic *dictum, in agro Louthiano, et Discipulo suo Mocthæo, Britanno,*
444 *Louthiam, Hibernice* lugh-magh *dictam, in Sedem Episcopalem et Monasterium concessit. Is primus fuit Louthiæ Eps.* (33)

445 *Postea in loco* Fearta *dicto, a Dario loci Domino ei donato, et paulo ad Orientem Ardmachæ sito, cum suis consedit, et in saliceto dicto* Druim-Sailech *Ardmachanæ Ecclesiæ fundamenta jecit.* (35)

" *Ardmacha fundata est. Ab U. C. usque ad hanc civitatem fundatam* " M.C.XCIV *anni sunt.*" Annal. Ult. ad ann. 444. Æræ com. 445.

*Huc usque Prosper Chronicon suum perduxit, ab obitu nempe S. Hieronymi ad annum 25 postea.*

---

(33) Tirechanus inquit antiquissimam sedem Episcopalem in Hibernia esse Trimensem. Primord, pag. 153, consentiente Jocelino, c. 52.—Certius est, multis postea Sæculis, conditum esse ibi Canonicorum Regularium Monasterium, cujus altissimum Campanile, Cromwelli tempore dejectum, ex parte manet. Ibi etiam Monasterium fuit Dominicanum, fundatum A.D. 1283, prope portam de *Athboy*, ubi sepulchrum Matthæi Hussey, Baronis de *Galtrim*, defuncti anno 1418. Ibi etiam Collegium Græcum, prope Castellum Regis Johannis, cujus rudera manent. Denique ibi fuit Monasterium Franciscanum, ubi F. Plunket Vocabularium Hibernicum compilavit, quod extat MS. in Bibliotheca *Marshea*, Dublinii. Jocelinus inquit Ecclesiam Trimensem conditam fuisse, *anno* 25 ante fundatam Ardmachanam, c. 52, consentitque Vita Tripart. l. 2, c. 3. Tirechanus inquit *anno* 22 ante conditam Ardmacham, Primord. p. 854.—De prima origine Trimmensis Ecclesiæ nihil certi habemus. Non ita de Louthense."

(34) In Libro Sliguntino, sive Ballimotense, inter S. Patricii Domesticos " *Moghta-Lugh*, Sacerdos," 2do loco collocatur, ut in Primordiis, p. 855, itemque memoratur in vetustissimis Litaniis Hibernicis, in Bibliotheca Stowense, a mille annis exaratis; neque alius est " *Proselytus Brito*, homo sanctus, *S. Patricii Discipulus*," quem de S. Columba Prophetasse scribit Adamnanus, in Præf. 2da. in Triade, itemque in H. Canisii Antiq. Lect. t. v, p. 503, Messingham Florileg. p. 145. Memoratur pariter in Annal. Ult. hujus *Mocthæi* Epistola, hanc Inscriptionem præseferens—" *Mauchteus* (al. Mocthæus) *peccator, Presbyter, S. Patricii Discipulus, in Domino* " *salutem.*"—Iidem annales ejus obitum referunt ad " *Ann. C.* 534, *vel* 536, *secundum alios*"—hoc est æræ com. 535, vel 537. " *Dormitatio S. Machti, vel Mochtæ, Discipuli Patricii, xiii. Kl. Sept.*"

(35) In rebus Ultoniensibus accuratiores sunt Annales Ultoniæ quam cæteri omnes. Miror tam fideles inveniri in Rebus Romanis. A Roma enim condita, ut supra, usque ad ann. æræ com. 445, anni 1194, juxta Polybii rationes, revera effluxerunt, et Polybii supputationem *triennio* tantum superat Varronis supputatio, ducta a Palilibus.—IV Magistri Ardmacham conditam referunt ad ann. 457.

Colganus in his referendis in Triade, p. 110, et 662, dupliciter errat, primo in Polybii supputatione 1194, quam bis scribit 1144, et deinde in asserendo annum 457, in IV Magistrorum Annalibus, convenire cum Palilibus, quamvis diversitas a Polybio sit *annorum xii!*

Waræus Ardmacham conditam refert ad annum 455, sed præferenda est auctoritas Annalium Ulton. et Usserii, et præterea Waræus sibi contradicit in eodem loco, uti notat recte Vir doctus, Auctor vitæ S. Patricii editæ in 8°. Dublinii, 1747, pag. 47.

Errant qui Usserii et Annalium Ultoniæ auctoritatem respuentes, Ardmacham conditam referunt ad annum 456, vel 457. Colganus errorem suum advertens, se emendat, pag. 291, Usserii sententiam amplectens, non solum propter authoritates allegatas, sed et insuper, quia in Catalogo Primatum Hiberniæ numerantur S. Secundinus, et S. Patricius, dictus Senior, quorum prior obiit *anno* 448, posterior anno 457, vel 458, Episcopatus sui anno *decimo*.

A. C.

*Bellum* Fremind (36) *ī q. c̄c̄c̄.* Mc Carlind, mc Colboch, mc Neill. *Al. d.n̄t* ar do Cruithneilch do. *Chron. Scot. MS. Dublin.*

Prælium Fremanense, in quo cecidit filius Carlindi, filii Colbothii, filii Nialli. Alii dicunt e Pictis originem traxisse.) 445

" *Picti cum Scottis extremam Insulæ (Britanniæ) partem, tum primum,* 446
" *et deinceps inhabitandum acceperunt.*" Marianus Scotus, anno Theodosii a morte Honorii xxiii.

*Romanorum auxilium Britanni frustra contra Scotos et Pictos implorant, flebili Epistola missa*—" Aetio iii Coss.—*Repellunt Barbari ad mare, repellit* " *mare ad Barbaros, Inter hæc duo genera funerum, aut jugulamur, aut* " *mergimur.*" (37)

*Rem ita narrat Beda*—" *Mittitur Epistola lachrymis ærumnisque referta,* " *ad Ætium iii Consulem, xxiii Theodosii Principis anno, petens auxilium, nec* " *impetrat. Interea fames dira ac famosissima profugos infestat; qua coacti,* " *quidam hostibus dedere manus, alii de montibus, speluncis, ac saltibus strenue* " *repugnabant, ac strages hostibus dabant. Revertuntur Scoti domum, post* " *non multum tempus reversuri. Picti extremam Insulæ partem tum primum* " *et deinceps inhabitaturi detinent.*"

*Hæc enarrans Gildas, inquit*—" *Revertuntur ergo insolentes grassatores* " Hiberni *domum, post non longum (al. multum) temporis reversuri. Picti in* " *extrema parte Insulæ, tunc primum, et deinceps requieverunt, prædas et* " *contritiones nonnunquam facientes.*" (39)

---

(36) Memoratur infra, ad ann. 449, Campus *Femin*, pag. 107, et 108.

(37) Convenit Beda, l. 1, c. 13. Item Hermannus Contractus, ad ann. 446,—" Britanni ab Actio et " Romanis, contra Scotos et Pictavos, (seu Pictos) auxilium implorant, nec impetrant."

(38) Camdenus, a Baronio in errorem inductus, Bedam hic metachronismi insimulat, quod ad annum Theodosii junioris xxiii, tertium Aetii Consulatum retulerit, quem Consulatum ex Fastis constat, in 39 Theodosii illius, et Christi 446 incidisse.—Beda autem ipse, in capitis illius exordio, declarat se Theodosii Junioris regnum, ab Honorii Augusti obitu arcessere.

(39) Hæc evenere anno D. 446, ac proinde annis 57, priusquam filii Erci Coloniam Scotorum e Dalriada Hibernica ducerent in Albaniam A.D. 503. Hoc intervallo durante posteri Scotorum, qui Duce Riada Albaniæ partes occidentales tenuere Sæculo 3tio, adhuc easdem possessiones tenuere, Sæculo 5to, sed absque Rege, usque ad annum 503.

Picti etiam in Aquilonari Britannia eodem intervallo habitabant, sed tum primum, anno 446, et deinceps, non solum habitabant, sed *requievisse* narrantur, i. e. a diris suis vastationibus cessavisse, ut Beda Gildam explicat, l. i, c. 14 " *cessavisse vastationem hostilem.*"

Notandum est præterea, cum Polydoro Virgilio, ad hunc Gildæ locum, et cum Usserio, p. 609, " *Scotum*

A.C.

*Britanni Regem sibi præficiunt Vortigernum. Bed. l.* 1, *c.* 13, 14.

447 *Transfretavit in Britanniam hoc anno S. Patricius, et contribulium suorum plures, Pelagiana et Ariana hæresi infectos, ad viam veritatis reduxit. Multos deinde Literatos et religiosos sibi coadjutores in Hiberniam adsciscens, in reditu Manniam Insulam visitavit, ibique Discipulum suum Germanum Episcopum instituit, cui successerunt Conindrus et Romulus, et quartus Eps Mac Caldus.* (40)

*Manniam æque ac Hiberniam, hoc tempore, a* Scotorum gentibus habitatam, *scribit Orosius, l.* 1, *c.* 1.

*Meroveus Clodionis filius, tertius Francorum Rex, regnare cæpit.* (41)

448 *S. Secundinus (vel Sechnal) qui hymnum in laudem S. Patricii composuit.* (42) *Episcoporum Hiberniæ omnium primus obiit in terra illa, et apud Ecclesiam suam,* Domhnach Seachlain, *sepultus est, anno ætatis lxxv.* Annal. Ult. *ann.* 447, *æræ C.* 448.

*Post Secundini obitum, habita videtur Synodus Patricii Auxilii et Iffernini, anni incerti, cujus adhuc supersunt Canones in vetusto Codice Cottoniano, e quo characterum specimina æri incisa, edidimus jam in Rer. Hib. tomo* 1. *(Vide infra, ann.* 469.*)*

---

" *Hiberniæ indigenam fuisse,*" unde qui a Gilda *Hiberni* a Beda *Scoti* appellantur, et præterea Scotos qui, anno 446, in Hiberniam suam reversi sunt, inde post non multum tempus reversos, sedes rursus in Boreali Britannia posuisse, unde quemadmodum Britannia nomen Angliæ ab Anglis assumpsit sæculo ix, et Gallia a Francis accepit nomen Franciæ, et Galliæ pars magna Normannia dicta est a Normannis, et Armorica parvæ Britanniæ nomen accepit sæculo v, ita a Scotis, concurrentibus sæculo quinto et sequentibus in Albaniam, pars ista Britanniæ, cujus Incolæ Hibernica lingua utebantur, Scotiæ nomen assumpsit, Sæculo xi.

(40) Ita Jocelinus ex antiquis, c. 26. et 92. Probus inquit Conindrum et Romulum primos fuisse Manniæ Episcopos, l. 2, c. 11, et deinde Mac Caldum, consentit Vita 4ta in Triade, c. 81, itemque Vita tripartita. quæ silent de Germano. Silet et Chronicon Manniæ, cujus exemplar videre licuit in Cotton. Jul. A. vii, fol. 30. Incipit autem Chronicon istud a Regno Canuti, et de Insulæ antiquitatibus tacet omnino. De Germano quidem silent veteres præter Jocelinum, sed non valet illatio nunquam extitisse, quia non memoratur ab aliis. Plures consuluit Codices Jocelinus, qui non amplius extant. Mannenses ad fidem a S. Patricii Discipulis conversos conveniunt omnes, et in Vita Tripartita legimus " Maccaldum venisse in Manniam, " sive Euboniam, olim Druidum et Gentilium Vatum, postea, *ab adventu S. Patricii*, Christi Mystarum et " Monachorum secessu et sede, nobilem claramque Insulam." Confer Seacome Hist. of the Isle of Man, Liverpool, 4to, 1721.

(41) Greg. Turon. l. 2, c. 7, ed Bouquet. Petav. Doctr. Temp. l. xi, c. 2. Art de verifier les dates, t. 1, p. 531.

(42) Auctorem Argumenti istius Hymni, a Colgano editi, *antiquum* Scriptorem Hibernum appellat Usserius, p. 825, Jocelin. c. 177. Waræus de Script. Extat etiam in Antiphonario Benchorense, scripto a mille et amplius annis, de quo vide Rer. Hibern. t. 1. Ep. Nunc. p. 174, confer Primord. p. 924, 942.

A.C. 448

*S. Germani 2da Legatio ad Britannos, et obitus pridie Kal. Aug.* (43)

*S. Patricius per Midiam et Lageniam Dublinium pergens, Dunlangi Regis Lageniæ filios baptizavit, et Aquilonaribus Lageniensibus, quibus Rex iste præerat, Episcopum nominans Auxilium, (cujus Sedes* Cill-Uasail *in agro Kildarense, nomen ejus usque hodie retinet,) in Australi Lagenia* Hi-Cinnsealach *dicta,* Fiachum, *Dubtachi Poetæ Discipulum,* Epm *pariter ordinavit, sedem Sleibhtiensem, prope* berbham *fluvium, in campo Albo, ei assignans, ubi suæ Vitæ sanctissimæ cursum consumavit.*

*Hymni Fiachiani, editi in Rer. Hib. t.* 1, *vetus Scholiastes Fiecho et ejus Successoribus in Sede Sleibhtiense, totius Lageniæ Archiepiscopatum collatum fuisse asserit. Sed vetustior Cogitosus, Kildariam suo tempore Lageniæ Metropolim fuisse declarat,* (46) *quod et scriptor anonymus Vitæ S. Brigidæ confirmat.* (47)

*Senex Patricius, Hibernice* Sen-Padraicc *dictus, Magni Patricii Domesticus,* 449
*et in itineribus socius, hoc anno Glastoniam petiisse videtur. Hunc non raro cum Magno Patricio confundunt incauti.—In Annalibus Ulton. obitus ejus refertur ad ann. æræ com.* 458, *et Giraldus in Topogr. Hib. Dist.* 3, *c.* 17, *ambos confundens, Patricium Apostolum Hiberniæ inquit eo anno obiisse. Alii pariter errantes, Apostolum Patricium Glastoniæ obiisse, ibique sepultum esse hallucinati sunt.*

*E Lagenia in Momoniam pergens, per Ossoriam intravit Patricius in regionem* Desiorum, *ubi Ængusius, filius Nadfrachi, eum gratulanter excepit, in Campo* Femen, *unde adduxit eum ad Civitatem suam Regalem* Casseliam, *in regione Eoganacht, ubi afflante gratia, baptizatus est Rex, et plurimi cum eo.* (48)

---

(43) Bed. l. 1, c. 21, Constantius in Vita S. Germani, l. 1, c. 5, et l. 2, c. 1, item Erricus in Vita Metrica ejus.

(44) S. Patricii Iter Dubliniense memoratur in vetere Carmine Hibernico, servato in Libro Sliguntino, quod S. Benigno S. Patricii Discipulo tribuitur, quæ, Usserio asserente, pars esse videtur operis illius de Vita Patricii, cujus meminit Jocelin. c. 186. Primord. p. 862.

(45) Vita Tripart. apud Usser. p. 864, et in Triade.

(46) Cogitosus ed. Canisii, Antiq. Lect. t. 5, p. 626, et 641.

(47) Anmchadus auctor fuisse videtur, ut in Colgano, MS. apud Usser. p. 627. Alii tamen Fernensem Ecclesiam eo tempore Metropolim constituunt, ut in Vitis vetustis S. Aedani sive Moedogi, primi Fernensis Epi. et in vita Molingi apud Usser. p. 864. Titulum Archiepiscopi quod attinet, non alio sensu ab his scriptoribus usurpatur, quam a Beda et aliis ejusdem ævi scriptoribus.

(48) Æengusii prædecessores Ethnici, in his annalibus memorati, sunt—1. *Eochoid Abrathruadh,* et *Tigernach*

Digitized by Google

A.C.

449 *Declanus primus Desiorum Eps. in Ardmorense Ecclesia, in Imelacense Albeus primus Momoniæ Archiepiscopus constituti sunt, juxta Distichon vetus Hibernicum, in Albei vita servatum his verbis, Primord. p.* 866.

Ailbe umhál, Pátric Mumhán mo gách rách,
Declán Pátric nán Deiri, ná Deiri ág Declán go brách.

Albeo humili Patricius Momoniam tribuit totam,
Declano Patricius Desios tribuit. Desii Declano in æternum.

*Deinde Cieranus Sagirensis, et Ibarus, qui eo tempore vagi erant in Momonia, absque fixis sedibus, sese S. Patricio subdiderunt.*

451 *Anglosaxones a Vortigerno in Britanniam acciti, cum hostibus feliciter conflixerunt. Bed. Hist. l.* 1, *c.* 15.

*Hostes istos Scotos fuisse, narrant Ethelwerdus et Malmesburiensis,* (49) *Pictos simul et Scotos fuisse, Huntingtonensis, et alii tradiderunt.*

S. Cenanus, *Puer Connaciensis, Obses Regi Laogario traditus, sed S. Ciarani Episcopi opera liberatus, et fidei rudimentis a Nathano cruditus, postea Gallias adiit, et in S. Martini Monasterio habitum Monasticum induens, his temporibus celebratur.* (50)

---

*Tedbannach*, p. 11, et 20.—2. *Curoi mc Daire ib.*—3. *Lugad mac Conrol*, p. 14.—4. *Eogan mor*, p. 33 —5. *Oliol Olom*, p. 37, 39, 41, 51.—6. *Fiach Muillcathan*, p. 42, et 52.—7. *Conal-Each-luaith*, p. 77–8.—8. *Enna airgtheach mc Conaill Eachcluaith*, p. 78, et 80.—9. *Cormac Cas* a quo *Dal-Cassii*, ibi.—10. *Corc.* p. 80.—11. *Nadfrach mc Cairc*, Deinde Aengus.—Ængusius Nadfrachi filius, Rex Momoniæ, *Moy-Femen* campum, a Surio ad *Corcoethrach*, dictum *Maghaire Caisil*, Clonmelam continentem, Desiis addidit, repugnantibus Ossoriis.—Supradictis Momoniæ Regibus adjungendus est *Mogcorbus*, Olilli Olom ex Cormaco filio nepos, qui in prælio Gaurano occubuit anno 390.

Olillo Olom Regi Momoniæ, successit filius ejus Cormac Cas, et post eum Fiach Muillethan, Olilli nepos, regnante Cormaco Conallus Mean Conalli Each-luath pater, terras inter Limericum Urbem et Elgam montem, quas Comitatum Clare dicimus, fluvio Senanno a Momonia, et sinu Galviensi a West Connacia separatas, Connacia ademptas, Thuamoniæ, i. e. Borealis Momoniæ nomine, sibi et posteris Dal-cassiis acquisivit.—Dalcassiorum itaque fines a Cucullandi saltu, prope Oceanum Senanno Occidentalem, in Thuamonia, àd Ossoriæ limites, et ab Ectga monte, in agri Galviensis confinio, ad Eblinnam montem protendebatur.—Cassius Conalli ejusdem filius, a Nutricii fabri dolabra Mac-*tail* cognominatus, Dalcassiorum stirps fuit, a quo etiam posteri *Clan-tail* dicti fuere.

(49) Gesta Reg. l. 1. c. 1. Bed. l. 1, c. 15.—"Anno ab *Incarnatione* Dni. 449, Marcianus cum Valentiniano "46us. ab Augusto regnum adeptus, septem annis tenuit. Tunc Anglorum sive Saxonum gens, invitata a "præfato Rege (Vortigerno) Britanniam tribus longis navibus advehitur. Verum quum ante annum "proxime sequentem, Marcianum Imperium non iniisse constat, vel ad annum 450, cum Florentio Wigorn. "eorum adventus potius fuisset referendus, vel ut in vulgati Mariani Scoti Chronico ad ann. 452" Usser. Primord. p. 405.

(50) Excerpta ex Vita ejus in Primord. p. 1070.

A. C.

*Attila cum Hunnis Romam tendens, S. Leonis interventu, recessit.*— 452

| | |
|---|---|
| Cathrannadh mor ria Laegaire mc Neil for Laighnibh. *Chron. Scot. MS. Dublin.* | Prælium ingens gestum a Laogario filio Nialli contra Lagenienses. |

*S. Brigida Kildarensis nascitur in* Feclaid, *vel* Fochard, *villa in agro maritimo Louthiano, dicto* Machaire Conaill Muirthumhne. (51) *(i. e. Planities Conalliorum maritimorum, in agro Louthiano.)* 453

| | |
|---|---|
| Feis Temhra la Laegaire mc Neill. *Chron. Scot. ib.* | Enceniæ sive Comitia Temorensia habita hoc anno a Laogario filio Nialli. (52) |

*Anglosaxones, stipendia parce a Britannis suppeditata causantes, inito ad tempus fœdere cum Pictis, in Britannos arma vertere incipiunt, ut in Gilda, et plurimi Britannorum transmarinas petentes regiones, Duce* Riovalo, *qui Apollinaris Sidonii* Riothomus, *et Jornandis* Riothimus *est, Aremoricam, ab eis postea Britanniam minorem appellatam, subjecerunt.* (53)

*Mors* Enna mc Cathbotha. (54) Chron. Scot. MS. Dublin. 455

*S. Patricius, S. Benignum in Sede Ardmachana successorem suum statuit, vel potius Coadjutorem.* (55)

*Valentinianus dolo occiditur in Campo Martio, anno Imperii xxxi. Gisericus Roma potitus, Vasa sacra aurea et argentea, lapillis pretiosis ornata, ad*

---

(51) Ita Conchubranus scribit in vita Monennæ, l. 2, Usser. p. 705, Chronicon Scottorum Brigidæ nativitatem refert ad ann. 439, itemque Clinnus. Sed Annales Ulton. longe accuratiores, ejusdem Brigidæ obitum, *anno ætatis* 70, referunt ad ann. 523.—Brigidæ vita, a Brogano-pio scripta fuit, vivente Ultano de Ardbraccan, qui obiit anno 657. Cogitosus scripsit Sæculo vi, vel vii, incunte.

(52) Vide supra, ann. 433. p. 96, et Rer. Hib. t. 1, Indices, voce Druidæ.

(53) Vide supra notam, ad ann. 372. Confer Primord. p. 418, ad 423, et 1008, Cluver. Vita antiqua Wingua loci MS. in Cotton.

(54) Suspicor Endeum fuisse, qui in Aranicis Insulis Monasteria condidit, ibique floruisse dicitur tempore adventus S. Patricii in Momoniam, ut in Vita Albei in Primord. p. 867--8. Si ita, obiit juxta Annal. Ulton. anno 457.

(55) Catalogus vetus Præsulum Ardmachanensium, editus ex Cormaci Casselensis Collectionibus, in Primord. p. 874. Ita etiam Annal. Ult. et Probus, et Tirechanus in Primord. 875. Malmesb. in Prologo ad Antiq. Glaston. inquit " et *Vitam b. Patricii*, et *Miracula Venerabilis Benigni*" a se conscripta fuisse. Sed in Successionis Ardmachanæ ordine, veterem Momoniensium Catalogum successorum S. Patricii, a Cormaco, Cuilenani filio, Rege et Episcopo Casselense, conservatum, sequi visus est Malmesburiensis, potius quam Annales Ultonienses, notante Usserio, in Primord. 4to, p. 876, Benignum enim *tertium* Ardmachanum Antistitem numerat his verbis—" Anno cccclx, S. Benignus venit Glastoniam. Hic Discipulus S. Patricii, et " successor in Episcopatu ejus *tertius*, in Hibernia fuit, quemadmodum eorum gesta testantur."

456 *usum Ecclesiæ Romanæ, in Africam transtulit, et inter alia, vasa quæ Vespasianus et Titus ex Hierosolymis asportaverunt.—Theophanes.*

*De Paschate hujus anni dubitatione exorta, Proterius Alexandrinus docuit* vii Kal. Martii *celebrandum, ut in Epistola ejus, edita a Petavio in Doctrina Temp. l. 2, c. 64. Cassiodor. Inst. Div. c.* 17.

457 *Childericus Meroveo successit, Rex quartus Francorum. Petav. ex. Greg. Tur. &c. Gildas Albanius, ætatis anno xxx, Aremoricam petiit,* Imperante Francis Childerico, *et septem annis in Gallia remansit, ut in Caradoco, et in MS. Floriacense. Gildam tum* juvenem *fuisse scribit Caradocus,* (56) *ut in MS. Cotton. Primord. p.* 442.

458 Kl. v. Cath Athdara ria Laighnibh for Laoghaire mc Neill, *in quo ipse captus est, s. t. dimisssus ? jurans per Solem et ventum se boves eis dimissurum. (i. e. Prælium vadi Quercuum, (hodie Athdare) gestum a Lageniensibus contra Laogarium filium Nialli, in quo ipse captus est. Sed tunc dimissus est, cum jure jurando, per Solem et Ventum se obstrinxisset, tributum Bovinium dimittere eis.)* Chron. Scot. MS. Dublin.

*Senex Patricius Glastoniæ obiit*—" *cujus obitus et locum, et tempus, ad* " *magnum nostrum Patricium, cui ille Domesticus erat, alii* temere *transtu-* " *lerunt.*" (57) *De eo, in Catalogo Domesticorum Patricii, vetustissimis versibus Hibernicis exarato, hoc refertur elogium*—

| | |
|---|---|
| Sean Padraic sochla, slogach,—ceand a sruithi senorach. | Senex Patricius mitis, multos (ad Ecclesiam aggregans,)—Caput sapientum Seniorum ejus. |
| 459 Kl. *vi.* Cath Athdara for Laoghaire ria Laighnibh *quibus* Crimthan *tunc præerat.* (58) *Annal. Inisfal. MS. Dublin.* | Prælium Vadi Quercuum contra Laogarium filium Nialli, gestum a Lageniensibus, quibus Crimthan tunc præerat. |

(56) Monachi veteres Juventutis *initia* deducebant ab anno xxx, ut in Irenæi libro 2, non cap. 39, ut scribit Usser. sed cap. 22, p. 148, in ed. Maurina, fol. Paris, 1710. Sic S. Columba navigans ex Hibernia anno ætatis 42, *juvenis* appellatur ab Adamnano, l. 3, c. 4.

(57) Primord. p. 1113. Annal. Ult. ann 457, æræ com. 458. Annales Connaciæ id male referunt ad 454, ut in Primord. p. 895. In Chronico Scotor. MS. Dublin, lego ad ann. 457, "*Dormitatio Sci Senis Patricii* Epi." et in margine, manu Flahertei, "i. e. Glastoniensis Ecclesiæ." Glastoniæ obiisse narrat Vita Dunstani scripta a coævo, apud Usser. p. 107.

(58) Colganus in Triade, p. 477, n. 10, IV Magistri et omnes qui Laogarii initia deducunt ab anno 428, et xxx tantum annos ei tribuunt, obitum ejus referre eo ipso coguntur ad annum 458, vel 459. Sed qui 34 annos

A.C.

Morr Laeghaire mic Neill ic Greallaig-Daiphil for taebh Caissi i Maigh Life idir na da chnoc .i. Eire 7 Alba anmand, a rata re Laighnibh .i. grian 7 gaoth ro marbsad e and. *S. Poeta dixit.*

Adbath Laoghaire mic Neill,
For taebh Caissi, glais a tir,
Duile De ad re gaib ratha
Tugsad dail an bais don righ.

*Chron. Scot. MS. Dublin.*

Mors Laogarii filii Nialli, apud Greallach Daifil, prope regionem Cassiorum in Campo Liffiense, inter duos Colles *Eire et Alba* dictos. Communiter dicitur inter Lagenienses Solem et Ventum interfecisse eum ibi. Sicut Poeta dixit— 463

Occisus est Laogarius filius Nialli,
Prope Cassiam—Regio virida est ista,
Elementa Dei quorum temeravit jusjurandum,
Pœna debita mortis Regem affecerunt.

*Laogario successit Alildus Molt, (non* Nathi *filius, ut bis scribit Usserius, p.* 947, *et in Indicc, sed* Dathiæ *filius, Fiachrii nepos,) annis xx, Rex Hiberniæ et Connaciæ, usque ad prælium Ochanum anno* 483.

Kl. Oilioll Molt fiche bliaghain, gur torchair ac caith Ocha le Lughaid mic Laoghaire, 7 le Muircheartach mic Earca, 7 le Fergus Cerrbheoil mic Connail Creamhthainne, 7 la Fiacha Lonn mic Caelbha Righ Ula.—*Annal. Inisfal MS. Dublin.*

Olildus Laudabilis xx annis, donec occisus in prælio Ochano, a Lugadio filio Laogarii, et a Murchertacho filio Ercæ, et a Fergusio Cerbeolio filio Conalli Crimthani, et a Fiacho Acerbo, filio Coelbadii Regis Ulidiæ. 463

*Victorius Aquitanus, rogatu Papæ Hilarii, Cyclum Paschalem composuit, cujus meminit S. Cummianus Abbas Hibernensis, in Epistola ad Segienum, in cujus Prologo inquit, Cyclos omnes hactenus editos, ab intento scopo deficere. Victorii Cyclus erat annorum* 532, *medius incedens inter Latinos et Alexandrinos. Neomeniam enim citimam Paschalem in die* 7 *Martii collocat, biduo ultra Latinorum limen, et uno die* citra *Alexandrinum. Cum Latinis Lunam xv Martii a Paschalibus solemniis penitus exclusit, unde, cum iisdem, Paschalem terminum ad Lunam xxii. prolongavit.* (59) 463

---

integros eis tribuunt accuratius, obitum ejus referunt ad ann. 463, ut facit Usserius, p. 947. Vide supra, ad ann. 458.

In imo Margine folii 15 MS. Dublin Chronici Scot. hæc leguntur manu Flahertei—"*Amalgad mc Fiachra Ri* "*Connacht* mortuus est *.i. ced Righ Connacht iar ccredimh.*"—(Amalgadius filius Fiachrii Rex Connaciæ mortuus est, id est, primus Rex Connaciæ post fidem.)

(59) Hac ratione, nullum terminum otiosum in suo Cyclo admisit, uti perperam ei exprobravit Petavius, in

A.C.

463 *Hilarus Papa, Victorii Cyclum amplectens, Pascha xi Kal. Mau hoc anno celebravit. Itaque non a Romanis in Paschate celebrando secesserunt Hiberni; sed utrique a recta doctrina temporum, Cyclis erroneis inducti, aberrarunt.*

*Victorii Cyclum ex Gallia, Hiberni Sæculo vi introduxisse videntur. Ejus usum in Gallia notat ad ann.* 541, *Bucherius, c.* 10*; in Hibernia auctor Hibernensis Anonymus Sæculi vii, in opere de Mirabilibus S. Scripturæ, edito in t.* 3, *operum S. Augustini.*

*Victorii Cyclum, imperfectum in designando* die *Paschali, perfectum in statuendo* mense, *Dionysius Exiguus Sæculo vi emendavit, cumque sic emendatum, non nisi duobus Sæculis post S. Patricii in Hiberniam adventum, Romani receperunt. Nullo xix. ali Cyclo usque ad Leonis Magni tempora usos fuisse, testes sunt S. Ambrosius, in Ep. ad Episcopos Æmiliæ, Paschasinus Lilibetanus, Victorius, et Dionysius Exiguus, qui omnes Decennovenalem Cyclum, ut Alexandrinis proprium, et peculiarem declarant. Anatolius Alexandrinus, Anatoliæ in Syria Eps̄, primus fuit Christianus, qui, Imperante Probo, Cyclo Metonico usus est, ut Neomenias Paschales, juxta Calippicam Metonici emendationem indicaret. Postea Alexandrina Ecclesia eandem sibi propriam*

---

not. ad Epiphan. Hær. 61, p. 198. Nam cum citima neomenia *die 7 Martii* iniret, luna xv incidebat in diem Martii xxi, quæ luna non esset (juxta Victorinum) Paschalis, Pascha enim *semper* post diem æquinoctii, a Synodo Nicæna statutam, in Victorii Cyclo designabatur, secus ac præstabat Latinus Cyclus annorum 84, in quo Dominica Paschalis indicebatur in die Martii 21.

Præterea, in die assignando *tardissimæ Neomeniæ Martii* (secus ac in citima statuenda fecerat) *biduo* citra Alexandrinum terminum, *uno* vero die ultra Latinum terminum, eamdem ad *diem 3m Aprilis* affixit, ita ut, quoties Luna xv in Diem Dominicam, Aprilis 17, incideret, Pascha in Dominicam diem 24 Aprilis, Dominicam nempe proxime sequentem, prorogaretur. Id patet ex Victorini Cycli anno 512, ubi, signata Luna 27, in Kal. Jan. *die Sabbato*, Pascha indicitur viii Kal. Maii, *Luna xxii.*

Annus is erat C. 539, quo in Cyclo Alexandrino, aureus Numerus viii, prodit Neomeniam Paschalem die 5 Aprilis, Lunam vero xiv, die Aprilis 18, feria 2da. Cyclo Solis xvi, Lit. B. Pascha denique die April. 24, *Luna xx*, quæ luna cum in Victorino Cyclo numeretur *xxii*, ejus Neomeniam biduo ante Alexandrinam methodum requirit, nempe *a die 3 Aprilis*, a qua nullam Neomeniam Paschalem Alexandrini numerabant. Itaque Victorius in Neomeniis disponendis, ab Alexandrinis et Latinis discessit. Nam cum isti a 5 die Martii ad 2 Aprilis, illi ab 8 Martii ad 5 Aprilis Neomenias Paschales propagarent, utrique spatium dierum xxix extendentes, cavi mensis Lunaris rationem habuere. Victorius autem earumdem Neomeniarum spatium a 7 Martii ad 3 Aprilis porrigens, Neomeniarum situm intra dies xxviii restrinxit, et limine ac meta primi Mensis Nisan, ea methodo promovens, omnes evasit difficultates quoad mensem Paschalem, in quibus Cyclus annorum 84 Latinos hactenus tenuit implicatos. Sunt qui putant Christum Dnm. Paschatis celebrandi diem legitimam anticipasse Sed *primo die Azymorum* Pascha celebrasse Evangelistæ testantur, quæ erat xiv primi mensis incipiens ad Vesperam.

A. C.

*fecit, et Nicæna Synodus Paschalis festi indicendi curam Alexandrino Eps commisit, ut in Leonis Magni Ep.* 64. (60)

Conall Gulban mc Neill naoi n giall, ottatt Cenel Cconaill, do mharbh la' sean tuath Maighe slecht iarna fagh-bhail imbaoghal, 7 a adhnacal isFiodh-nach Maighe Rein, la naomh Chaillin amhail airneidhes beata an Naomh remhraite.

Conallus Gulban, filius Nialli Novi-obsidum, a quo nomen habet familia de Tir-Connel, occisus est a vetustis incolis Campi adorationis, cum invenissent eum periculis circumventum, et sepultus est in Fiodhnachense Ecclesia Campi *Ren*, per Sanctum Callinum, uti narrat Vita Sancti istius. (61) 464

Feis Temhra la Oilill Molt. Eoghan mc Neill naoi giall. ottatt Cenel n Eoghain, do ecc do chumhaidh Chonaill Ghulbain m. Neill naoi giall, 7 a adh-nacal in Uisge Chaoin in Inis Eoghain dia n ebradh—

Adbhath Eogan mc Neill re deor—
ba maith a mhaoin.
Tre ecc Chonail na celeas cruaidh—
Go srull a uaigh in Uiscce Chaoin.

Encœnia Temorensia habita ab Olillo Molt.—Eoganus filius Nialli Novi-Obsidum, a quo nominatur familia de Tirone, obiit mærore propter obitum Conalli Gulbanii, filii Nialli Novi-obsidum (fratris sui) et sepultus est in Uisge Chaon in Inis-Eogan, juxta Carmen— 465

Obiit Eoganus filius Nialli præ mœrore—
Bonæ indolis erat is,
Propter obitum Conalli facinorum difficilium—
Sepultus jacet in Uisge Chaon. (62)

Criomthann mc Enna Censel. Ri Laigen, do mharbh la mc a inghine b. dein .i. Eoch guineach do uibh bairche. *Annal. IV Mag.*

Crimthanus filius Endoi Censelach, Rex Lageniæ, occisus est a filio filiæ propriæ, i.e. ab Eochodio Guineach, de Hi Barchiis. (63)

(60) Erronee de Dionysiano et Victorino Cyclis scripsit Scaligerus, de emendatione Temp. pag. 154 —"Anno "C. 526, Cyclum Victorini recensebat Dionysius, incipiens suum Cyclum ab *anno ultimo* illius, i.e. ab anno 532," et pag. seq. 155, de eodem Dyonisio ait—"Continuavit autem totam periodum ad ann. 1063, ut ait Beda." Falsa sunt hæc. Non enim Victorii. sed Cyrilli Cyclum a Dionysio recensitum constat. idque non anno 526 sed 525.—Rursus, Victorina Periodus non desinit anno 532, sed anno 559, cum initium ejusdem non colligatur a natali Christi, ut putavit Scaliger, sed a Christi *passione*. Annus primus Cycli Victorii signatur ab eo *Bissextilis, Kal. Jan. fer. v. Pascha v. Kl. April. Luna xvi.* Atqui quatuor isti Characteres annum designant æræ com. 28. Jam vero annus abinde 532, ultimus Cycli Victorii, fuit Christi 559.—Denique Dionysius non continuavit periodum annorum 532, ad ann. 1063, neque id ait Beda, qui semetipsum id fecisse declarat. De rat. Temp. c. 63. Vide supra, ann. 410.

(61) Callinus Episcopus erat, et Abbas *Fiodnachensis* in Brefnia. Acta ejus Hibernice scripta, penes se habuit Colganus, ut in Triade, p. 449. De campo *Ren*. Vide Indicem.

(62) Uisge Chaoin Ecclesia erat Diœcesis Derrensis. Triade, p. 497.

(63) De anno obituale Crimthani hujus, juxta Chron. Scottor. et alios, vide infra, annum 482–3.

A. C.

465 *Benigno, S. Patricii adhuc viventis, in Sede Ardmachana successori, sive coadjutori, succedit* tertius *Ardmachanus* Iarlaith mac Trein; *Benigno discedente Glastonium, Episcopatus sui anno x.* (64)

466 Feis Teamhra la h Oilill Molt. *Chron. Scot. MS. Dublin.*

Comitia Temorensia habita a Rege Olildo-Molt. Annal. Ult. MS. Bodl. ann. 454 et 468. (65)

*Tertius Cyclus annorum* 84 *incæpit anno hoc.*

467 *S. Brigida Monasticam vitam aggreditur, Hibernensium prima.* (66)

468 *Benignus, Eps Ardmachanus, vivente adhuc S. Patricio, obiit Glastoniæ, ubi et sepultus est.* (67)

469 *Iserninus Eps mortuus est.* (68)

470 Dorndgal Bri-Ele ria Laighniu for Oill: Molt. *Chron. Scot. MS. Dublin.*

Pugna Bri-Eliensis, a Lageniensibus victoribus gesta contra Olildum Molt.

471 *Doccus Episcopus, S. Britonum Abbas, hoc anno obiit.* Annal. Ult. (69)
*Germanno primo Manniæ Episcopo defuncto, duo successores a S. Patricio*

---

(64) In Chron. Scotor. MS. Dublin. Benigni obitus refertur ad ann. 461. In Annal. Ult. refertur ad ann. 467, æræ com. 468, ut infra ad ann. istum. Tirechanus eum appellat "Benignum *Successorem Patricii* "*in Sede Machia.*" Primord. p 876. Vide supra, p. 109, not. 55.

(65) De Comitiis Temorensibus et Taltinensibus, vide supra. p. 96, ann. 433, et Rer. Hib. t. 1, Indices vocibus *Taltin, Temorath, Druidæ, Annus*, item Annal. IV Mag. anno Mundi 3922, pag. 32.

(66) Ita Cogitosus, Anmchadus, et reliquæ Vitæ Veteres S. Brigidæ in Triade. Item Primord. p. 643. 1030, et 1031. A duobus SS. Episcopis, S. Patricii Discipulis, velatam fuisse, scribit vetus Scriptor Actorum Brigidæ, qui in Vitis Sanctorum, Lovanii editis anno 1485, inquit. "Tirechanus Patricium Ecclesiam "ædificavisse notat *in Capite Carmelli, in Campo Teloch*, in qua S. Brigita pallium cœpit sub manibus *filii Cuilli*, "*in Huisneach Midi*," et quia in Mannia ejusdem nominis Epm, a Patricii Discipulis ordinatum, Vitæ Patricii Scriptores enarrant, inde opinio de S. Brigida a Sodorense Episcopo velata, videri possit originem traxisse. Usser. p. 1031.

(67) Vide supra, not. 64, et 55, ubi de S. Benigni Carmine Hibernico, servato in libro Ballimotense et Sliguntino, ut in Primord. p. 848--9. Annal. Ult. silent de Ardmachana successione Secundini et senis Patricii, *Benignum* 2dum scribentes, et Jarlathum *tertium*, quibus et nos adhæremus infra p. 118, 130, n. 26, 136, n. 33.

(68) Iserninum memorant non modo Annal. Ult. ann. 439, et Inisfal. sed et vetus Canonum Codex Cotton. a 900 annis exaratus. cujus characterum specimina, æri incisa, edidimus in Rer. Hib. t. 1. Sequitur ex dictis supra de obitu ejus, Synodum Patricii Auxilii et Isernini, habitam fuisse ante ann. 469.

(69) In vetere Catalogo sanctorum Hiberniæ edito ab Usserio. Primord. p. 952, legimus "Secundi ordinis "Sanctos, ritum celebrandi missam accepisse a SS. Viris de Britannia. i. e. a S Davide, S. Gilda, et S. Doco." Sed Doco de quo supra agitur, posterior fuit Docus hic, ut ex temporibus diversis manifestum est.

A. C.

*ordinati sunt, Conindrus et Romulus, quibus postea successit Mac-caldus, (Mac Call) a Maccutheno* Mac Cuil *dictus, ut in Primordiis, p.* 1031, *a Jocelino* Mag-guil, *a Probo* Mac Fil, *in Vita Tripartita* Magail.

*Erci, Dalriedæ in Ultonia Principis, nuper defuncti, filiis hæreditatem inter se, ad exclusionem junioris* Fergusa, *dividentibus, S. Patricius ab eis portionem ei debitam obtinuit, in qua* Derkanensem *Ecclesiam condidit, et* Fergusio, *qui locum istum Deo dicavit, non solum totius* Dal-Riadæ *Hibernicæ Principatum, sed Britannicæ quoque Dalriadæ Regnum accessurum prædixit.* (70) 474

*Sedulius Poeta hoc tempore floruit, Hibernensis juxta Usserium.* (71)

---

(70) Jocelin. c. 137, Primord. p. 610, et 951. Sequentia avi mei manu Hibernice scripta, leguntur in margine Primordiarum Usserii, in Bibliotheca Stowense, pag. 1117.—

"*Ecc Eirc timcheall na bl. na 473, madh fier so.—Genn. Loairnn mar sin timcheall 450, agus a aeis an tan ro ecc*
"*63 bl. agus 53 bl. a aeis ag imteacht go h Albain, 7 genn Earca a i. e timcheall 460, agus a posadh re Muircadach m·*
"*Eog. mc Neill-Navi n Giallach timcheall 484 Agus genn Muircceartach (mc Earca 7 Muireadaigh) R. E. 485, agus*
"*aeis an tan ro ecc timcheall 48 bl.—Ta sin anuas na dhroch thuirmhedh gan amhrus.*"

(i. e. Obiit Ercus annum circiter 473, juxta rationes has Usserii. Natus est Loarnus juxta easdem, annum circiter 450, et obiit anno ætatis 63, et transivit in Albaniam anno ætatis 53. Nata est Earca, filia ejus, annum circiter 460, et matrimonio juncta fuit cum Muredacho filio Eogani filii Nialli Novi-Obsidum, annum circiter 484, et natus est Murcertachus, filius Ercæ et Muredagi, Rex Hiberniæ, anno 485. Ætas Regis istius, quando obiit, annorum erat circiter 48.—Sed invalidæ sunt, sine dubio, conjecturæ istæ.)

Attamen, etsi invalidæ sint quoad annos, certæ sunt quoad genealogias, et procul dubio omnes quorum nomina in nota ista marginali servantur, fuere S. Patricio coævi. Eorum postremus fuit Murchertachus Rex Hiberniæ, filius Ercæ et Muredagi, filii Eogani filii Nialli, qui obiit anno 527.—De filiorum Erci adventu in Britanniam, vide ann. 502, infra.

(71) Primord. p. 769, ad 780. Plures extitisse Sedulios in Hibernia, indicavimus, ex IV Mag. Annalibus, in Rer. Hib. t. 1, et præterea nomen *Sedulium* esse exclusive Hibernicum. Attamen prænomen *Cœlium* Hibernis ignotum fuisse, non est silentio prætereundum, nisi ab iis qui sibi licere putant, dimidiatam veritatem tantum, sed non *totam* enunciare.

Sedulii Elogium a coævo scriptum, edidit Mabillonius, Analect. t. 1, p. 363, ex vetere Codice, ubi affirmatur vixisse tempore *Valentiniani* et *Theodosii*, nempe anno 434, ut in libro 2 de Antiq. Hortæ, c. 3, p. 230. Mabillonius Elogium istud tribuit S. Hieronymo, Sirmundus Gennadio, Labbeus in Dissertatione Historica de Sedulio idem testimonium, de tempore quo floruit, adducit ex Codice Pithoei. "*In Achaia libros suos scripsit* "*tempore minoris Theodosii filii Arcadii et Valentiniani filii Constantii.*" Sedulius itaque scripsit aliquanto ante Asterium Consulem, inter annum 425, quo Valentinianus iii Augustus nuncupatus fuit, et annum 450, quo Theodosius junior obiit, quo tempore Cœlestius pariter Hibernensis, Orientem similiter vagus peragrabat.

E schola eadem S. Martini, qua S. Patricius eruditus est, Sedulium pariter provenisse, patet ex initio libri primi de Vita S. Martini, scripti a Venantio Fortunato, qui eum memorat etiam in Epigrammatum l. 8, Epigr. 1.—Commendat eum Gelasius Papa, in Decreto de Scriptis Canonicis, S. Isidorus Hispalensis, Beda, l. 5, c. 18, et alii. Distinguendus est ab altero Sedulio Hibernense, qui Romanæ Synodo interfuit anno 721, et corrigendus est Sigebertus qui eum Episcopum facit.

A.C.

474 Aois Cr. ceithre cedo seachtmoghat a ceathair. A se decc d'Oill. Eirc mc Eoch. Muinreamhair decc. *IV Mag.*

Anno 474, Olildo Reges 16. (72) Ercus filius Eochodii Capillorum fortium obiit. (73)

*Mors Conalli Crimthani filii Nialli.* Chron. Scot. MS. Dublin.

475

Conall Cremthainn mc Neill-naoi-giall, or chinset clanna Colmain 7 Siol Aodha Slaine decc. *Annal. IV Mag.*

Anno 475, Conallus Crimthan, filius Nialli Novi-Obsidum, a quo originem ducunt O Nialli *Clan-Colman* dicti, et progenies Aodhi Slanensis, obiit. (74)

479

*Muredachus filius Foirgæ de Dal-Fatachorum familia obiit.* (75) *Hic est Muredachus Muingdearg, de quo supra ad ann.* 474. *Ejus obitum referunt*

480 *pariter IV Magistri ad ann.* 479.

*Chlodoveus Regum Morovingeorum quintus, regnare cæpit hoc anno, vel sequente. Art de verifier les Dates, t.* 1, *Petav. Doctr. temp. l. xi, c.* 51.

---

(72) Qui Laogario annos xxx tantum tribuunt, ab obitu prædecessoris Dathiæ, et ab anno 428, necessario obitum ejus referunt ad ann. 468, Olildi successoris initia ducentes ab anno isto, ut faciunt IV Magistri, qui ideo æram com. anticipant annis iv, Olildi 16m. numerantes Christi 474, et Prælium Ochanum referentes ad ann. Christi 478, pro 483.

(73) Giraldus confundit Eochodium hunc *Muingreamhair*, Erci patrem, et Dalriadæ in Ultonia Principem, cum Muireadacho *Muingdearg*, Ulidiæ Dynasta, de illustri domo *Dal-fiatach*. Topogr. Hib. Dist. 3, c. 16. Vide infra, ann. 479.

(74) Conal Crimthan et Conal Gulban filii erant Nialli magni. De Gulbanio jam notavimus Principum Tirconalliæ satorem fuisse. Crimthanus tempore S. Patricii late dominabatur in Midia, ut patet ex Vita 3 S. Brigidæ, auctore ut putatur Ultano, cap. 64; ejusque filius Fergusius Cearbheoil ei successit. Fergusii filius Diarmitius Cearbheoil, celeberrimus totius Hiberniæ Rex, tres habuit filios, *Aidum Slane*, Colmannum Magnum, et Colmannum parvum, quorum filii et posteri, de regno tam Midiæ, quam Hiberniæ totius contendentes, bella cruentissima gerebant inter se. In Annalibus nostris *Clan-Colmanni* appellantur, quia Progenies Colmanni Magni; ut in IV Mag. Annal. supra, ann. 475, itemque *Hi-Nialli*, sive *O'Nialli Australes*, utpote in Midia dominantes, ad distinctionem O'Niallorum Borealium, quorum Regia erat *Alichia* in *Tir-Kogania*, sive *Tirone*.

(75) In Vita tripart. S. Patricii, parte 3, c 63, hæc leguntur—" Eochodius Muredacii filius, de Dal-fratacurum familia oriundus, tempore S Patricii Rex Ultoniæ," (lege Ulidiæ) &c. Colganus in nota ad hunc locum inquit—" Habeo tres Catalogos Regum Ultoniæ, a diversis scriptos, in quibus legitur.—Muredacius " Forga Dallani filio, e Domo *Dal-fiataciana*, natus, regnavit in Ultonia annis 28, Eochodius ejus filius, " annis 24, et *Carellus* alter ejus filius, annis totidem, et postea numerantur 35 Reges Ultoniæ (lege Ulidæ) ex " semine hujus Carelli prodeuntes. IV Magistri etiam tradunt obiisse anno 479, et Eochodium, ejus incredulum " filium, anno 503, et Carellum anno 526, Triade, pag. 287. Muredachum hunc *muingdearg*, i.e. Crine " rubrum, confundit Giraldus Topogr. Hib. Dist. 3, c. 16, cum Eochodio *Muing-reamhar*, i.e. Crine forte, " Dalriedæ Principe, de semine Riadæ filii Conarii 2di Regis Hiberniæ, qui fuit Pater Erici, et Avus Loarni, " Aengusii, et Fergusii. Posteri *Muredacii Rufi* vocantur improprie Reges Ultoniæ. Sæculo enim vi a Collaorum posteris, Orgialliæ conditoribus, et deinde a Niallis, universa fere Ultonia subacta fuit. Rudricia ac " Dalfiatachia gente intra Comitatus Dunensis terminos conclusis, cujus ditionis Principes Dal-fiatachii, non " Ultoniæ, sed *Ulidiæ* principes appellantur." De *Riada*, vide supra, ann. 214, et Rer. Hib. t. 1. Indices, voce *Riada*.

A. C. 480

*Chronicon Scottorum hæc habet ad annum* 480, *æræ com.* 483.

Oilioll Molt do tuitim la Muirceart. mc Earca .i. Ri Eir, ac cath Ocha, 7 la Lugc. mc Laoghaire 7 la Fergus Cairbell mc Conaill Cremthaine 7 la Fiachra lonn mc Caelbaith Righ Dalaraide, *unde* bec mc De *dixit*. (77)

Olildus Molt Rex Hiberniæ occisus a Murcertacho filio Ercæ, i. e. Rege Hiberniæ, in prælio Ochano, (76) et a Lugadio filio Laogarii, et a Fergusio-Cearbheoil, filio Conalli Crimthani, et a Fiachra feroce filio Caelbathi, Rege Dalaradiæ, unde Beccus filius Degi cecinit.

Mor cath Ocha fera itir—Im mor alta cata ili,
For Oilill Molt mc Dathi—Meabaidh ria Dalaraidhi,
La Lucch. la Fiachra lond—Is la Muirceartach mor oll.
La Fergus mc Conaill Caomh—Leo do cer Ailill saer Righ.
Agus la Fergus go lott—Leo itorchair Ailill saer molt.

Magnum prælium Ochæ gestum—cum valde illustribus præliis aliis,
Contra Olildum filium Dathii—Victoria parta est per Dalaradios,
Per Lugadium, per Fiachraum ferocem,—et per Murchertachum filium Ercæ, (78)
Per Fergusium filium Conalli mansueti—Per istos occisus est Olildus nobilis Rex,
Et per Fergusium Culpabilem—Per istos occisus est Olildus præclarus gloria.

*A tempore* Concobhuir mc Nessa *us. ad* Cormac mac Airt cccvii *anni sunt. A Cormac usque ad hoc bellum* ccvii. *(Anni emendandi juxta an. in margine.)*

Kl. *ii. Initium regni* Lughdach mc Laoghaire. Chron. Scot. MS. Dublin.

A tempore Concobari filii Nessæ, Regis Ultoniæ, usque ad Cormacum filium Arthuri, anni sunt 307, a Cormaco usque ad hoc Prælium Ochanum 207.

Anno sequente, initium Regni Lugdachi (Lugadii) filii Laogarii. (79)

---

(76) Prælium hoc celebre refertur in Annal. Ulton. ad ann. 483, et quidem accurate, ut patet ex Flanni synchronismis, qui annos xx intercessisse ait, a prælio hoc ad adventum filiorum Erci in Albaniam. Vide infra, ann. 483. Quatuor Magistri tamen et alii, qui Olildi initia ducunt ab anno 458, prælium Ochanum et obitum Olildi referre coguntur ad ann. 478--9, vel 480. Vide ann. 458 et 463.

Colganus, qui IV Magistros ubique sequitur, de prælio Ochano sic scribit—" Anno 478 Alildus iv, Cognomento *Molt*, Davidis (lege Dathiæ) Regis filius, postquam annis xx in Hibernia regnasset, in prælio *Ochano* occubuit, per Lugadium, Regis Laogarii filium interfectus." Triade, p. 662.

(77) Memoratur *Bec mac De* in Vita v Columbæ in Triade, l. 1, c. 63, p. 400, et l. 1, c. 87, p. 403. Ejus obitus refertur in IV Mag. Annal. ad ann. C. 552. Itaque Carmen istud ad Sæculi vi initia referendum est.

(78) *Mac Erca* dicitur a matre Erca, filia Loarni, filii Erici, nepotis *Eochodii Mung-reamhair*, Principis Dalriedæ.—Lugadio Laogarii filio defuncto, anno 503, interregnum sequitur annorum 5, usque ad ann. 513, quo successit *Muircertach mc Earca*.

(79) De Lugadio hoc vide supra, pag. 111, et infra, p. 119.

Obitum ejus referunt IV Mag. et ex eis Colgan. ad ann. 503, post regnum annorum xxv a prælio Ochano,

A.C.

482 Kl. *iii.* Guinn Criomthainn mc Enna Cindsealaigh, Ri Laighen, la Eochaid Guineach dibh Bairche 7 la h Araidha cliach. Ced cath Graine i : Muircertach mc Earca *victor f.*—Cath eile in Graine i tir Laighin idir Laighnaib badein i ' Finnchad Ri na Cinnsealaigh *cecidit,* 7 Eoch mc Cairpre *victor fuit.* Chron. Scot. MS. Dublin.

Vulnus Crimthani filii Endæ Cinselachii Regis Lageniæ, per Eochodium Guineach de Hi Barchiis, et per Aradios Cliachenses. (80) Primum prælium Grainense in quo Murcertachus filius Ercæ victor fuit.—Prælium alterum Grainense in regione Lageniæ, inter Lagenienses ipsos in quo Finchadus Rex Hi-Cinselachiæ cecidit, et Eochodius filius Carbrei victor fuit.

482 *Iarlathus filius Trenæ, tertius Antistes Ardmachanus, obiit, cui successit quartus Cormac.* Annal Ult. *ann.* 481, *æsæ com.* 482.

Kl. Lughad mc Loghaire cuig bliaghana fichthead go ttorchear la caor thintidhe 7 tre mhirein Phadraig do dheanaimh. Annal. Inisfal. MS. Dublin.

Lugadius filius Laogarii xxv annis regnavit, usque ad obitum, cum fulmine tactus esset, quod evenit ei propter contemptum S. Patricii.

483 *Prælium Ochanum in regione Midensi gestum, ubi Rex Hiberniæ Ailill*

---

anno 478. Sed, errantes in anno obituale Leogarii, quem erronee numerant 458, in sequentibus Regum annis, æram com. anticipant similiter, annis quatuor integris. Vide supra, pag. 100, n. 58.

(80) Obitum hujus Crimthani refert Colganus ad ann. 465, supra ex IV Magistris. Ambo tamen eum hoc anno 482 occisum declarant!—Præstat Colganum de hac re alibi loquentem audire, in nota 8, ad Vitam 4tam S. Brigidæ. Auctor Vitæ istius, l. 2, c. 11, inquit—" *Illand mc Dunlaing* Rex Lageniæ, qui Ængusium " filium Nadfraich, Regem Momoniensium, quem baptizavit S. Patricius, occidit cum uxore sua *Ethne Huachach*, " filia Criomthain Regis Hi Cinselach et Lageniensium, quique Olill Molt, Regem Hiberniæ, interfecit, et " ipse moriens, sepultus est apud S. Brigidam."

Colgani nota ad hunc locum, in Triade, p. 565, est hæc—" De prælio hoc Ochano varias reperio gravium " Auctorum traditiones, prima facie multum differentes. *Gilda-Modudius*, enim, gravis et magnæ authoritatis " Historicus, qui de Regibus Hiberniæ Christianis, seu ab anno 431, usque ad annum 1143, quo suam Historiam " absolvit, fidelissime scripsit, hanc Victoriam ascribit Lugadio filio Laogarii, immediato Olilli in Regno " successori. Sanctus vero *Beccus*, Degi filius, in quodam fragmento sui operis de Regibus Hiberniæ, citatus in " Annal. IV Magist. ad ann. 478, victoriam et cædem hanc tribuit Dalaradiis, qui, juxta alios, cum suo Rege " Fiacrio illi prælio interfuerunt.—

" Catalogus autem Regum Hiberniæ, authore Anonymo, ex Codice O'Malchonriano, qui penes me extat, " non faciens mentionem *Crimthanni*, vel Lugadii, tres refert illius Victoriæ præcipuos authores, ita--(Olildus " Molt Rex Hiberniæ, filius *Dathi*, filii *Fiachri*, filii *Eochodii* Mocmedonii, postquam regnasset annis xx, inter- " emptus est per Murchertachum, Fergusium Cerbheoil, et per Fiachrium Lonn Coelbadii filium, Regem " Dalaradiæ)—Verum non desunt alii graves authores, qui hanc Victoriam Crimthano Regi Lageniæ attribuunt; " ut pervetustus author Vitæ S. Kierani, c. 15, quem sequitur Usser. p. 1029, et in Indice, ann. 483. Idem " testatur Laogarii Poeta Regius *Dubtach O'Lugair*, Discipulus S. Patricii, qui fuit præsens in isto prælio, in " Opusculo quod de actis ejusdem Crimthani scripsit, et penes me habeo."

Hos auctores conciliare impossibile est, aliter, quam dicendo Crimthanum non obiisse anno 465, sed post prælium Ochanum, ut Colganus ipse fatetur.

A. C.

*Molt, a Crimthano Rege Lageniæ occisus est, succedente illi in Regno Lugadio,* 483
*filio Laogarii*—" *A Concobaro filio Nessæ usque ad* Cormác, *filium* Airt,
" *(Regem Hiberniæ) anni* CCC.VIII, *a Cormac usque ad hoc bellum* Oche CXVI.
" *ut* Cuána *scripsit.*" (81)

*S. Brendanus Findlogæ filius nascitur,* (82) *de cujus septennali navigatione* 484
*pluræ fabula narrantur.*—*Obiit anno ætatis* XCIII, *apud Cluanfertam in Connacia, atque ideo Cluanfertensis*, *appellatur, ad distinctionem Brendani Birrensis, cujus meminit Adamnanus in Vita Columbæ. l.* 3, *c.* 3.

*S. Mel primus Eps Ardachadensis obiit, qui S. Patricii adhuc viventis Acta* 488
*scripsisse fertur a Jocelino.* (83)

*Aengusius filius Nadfrachi primus Rex Christianus Momoniæ occubuit juxta quosdam.* (84)

*S. Patricius anno ætatis* 120, *in Cœnobio suo Sabhalense obiit.* (85) *Sepulchri* 493
*locus ignoratur.* (86) *Diem obitus* 17 *Martii notant Tirechanus, in Primord, p.* 882, *et vetera Calendaria.*

---

(81) Annal. Ult. ann. 482, æræ c. 483, Usser. p. 947, 1028. Numeri emendandi juxta annos in margine. Chronicon. Scottor. MS. Dublin. hæc habet ad annum hunc 483—" Quies S. Cianani Daimliag, cui Patricius " Evangelium suum largitus est."—De Evangelio S. Patricii, vide Rer. Hib. t. 1. p. 56, et 106, et infra, pag. 123, n. 91. Utrum Connachtensis fuerit, vel Ciannachtensis, non moror.

(82) Primord, p. 955. Annales Ulton. ejus obitum referunt ad ann. 577, vel juxta alios 583, qui anni sunt æræ com. 578 vel 584, die ejus natali 17 *Kal. Jun.* incidente in Dominicam in utroque. Dies is memoratur in vetustissima vita ejus apud Usser. p. 533, itemque in Vita Maclovii in Biblioth. Floriac. c. 1, et 2.

(83) Obiit, juxta Annal. Ult. anno 487, æræ C. 488, juxta Chron. Scot. MS. anno 483, æram C. anticipans, annis v.

(84) Vetus Auctor Vitæ 3tiæ S. Patricii, c. 60, eum appellat " *Oengusium filium Nath fraich.*"—IV Mag. obitum ejus referunt ad ann. 489. Primus fuit Rex Christianus Momoniæ. Vide infra ann. 492.

(85) Ita Usser. ex vetustis Tirechano, Ninio, Probo, Matthæo Florilego, et aliis. Vide supra, ann. 372, 388, 432.

(86) Recentiores sunt qui in Duno sepultum scribunt. Apud Glastonienses sepultum tradunt, qui cum Sene Patricio eum confundunt. Sacrosanctam apud Glastonienses ejus memoriam fuisse, indicant Chartæ Baldredi, Inæ, et Ealdredi, Primord. p. 111 et 115, et Catalogus vetus Sanctorum, ib. p. 893.

HIATUS SUPPLETI FINIS.

## NOTANDA DE S. PATRICIO.

Inter Patricii familiares numerandus est S. Winwalocus, Britannus, qui Vitam Monasticam agens in Hibernia, inde transivit in Armoricam, anno 493, atque inde in Insulam quamdam, ubi, cum sociis, vitam Eremiticam triennio transegit, quibus peractis, octo extremos vitæ annos in Tauraco Monasterio exegit, et plenus dierum *v Nonas Martias feria iv,* in prima hebdomada quadragesimæ obiit; quæ notæ satis indicant S. Patricii coævum fuisse, et obiisse anno 504.

Extat Vita ejus antiqua edita a Surio, Tom. 2, Martii 3, et in MS. in Cottoniana, itemque apud Mabillonium in Actis SS. Hic in Annalibus, Landvenecensis Monasterii primum Conditorem et Abbatem fuisse agnoscit; et S. Patricii tempore floruisse, ut in ejus Actis, ubi *Patricium consulere voluisse memoratur.* Tonsuram et ritus Hibernicos coluit ejusque Discipuli Landvenecenses, ad Imperium usque Ludovici Pii, uti notat Mabillonius, ibid, t. 1, p. 150.

Discipulum habuit, inter alios *S. Riochum,* ut in Bollando, t. 1 Martii, p. 259, et in Mabillonio, ib. p. 150. Atqui Riochus erat pariter S. Patricii familiaris Discipulus, et "*custos librorum ejus,*" et postea Abbas Monasterii *Inis-bo-finde,* in Senani fluminis Lacu, ab eo nominato *Loch Rioch,* quod Monasterium Usserius confundit cum altero ejusdem nominis in mari Occidentali, p. 825. (87)

Memoratur etiam S. Patricius in Actis S. Gertrudis, editis pariter a Mabillonio, et scriptis ab Anonymo, qui ea moriente interfuit, ut in Annal. Bened. t. 1, p. 446. (88) "Instante obitu, per unum e fratribus suis Monachis, *Ultanum* (Hibernensem,) Abbatem "Monasterii Fossensis, de die obitus sui interrogat. Ille vero Nuntio respondit—Hodie "16*tus Kal. Aprilis est dies:* Crastino autem die, inter Missarum solemnia, Christi "virgo et Ancilla Gertrudis, de corpore est migratura. Jussitque ut ne timeret, sed "sæcura et læta pergeret ad Christum, a *B. Patricio* et Angelis Dei excipienda cum "gloria.—Hoc vaticinio lætior effecta, totam noctem cum Sororibus, in Psalmis et "orationibus pervigilem duxit.—Die sequenti Dominica, ad horam sextam, sacratissimum "*Christi Corporis et Sanguinis viaticum* percepit, atque ubi Sacerdos *Dominicam* "*secretam sententiam absolvit,* Actis Deo gratiis, qui se ab omni carnis labe

(87) Ipse Usserius errorem corrigit, p. 1070, ubi hæc verba ex S. Aedi Vita producit—"Venit S. Aedus ad "Insulam *Bo-finde*, i.e. Vaccæ Albæ, quæ est in Stagno *Righi*, et cum S. Rioch suscepit Abbas illius loci, "honorifice—Monasterium enim clarum in illa Insula est, quod ex nomine Insulæ nominatur." Et quidem ita usque hodie appellatur Insula in Senano fluvio, inter Connaciam et Longfordiam, in Diæcesi Ardachadense.

(88) Annales Benedict. t. 1, p. 440,—"Qui librum de ejus vita et Miraculis, postulante Dominica Abbatissa, "totaque ejus loci congregatione, scripsit Monachus Nivialensis anonymus, *gravis*, et æqualis, ipsis S. Benedicti "verbis aliquando utitur." ib. 447.

Inter vetustiora S. Patricii monumenta superest Remis, in S. Petri Monasterio vetere, S. Patricii Sacellum,

"immunem servaverat, purissimam Creatori animam reddidit, xv Kalendas Aprilis, "xxxiii ætatis suæ anno."

Scribit S. Patricius in Confessione sua, se a Scottis multa passum, cogitasse reverti in Galliam, "ut denuo visitaret fratres suos, et ut videret faciem Sanctorum Domini sui," ubi *fratrum* nomine, inquit Mabillonius, intelligere videtur Gallicanos Monachos, sanctorum vero nomine comprehendit S. Germanum Antisiodorensem, quocum aliquamdiu commoratus fuerat. Quin etiam post obitum suum, eisdem *Gallicanis fratribus* relinquere, et commendare cupiebat filios, quos in Hibernia Christo lucratus fuerat. Annal. Ben. t. 1, p. 207.

Per *Gallicanos fratres*, intelligo condiscipulos suos in schola S. Martini, quos etiam a fidei incunabulis, Hiberni impense coluerunt. Ipse Mabillonius de S. Finiano inquit—"Patricii studium in propagando Monachorum Instituto, æmulatus est S. Finianus, qui "et ipse apud Turonos aliquamdiu versatus est, ubi cum litterarum studiis, Religionis "cultum conjunxit. Reversus in Patriam, i. e. Hiberniam, quædam ædificavit Monas-"teria, multosque habuit celebres Discipulos, quorum illustriores fuere Brendanus, et "ipse complurium Monachorum Pater, Columba, Hiiensis postea Monasterii auctor, "atque alter Columba, itidem Abbas, sub quo Monasticis Institutis informatus est "Fintanus, multorum itidem Monachorum Abbas et præceptor. Hos inter præcipuus "fuit Comgellus Abbas, qui celeberrimum Bancorense Monasterium condidit, erudiitque "Columbanum, Luxoviensis Monasterii ac Bobiensis, aliorumque parentem." ib. p. 208.

Hinc itaque origo influxus Hibernorum in Galliam, Sæculis vi°. et vii°, cujus Scriptores mædii ævi passim mentionem faciunt, et S. Bernardus in Vita S. Malachiæ, c. 8. Solebant nempe veteres Hiberni *S. Martini Tumulum* apud Turonos visitare, utpote qui S. Patricii avunculus fuit, et Magister. Jonas, S. Columbani Discipulus, scribit in vita ejus, expulsum e Galliis a Theodorico, petiisse ut id sibi liceret, quod ægre concessum fuisse, notat Mabillonius in Annalibus, t. 1, p. 293.

In iisdem Annalibus, pag. 367, Falvius Hibernensis Episcopus memoratur, "qui "Romam proficiscens anno 635, Cæsarodunum Turonum appulsit, cui se Segirannus "Abbas Comitem adjungit, postquam *ad S. Martini Tumulum*, rescissa coma, clericus "effectus est." Plura de hac Hibernorum affectuosa S. Martini Turonensis memoria, ac ad sepulchrum ejus peregrinationibus, produximus in Rerum Hibernicarum, tomo 1, Ep. p. 95, 142, 151, in quo, humiliter gratulamur, nos e Scriptoribus Hibernicis primos Antiphonarii Benchorensis de S. Patricio testimonia, a 1200 annis calamo exarata, cum aliis etiam vetustis Codicibus, in Anglia et alibi servatis, Patriis Scriptoribus indicasse, licet invidi leve istud meritum celando, ingrato silentio, testimonia ista proferant, quasi

---

in quo vetus Epitaphium Hildegardis, cum fratre Alsatio Poeta, *ante annos* 800 ibi sepultæ, &c. Annal. Bened. t. 1, pag. 468, ed. Paris, 1703.

ipsi primi ea ex Muratorio protulerint.—Sed ista parvi pendo.—Præstat officium impositum diligenter adimplere, potius quam vanam gloriolam fraudulenter aucupare, quæ cito transit.—Interim autem, egemus adhuc Historia Ecclesiæ Hibernicæ, in qua levium conjecturarum, et somniorum multitudine, veritas non opprimatur, in qua nemo injuriis, et vulgari prorsus, et rudi stilo, sit petulanter lacessitus ad iram, sed narratio sit viro Christiano digna, et Historico eloquio lectorem admoneat, instruat, et delectat. Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

Cuculla candida super cætera indumenta utebatur S. Patricius, testantibus Probo et aliis. Sic etiam de S. Columba scribit Cummineus Albus, et iterum de S. Patricio Auctor Vitæ Tripartitæ S. Patricii, l. 2, c. 44, in Triade, p. 135, unde versimile fit quod de S. Columbani Discipulis scribit Ordericus Vitalis, sub finem libri 6, nempe a B. Mauri Discipulis nigredinem vestium, *abjecto albo colore*, cum Regula S. Benedicti, Sæculo viii, accepisse.

Romanæ Ecclesiæ tonsuram, aliosque Ritus, prout Romæ didicerat, Hibernensibus imposuit S. Patricius, statuto edito ut, si non more Romano capilli eorum tonsi essent, ab Ecclesiæ communione arcerentur. Pervenere enim alterius sectæ homines, qui tonsuram, exemplo Simonis Magi, ab aure ad aurem, intonso occipitio, præferebant, et Pascha, non a xv Luna, ad xxi, ut in Cyclo Romano annorum 84, ritu Catholico, sed vel a xiv ad xx, vel a xvi ad xxiii, celebrabant, neque cum Romanis consentientes, neque cum Alexandrinis, de quorum Cyclis egimus supra, pag. 111.

*Sequuntur jam Tigernachi Annales, ab Hiatu prædicto, ex eodem Codice Bodleiano Rawlinson, No.* 488.

# TIGERNACHI ANNALES.

## DESCRIPTI EX CODICE BODLEIANO; RAWLINSON, No. 488.

[MS. Fol. 7, col. 1.]

K. *v.* *Quies S. Cianani* Damhliag. Is do tug Patraic a Soiscella.

K. *vii* *Quies Episcopi* Mc Caille.—Cath Cella Arnadha i Muig Fhea ⁘ *cec.* Aengus mc Nadfraich 7 *uxor eis* .i. Eithne Uathach .i. Cremthain mc Enna Cendselach. Illand mac Dungaili, 7 Aill. a brathair 7 Eochoid guineach 7 Muircertach mc Erca Righ Ailigh *victores erant* ū *dēm.* ⁘

Adbath craeb dos bili in oir—

Aengus Molbtach mc Nadfraich—

A. C.

489 K. *v.* Quies S. Cianani Damliagensis cui S. Patricius Evangelium suum tribuit custodiendum. (91)

490 K. *vii.* Quies Episcopi Mc. Call. (92) Prælium Cillosnadense, in campo *Fea*, ubi ceciderunt Aengus, filius Nadfrachi, et uxor ejus Ethnea formidabilis, filia Crimthani, filii Endei Cinselach. Illandus filius Dungali, et Alildus ejus frater, et Eochodius *guineach*, i. e. vulnerator, et Murcertachus filius Ercæ, Rex Alichiæ, victores erant. Unde dictum est—

Occisus est Ramus venerabilis arboris aurei,

Aengus laudabilis, filius Nadfrachi,

(91) De Cianano, vide supra, pag. 80, ann. 451. Ecclesia ejus *Damh-liag* Domus lapidea, hodie corrupte *Duleek*, in Bregia sita erat.—Extitit Codex vetustissimus Ardmachanus Evangeliorum, dictus Codex S. Patricii, usque ad tempora Caroli I. ut in Rer. Hib. t. 1, Epist. Nuncup. p. 56, et 106. Quinetiam ibi servabatur Missale vetus S. Patricii dictum, ut in Jeremiæ Epi Dunensis "*Dissuasive* from Popery." Lond. 1664, Pref.—In Chronico Scot. MS. Dublin, S. Cianani obitus refertur ad ann. 484.—Ex Vita ejus in Primordiis, p. 1070, patet, in Patriam Connaciam reversum e Gallia, plurimos ibi ad Christi fidem convertisse, deinde in Lagenia prædicasse et in loco usque hodie dicto *Sylva Cianani* Ecclesiam condidisse, et demum in Tir-Eogania Ecclesiam ædificasse cui Discipulum Comgellum Pastorem præfecit. Scripsit Vitam S. Patricii, ut in Calendario Casselense in Triade, pag. 217.—Eum anno 488 obiisse narrant IV Magistri; sed ex Vita tripartita, part. 2, c. 126, constat vixisse post Patricii obitum, quod satis aperte innuit Colganus ibidem, scribens etiam non Connachtensem fuisse, sed *Ciannachtensem*. Vide supra, p. 110, n. 81.

(92) Vide quæ de Mannia dicta sunt supra, pag. 106.

Digitized by Google

A. C.

Faebaigh la h Illand na rath—

Sin Cath Cellosnadh claim—
Illand 7 Muircertach M.—Eoch tend tolcar,
No chuir set cath cellosnad—
Ren Aengus Muman molbtach.

Bass Muireadaig Muind. g. 7 Eoch. a mc airrigi n Ul.

Qui cecidit occisus ab Illando Munimentorum,
In prælio Cill-Osnadense obruente,
Illandus et Murcertachus Alliachensis Rex, (et) Eochodius fortis ferox,
Gesserunt prælium Cillosnadense—
Contra Aengusium Regem Momoniæ laudabilem. (93)

Mors Muredagi Rufi et Eochodius filius ejus ei succedit, in regno Ulidiæ.(94)

491 IIII.CCCC.LX. Kl. *ii. Zeno Augustus vita decessit anno vii, mense vi. Hi menses et vi menses Marciani addunt annum, quem non numerant Cronica.* (95)

492 Kl. *iii. Anastasius regnat annis xxviii.*

493 *Patricius Archiepiscopus et Apostolus Hibernensium anno etatis sue centesimo vigesimo, xvi die Kl. April. quievit.*

O genemain cr. ceim ait—
cccc for caem nochaid—
Teora bl. saer iarsein—
co bas Padraic prim Apstail.

A nato Christo mansueto jucundo—
400 anni cum dilectis 90,
Tres annos numera post istos—
Ad obitum Patricii primi Apostoli. (96)

493 Kl. *iiii. Trasamundus, Vandalus, Vandalorum Rex, Catholicas Ecclesias clausit et* CC.XX *Episcopos exilio misit Sardiniam.*

K. *v.* Cath Sratha, *(i. e. Prælium Srathense) Felix Papa quievit, cui successit Gelasius Papa ann. iii.* (97)

---

(93) Hi versus servantur etiam in Chronico Scot. MS. Dublin. Sæculi sexti carmen esse nullus dubito.—Res gestæ hujus anni habentur eodem ordine quo in Tigernacho, in Annal. Ult. ad ann. 489, æræ com. 490.

(94) Vide quæ de eo dicta sunt supra, p. 115, n. 70, p. 110, n. 73.

(95) Zeno obiit anno 491. Viventem sepultum fuisse prodit Cedrenus, et cum ejus defossi vox lamentabilis audiretur, Ariadnam, quæ eo adhuc superstite, Anastasium adamarat, tumulum aperiri vetuisse. Vide Zonaram, t. 3. Imperavit annos xvii, m. vi. ut in Marcellino.—Successit Anastasius.

(96) Obiit Patricius, ut dictum est, anno 493.—Tigernachus æram com. hic anticipat anno uno. Tigernachus itaque vetustum Carmen Hibernicum adducit, ad probandum S. Patricium obiisse anno ætatis 120, *anno Christi* 493, Attamen, Petavius ex Mariano Scoto inquit—" In Hibernia S. Patricius primus Eps obiit " anno 491. natus annos 82, ut ex Mariani Calculo conficitur, cum tamen 92 ipse eidem attribuat. Alii 122 " annos, uti Sigebertus, non nulli 134 vixisse produnt, quorum 60 in Insula ista Christum prædicavit." Petav. Ration. Temp. Lugd. Bat. 1710, pag. 274.—Petavios autem nunquam contigit Codicem Mariani pulcherrimum Cottonianum videre, a nobis supra memoratum ad annos 431 et 432.

(97) Felix Papa obiit v Kal. Mart. 492, quo ei successit Gelasius I. anticipat Tigernachus ut supra, anno uno.

A. C.

Kl. *vii.* Cath Taillten for Laighniu ria Cairpre m Neill.

Kl. *vii.* Prælium Taltinense contra La- 494
genienses gestum a Carbreo filio Nialli Magni. (98)

Kl. *i.* Cath Tanaiste Greine i. cecidit Fraech mac Fidchadha R. Laighin des-gabuir, la h Eochargh, mc Cairpre *victor fuit.*

Kl. *i.* Prælium Tanasticum, i. e. secun- 495
dum, Grianense, in quo cecidit *Fraoch* filius Fidhchadi, Rex Lageniæ Australis, occisus ab Eochiis. Filius Carbrei (filii Nialli magni) Victor fuit. (99)

K. *ii.* *Quies* Cuindeda mc Cathbadha .i. mc Cuilind *Epis* Lusca. * *Defectio Solis apparuit. Expugnatio* Dunn-leath-glaise. *Gelasius (Papa) quievit.*

K. *ii.* Quies Cinnedii filii Cathbadi, i. e. 496
filii Cuilini Episcopi Luscanensis (1)—Defectio Solis apparuit.—Expugnatio Duni. Gelasius Papa quievit. (2)

K. *iii.* *Romanæ Ecclesiæ* xl.viii *Anastasius Papa ordinatus, vixit annis ii*—Cath Sleamna Mide for Laighniu ria Cairpre mc Neill.—Mochae n Oendroma *quievit. Eps* Cormac in Ernidhe Comarba Patraic *pausavit.*

K. *iii.* Romanæ Ecclesiæ 48 Eps Anas- 497
tasius, Papa ordinatus,. vixit annis ii—Prælium Slemnense in Midia, contra Lagenienses, gestum victoriose a Carbreo filio-Nialli.—Mochaus Antrimensis Eps quievit. Cormacus filius Ernidi, Successor Patricii, quievit. (3)

K. *v.* *Ingens terræ mot: Ponticam ɔcussit P.vinciam, Anastasius Papa pausavit.*

K. *v.* Ingens terræ motus Ponticam 498
concussit Provinciam, Anastasius Papa pausavit.

K. *vi.* *Romanæ Eccl. xlix Simmacus Papa vixit an. xv.* Cath Cind Ailbe for Laing le Cairpre mc Neill.

K. *vi.* Romanæ Ecclesiæ xlix Papa 499
Simmacus, vixit annis xv. (4) Prælium *Cindalbense* gestum contra Lagenienses a Carbreo filio Nialli.

K. *vii.* Cath Segsa ria Muircertach mc Erca for Duach tengauma Ri

Prælium Segsanum gestum a Murcer- 500
tacho filio Ercæ, contra Duachum Linguæ

---

(98) Chronicon. Scottor. hoc prælium refert ad ann. 489, æram com. anticipans annis v, erronee, ut patet ex Annal. Ult. ad ann. 493, æræ c. 494.

(99) Annal. Ult. an. 494, æræ c. 495.

(1) Annal. Ult. 495, æræ C. 496.

(2) Hæc habentur totidem verbis in Chronico Scottorum, ad ann. 491. Obiit Gelasius xi Kal. Nov. anno 496. *Mac-Cuilin* primus Luscanensis Eps obiit eo anno 496, quo Solis deliquium notat l' Art de verifier les dates, tom. 1. Itaque Chron. Scot. anticipat hic annis 5.

(3) Successit ei *Dubtachus*, quintus Antistes Ardmachanus, ut in Annal. Ult. ann. 496, æræ com. 497, non 498, ut in Usser. pag. 874, vide infra, not. 17.

Mochuæ, primi Antrimensis Episcopi, obitum referunt IV Magistri ad ann. 496. Item Annal. Ult. sed æram com. anticipant anno 1.

(4) Id est ab anno 498 ad 514. Art de verifier les dates, t. 1.

A.C

Connacht, *ubi cec. Duach, un.* Cendfaelad *cec.*—

Cath Seghsa ben do mnaib fod ruair,

Ro bo cro d.g ar cruirgh la duirgh ingen Duach—

Cath Delge. Cath Mucrumha 7 Cath Tuama-drubha—

7 Cath Segsa idorcair Duach tenga-Uma.

aeris, Regem Connaciæ, ubi cecidit *Duach*, unde Cenfaelad cecinit—

Prælium Segsæ, Mulier e mulieribus longe celeberrima (Duiseach.)

Fuit sanguis ruber magis in deliciis quam musica Dusichiæ filiæ Duachi—

Prælium Delganum, Prælium Mucrumium, et prælium Munimenti curruum—

Et prælium Segsanum gestum, in quo occisus est Duachus linguæ æris. (5)

501 K. i. *Simmac' Papa int. multa Ecli.aru opera q. l. a fu-dam. tis creavit l. p. sca renovavit, ad b. Petru. 7 Paulu. 7 Laurentium paup. ib' h.i taclum ɔstruxit 7. o. ni ano p. Af. ca l. Sardi.ia Eps q. i. exilio erant, pecuniam 7 vestes mit. bat.*

Cath Droma loch Muighe ria Laing for h. Neill.

Symmachus Papa, inter multa Ecclesiarum opera, quæ vel a fundamentis creavit, vel prisca renovavit, ad B. Petrum et Paulum, et Laurentium, pauperibus habitaculum construxit, et omni anno per Africam vel Sardiniam, Episcopis qui in exilio erant pecuniam et vestes mittebat—

Prælium Montis Lacus Moiensis, gestum a Lageniensibus contra O'Niallos.

502 Fergus mor mac Earca *c. gente* Dal-raida *partem Britanniæ tenuit 7 ibi mortuus est.*

Eogan Bel *regnat* i Cruachain *an* xlii.

Fergusius magnus filius Erci cum gente Dalriadæ partem Britanniæ tenuit, et ibi mortuus est. (6)

Eogan Bel regnat annis 42 in Cruachania, Arce Regia Connaciæ. (7)

---

(5) i. e. *Duach Galach*, qui Olillo Molt successit Rex Connaciæ a prælio Ochano anno 483. Duachus *linguæ æris* dicitur, forsan a tuba ærea, " Ære ciere viros, Martemque accendere cantu."—Iarlathus, filius Logæ, primus Tuamensis Eps, hoc tempore floruit, ut in vetere Catalogo Sanctorum Hiberniæ, apud Usser. p. 955, itemque Colmannus Antistes, a quo Finianus primum institutus est, ib. p. 954.

(6) Emigrationis filiorum Erci, sive *Erici*, ex Hibernia in Albaniam, anno xx post prælium Ochanum gestum anno 483, notavit Flannus in Synchronismis. Consentit Scotorum Chronicon, anni istius initium " *feria* iii " *Kal. Jan.*" signans, quod annum 502 indicat, a prælio Ochano vigesimum. Regiones quas filii Erci occupaverant, tendebant a freto Dunbritannico, includentes Kentiream, Knapdaliam, Loarnam, Ardgatheliam, et Braidalban, cum vicinis Insulis Hebridum—Erci pater *Eochodius Muingreamhar*, obiisse dicitur anno C. 446, in nota MS. ad Primord. p. 592, exemplaris Stowensis, literis, et lingua Hibernica, Avi mei manu, sic— " *Each-Muingreamhair 7 a mc Eirc—Ecc-Eirc* 474—*Ecc Eathach* 446."

(7) Cruachan Regia Arx, sive munimentum sacrum Connaciæ, nomen retinet usque hodie *Rath-Cruachan.* Eogani Bel Regis Connaciæ initia referunt Annales Ult. ad ann. 501, æræ com. 502.

Fuit is ab Amalgadio, primo Rege Connaciæ Christiano, quartus, Amalgadio enim successerunt *Olil-Molt*, *Duach-Galach*, tertius Christianus, et deinde Eogan Bel.—Sed ex Cennfaelddii Disticho constat Christianos fuisse potius nomine quam moribus.—Floruit Cenfaelad sæc. vii, obiit anno 679.

[MS. Fol. 7, col. 2.]

K. *iii.* Cath Inde mor i crich ua n' Gabla for Illan mc n Dunlaing la Laignu i. ;. Muircertach mc Erca *victor erat.*

Bass Esp Ibair *ix Kl. Mai. cs ætas* ccc.iii *annor. erat.*

K. *iiii.* K. *v.* K. *vi.* Cerban Esp o Ferta Cerbain mor ?—Cath Manand la h Aedhan m. Gabrain.

K. *i.* Bass Brundi mc Maelcon R. Cruithneach—

Bass Domangairt mc Nissi Righ Alban.

K. *ii.* Cath Fernmaighe Midi for Fiach mc Neill ria Failge in B. raidh *un dem* ?—

In righ aile as in bind—
Fiachra mc Neill na celigh—
Is fair, tar cremla cille—
Cath Ferna Midi meabhaidh.

K. *iii.* Cath Arda-corainn. Bass Lugdach mc Laeghaire Righ Temrach in Achad Farcha .i. Farcha tendidhe do nimh ro marb iarn diultadh in tailghinn. (12) Eoch mc Muiredaigh *obit.*—

A. C.

Prælium Innimorense in Regione O' Gablaorum contra Illandum filium Dunlangi, gestum a Lageniensibus, in quo Murcertachus filius Ercæ victor erat.—Obitus Episcopi Ibari ix Kl. Maii, cujus ætas 303 annorum erat. (8) 503

Cerbanus Eps. sedis dicti Monumentum mirabilium Cerbani (apud Temoriam) obiit. (9) Prælium Manense gestum ab Aedano filio Gaurani. 504

Obitus Brudii filii Milconis Regis Pictorum. 505

Obitus Domangarti filii Nissæ Regis Albaniæ. (10) (Error Amanuensis.)

Prælium Fernmagiense in Midia, contra Fiachum filium Nialli, gestum a Falgiensibus Berradiis. Unde dictum est—Regem illustrem dulci cantu—Fiachrachum filium Nialli noli silentio præterire—Melius est quam luctuose laudari in Cœmeterio, vincere in prælio Fernæ in Midia. 508

Prælium Ardcoranense (11) Obitus Lugduchi filii Laogarii Regis Temoriæ, (i. e. Hiberniæ) in Campo fulguris, id est Fulgur ignitum e cælo occidit eum, postquam abrenunciasset S. Patricio. 508

(8) Ibari obitum referunt Annal. Ult. ad æræ c. 500, et juxta alios, 504.—Natus exeunte Sæculo 3, et denatus ineunte quinto, more Hibernico dicitur vixisse tribus Sæculis, et inter Grandævos Hiberniæ Monachos jure merito numeratur, etsi non pervenerit ad ætatem S. Patricii. Diximus in Prolegomenis Ibarum obiisse anno 500, septem enim characteres *K* interesse, inter obitum ejus et obitum S. Patricii, anno quo *Kal. Jan.* incidere in *feriam* vi, et *xvi Kl. April, in feriam iv,* quæ notæ indicant ann. 493. De longævitate Monachorum Hiberniæ, vide supra, ad ann. 341.

(9) Cerbani Epi obitum referunt Annal. Ult. ad 503, æræ C. 504.—De loco Mirabilium Temorense celebre, inter Ethnicos ante adventum S Patricii, vide supra, pag. 41, et 53.

(10) Non Domangart Rex Albaniæ, sed forsan Domangart Eps. Conderensis, de quo in Annal. Ult. ann. 506. Sed vide infra, ann. 510, et not. 14, ibi.

(11) Prælium Ardcoran et mors Lugadii incidere anno æ. c. 508, Ult. Murcertachi filii Ercæ initia deducunt abinde Annal. Ult. vel juxta alios, ab anno æræ c. 513, nempe post interregnum annorum 5.

(12) Pro *tailghinn*, Chron. Scot. habet *Padraig*. Vox est antiqua, genere Sacrosanctum significat, et S. Patricio specialiter ab antiquis Hibernis tanquam ei propria adscripta fuit, propter avunculum S. Martinum.

A.C.

Cairell mc Muiredaigh Muind.g irrigh n. Ul.

Eochodius filius Muredagi obit. Cairellus filius Muredagi Rufi evectus ad Regnum Ulidiæ.

509 K. *iii.* Muircertach mc Erca do gabail Rigi n Er.

Murcertachus filius Ercæ obtinet regnum Hiberniæ. (13)

510 K. *iiii.* Mac Nissi .i. Aengus Esp. Condere *q.evit cs. fr* Fobraech *ds* ꝯ *cs mr* Cness .i. Comcaide dedail-ceteren *a* ; *no iat'* ꝯ mc Cneisse.

Filius Nissæ, i. e. Aengusius Eps Conderensis quievit, cujus frater *Fobrach* dictus est, cujus mater *Cness* filia erat Concadi de gente Coteren, a qua nominatus est *Mac Cnessi.* (14)

513 K. *i.* *Quies* Erc Esp. Slaine *xc ano ætatis suæ de* ; *P.rici' ait*—

Esp. Erca—
Cach ni conndernaidh ba c.t.—
cach aen beres coccair c.t—
fr bein bend.s Easp Erc. *

Quies Erci Epi Slanensis, 90 anno ætatis suæ, de quo Patricius ait—

Episcopus Erc—
Omnia quæcumque fecit recte facta sunt.
Quisquis consilium secretum dat rectum,
Obtinebit benedictionem Episcopi Erci. (15)

K. *vii.* *Nativitas S.Ciarani filii Artificis.—Symmachus Papa q. cui successit Hormisda Papa annis ix, ut Marcellinus monstrat.* (16)

---

* *Espog Erca gach ni c certadh ba cert.*
*Gach aon beres c. cogert cert.*
*Fortraisph bennacht Espoig Erc.* Chron. Scot. ann. 507.

(13) Non sunt confundendi filii *Erci*, de quibus supra ad ann. 501, cum filio vel filiis *Ercæ*. Murcertachus *Ercæ* filius, Muredacho Patre, Eoganio avo, Nialli magni pronepos, rex fuit Hiberniæ annis xxi. Mater ejus *Erica* filia erat *Loarni*, qui Conarium 2m Regem Hiberniæ tritavum habuit. Ab ista Loarni filia Murcertachus patronymice dictus est *Mac Erca.* Fuit is 4tus Rex Christianus Hiberniæ. Laogarius obiit anno 463, Secundus Olilius Molt, Dathiæ Regis filius, e Rege Connaciæ Rex Hiberniæ, regnavit xx annis ad ann. 484.—Tertius Lugadius Laogarii filius regnavit xxv annis ad ann. 509.—Quartus Murcertachus mac Earca regnavit annis xxiv ab obitu prædecessoris Lugadii.—Qui annos 24 Murcertacho ascribunt, Interregnum quinquenne includunt ab obitu Lugadii, ut in Annal. Ult. Præter Interregni enim spatium, xx tantum annos regni complevit, et partem unius. Nam annum quo *pridie Kal. Nov.* vivere desiit, et quo successor inchoavit, Sabbati charactere Kal. Jan. notat Tigernach, et xi regni annos tribuit successori, unde annum esse oportet æræ com. 533, a quo xi anni interveniunt ad ann. 544, quo successor ejus *Tuathal-Mael-garbh*, anno 21 post mortem S. Brigidæ obiit.—Longe alius fuit *Ercus* Slanensis ab *Erco* Principe Dalriadæ.

(14) Aengusius primus Conderensis Episcopus obiit an. æræ C. 514, An. Ult. 513. Conciliare nequeo Annal. Ult. ad ann. 506, ubi Domangartum Epm. Conderensem eo anno obiisse narrant, cum iisdem ad ann. 513.

(15) Ercus obiit anno ætatis suæ 90, æræ C. 514, juxta Primord. pag. 1047, et 1126. Sed Annal. Ult. ad ann. 512, æræ Com. 513, id referunt—IV Magistri narrant Ercum et Dubtachum Ardmachanum obiisse anno 513,

(16) Ciarani nativitatem referunt Annal. Ult. ad 516, æræ c. 517, Usser. ad. 516, pag. 1126.—Obiit anno ætatis 33, æræ c. 549.—Symmachus Papa rexit ab anno 498, ad xiv Kl. Aug. 514.

## NOTANDA DE ANNO 513, PAG. 129.

IN Codice Tigernachi Bodleiano, quædam annorum, et rerum gestarum Sæculi Vi, transpositiones hinc inde occurrunt, quæ quemcumque, etiam oculatissimum, in errorem inducere possent. Cum enim annorum initia nulla alia nota indicentur, quam nota *K*. si forte vel una omittatur vel adjiciatur, aut transponatur, tota annorum sequentium series labefactata nutat, ita ut textus vix explicari possit, aut ad pristinam integritatem revocari. Exemplo sit ordo et numerus characterum *K* in sequente pagina 129, ubi obitus Dubtachi Ardmachani, qui juxta omnes obiit anno æræ C. 513, juxta notas *K* in eadem pagina, refertur ad annum 515.—Duæ enim notæ K interveniunt post obitum Erci Slanensis, qui obiit anno 513, ante obitum Dubtachi, unde sequeretur Dubtachum obiisse anno 515.—Exempla alia raro occurrunt, nec ullibi post ann. 570.

Ab Eclipsi anni 496, ad annum quo Fergusius filius Erci, ex Hibernia solvens, " cum gente Dalriadæ, partem Britanniæ tenuit," notæ annorum K recte adjiciuntur, numero sex, indicantes annum emigrationis istius fuisse æræ C. 502; inde ad prælium Ardcoranense, quo Murcertach filius Erci Rex Hiberniæ renunciatus est, notæ K sunt septem, recte indicantes annum 509, quo Prælium istud gestum est; inde ad obitum Dubtachi Ardmachani notæ K sunt quatuor, pariter recte indicantes annum 513. Sed aliud est annorum intervenientium numerum indicare, aliud cuique anno res gestas sibi proprias, ordine chronologico adscribere, quod non semper accurate perficit Codex Tigernachi Bodleianus, præsertim immediate ante, et immediate post ann. 513. Nam prælium Dromdergense, quod obitum Dubtachi immediate præcedit, gestum est, juxta Annal. Ult. anno æræ C. 516.—Monennæ obitus refertur ex notis K ad 513, etsi obierit, juxta eosdem Annal. Ult. anno æræ C. 518.—S. Brigida Kildarensis obiit anno xxx post obitum Patricii, i. e. anno 523, vigesimo a morte Dubtachi, et tamen notæ K in isto intervallo in Codice Bodleiano, non plures sunt quam *septem!*

Cath Droma Dergaige for Foilgi in Berraidhe ria Fiachaigh mac Neill 7 is andsa cath sin ro scaradh an cuid don Midhe fri Laing co h Uisneach, ut Cendfaelad cc.

Digal Dia vii mbl. bairsi digdhe a ¦ dhe
Cath an Dromaibh dergaighe—
Ba de do cer magh Midhe—

K. *vi.* Dubtach Airdmacha m ꝰ annide. Comgall Bendchair *natus est.*

Kl. *ii.* Caindeach Achaigh-bo. *natus est.* * * *(Nota ex Beda et aliis de Historia Romana, sub hoc anno, omittuntur.*

IIII.CCCC.LXXX. K. *iii. Justinus senior regnat annis viii.* Conlaed Esp. Cilladara *dormivit.*

K. *iiii.* Cath Detna an Dromaib Breag i ; *cecidit* Ardgal mac Conaill Cremthaindi *m.* Neill. Colgu Mocloithi † mc

A. C.

Prælium Drom-dergense contra Hi-Falios Berradienses prospere gestum per Fiachagium filium Nialli, et prælio isto divulsa est portio Midiæ, a Lagenia usque ad Usneach, ut Cenfaelad cecinit— 513
"Vindicta Dei septem annis—causa fuit
"lætitiæ cordis,—Prælium Dromdergense
"—quo strages facta est Midensium.

K. vi. Dubtachus Eps Ardmachanus mortuus est. (17) 513

Annina, (i. e. Monenna, sive Darerca Cill-Sleibhensis) obiit. (18) 513

Comgallus Benchorensis natus est. (19) 517

Kl. *ii.* Cannichus Achaboensis natus est. (20) * * *

K. *iii.* Justinus senior regnat annis viii. (21) 518

*Conlaed* Episcopus Kildarensis dormivit. (22) 520

K. *iiii.* Prælium Detnæ in Collibus Bregiæ, in quo cecidit Ardgallus filius Conalli Crimthan filii Nialli. Colga filius 520

† *Mac Cloithe* Chron. Scot. MS. Dublin, Sed melius IV Mag. ad ann. 512, *Colgu mc Loiti.—Colga mc Cluaiti*, Annal. Ult. ann. 519.

(17) Cormaco defuncto anno 497, successit quintus Ardmachanus *Dubtach*, usque ad annum 513, quo successit *Aildus*. Annal. Ult. 512, æræ c. 513, non 514, ut in Usser. pag. 874. Vide infra, not. 26. Item IV Mag. ad ann. 512.

(18) Proximo anno post obitum Dubtachi, Chron. Scot. MS. Dublin hæc habet—K. vi. Quies Darercæ *Cille-Sleibhe-Cuilin*, quæ *Moninne*, *Aninne*, *Sanatha* postea nominata est.—Obitum ejus referunt Annal. Ult. ad ann. 516, æræ C. 517, et juxta alios 518 æræ C. 519. IV M. obiisse narrant anno 517, Usser. 518. Recentiores eum cum *Modwenna* confundunt. Tigernachus nomen *Anindæ* tantum habet sub hoc anno.

(19) Comgalli nativitatem referunt Annal. Ult. ad æræ C. 516, mortem ad æræ C. 602, Benchorensis Monasterii fundamenta jecit anno 555, vel 559.

(20) Cannichi nativitatem refert Colganus ad ann. 512, quia IV Magistri obiisse narrant anno ætatis 84, Christi 598. Triade, p. 179, n. 128, et deinde, p. 182, n. 192, annos misere confundens, inquit—" obiit anno " ætatis suæ 84 et Christi 198, *unde natus fuit anno* 595 !" Annal. Ult. nativitatem ejus referunt ad ann. 526, æræ C. 527, et ex eis Usser. 527. Patrem habuit Liadecum Poetam, et ipse Poeta fuit, ut in Rer. Hib. t. 1. Memoratur ab Adamnano, l. 1, c. 4, l. 2, c. 12, l. 3, c. 21.

(21) Justinus senior Anastasio successit anno æræ C. 518. Art de Ver. les dates, t. 1.

(22) Conlai primi Kildar. Epi obitum referunt Annal. Ult. ad ann. 519, æræ C. 520. Itemque IV Mag. ann. 519.

A. C.

520 Crimthand m Feidlimthe R Airgiall 7 Muircertach mc Earca *victores erant.* Buitte mc Bronaig *obit.* Colum chille *nat ē de q' b' dem ē*

Gen chain Colaim an cleirigh—
Indiu os Er. eolaig—

F. aen lith ni radh nuabair—
Bas bain Buadhaig m. Bronaigh—
Beoaed Esp. Ardacarna *q'evit.*
Aill. Ab. Airdmacha *(dormivit.)*

Lothi filii Crunii, filii Felimii, Rex Argialliæ, et Murcertachus filius Ercæ victores erant. Buteus filius Bronagi obiit. (23)—Columba-Cille natus est, (24) de quibus dictum est—

Natus est dilectus Columba Clericus—
Hodie, Præpositus supra Hiberniam doctam—
Eadem festivitate, non ignota refero—
Mors alma triumphans filii Bronagi,
Beoadius Eps Arcarnaensis quievit (25)
Alildus Abbas Ardmachanus dormivit. (26)

523 K. *v.* K. *vii.* *Hormisda Papa pausavit, cui successit Johannes Papa liii anno.* (27)

Eochaid mc Aengusa r. Mumhan *q.* Crimthand mc Eachaid isrigi Mumhan. * * *(Nota de Romanis hic omittuntur.)*

Eochodius filius Aengusii Rex Momoniæ quievit. Crimthanus filius Eochodii successit ei in regno Momoniæ. * * *

[*MS. Fol.* 7. *b.* 1.]

523 K. *v.* K. *ii.* *Dormitatio S. Brigidæ* LXXXVIII. *ætatis suæ, vel* LXX *tantum, ut alii dicunt.* (28) *Johannes Papa quievit.*

K. *vii.* *Hildericus Vandalorum Rex Episcopos ab exilio reverti, et Ecclesias instaurare præcepit, post annos* LXXXVII *Hæreticæ profanationis.*

---

(23) A Buteo hoc nomen habuit Monasterium Butense in Midia ut in IV Mag. Annal. an. 521.—Ejus obitum referunt Annal. Ult. ad ann. 518, æræ C. 519, vel juxta alios, ad ann. 522, æræ C. 523. Hic etiam Insulæ Butensi in fræto Cluidense nomen imposuisse videtur.

(24) Annal. Ult. natum narrant anno 518, æræ C. 519, vel juxta alios 519, æræ C. 520.—Usserius anno 522, nempe anno ante adventum ejus in Britanniam 42. Colganus anno 519, Triade. p. 486.—Genealogiam ejus perperam exhibet Usser. p. 1131. Generationes hoc ordine recte numerantur—*Columba* mc *Feidhlim.* mc *Fergusa Ceinnfhoda*, mc *Conaill Gulbain*, *mc Neill naoi n giall.* Fuit itaque a Niallo Magno inclusive *quintus.* Vide infra, ann. 501, et 563.

(25) Beoadii obitum referunt IV Mag. et Annal. Ult. ad ann. 523, æræ C. 524.

(26) Alius fuit Alildus Eps. Ardmachanus, qui anno 513, Dubtacho successit sextus Eps. quique obiit juxta Annal. Ult. anno 525, æræ C. 526, ut apud Usser. in Indice. Vide infra, not. 31.

(27) Hormisda rexit Ecclesiam ab anno 514 ad 523. Art de verifier les dates, t. 1, Tigernachus itaque agit his de anno æræ com. 523.—Hormisdæ successit Joannes I. Papa 50, annis 3.

(28) Obiit Brigida anno ætat. 70, anno xxx post mortem Patricii, æræ C. 523.

A.C. 527

*Mors* Illain mc Dunlaing Righ Laighin. Cath Luachra ria Cairpre for Ib Neill de ꝙ dc.m. etc.—

Cath lond Luachra huas anuas—
Adcess Brighidh ni fis fass. (‡)

Flandchadh findabrach ba huair—

Im corp Nillaidain iarmbass. (§)

Aill. mc Dunlaing Ri Laing.

Mors Illandi, filii Dunlangi, Regis Lageniæ. Prælium Luachræ prospere gestum a Carbrea contra O'Niallos, de quo dictum est—

Prælium ferox Luachræ, susque deque,
Visa est (in prælio) Brigida, ignoratur causa.
Flanchadus Finabrachensis supra (currum) stetit,
Sustinens corpus Illandi occisi.

Alildus filius Dunlangi Rex Lageniæ regnat. (29)

527 *Justinus Imperator Justinianum ex sorore sua nepotem, jamdudum a se nobilissimum designatum, quoque Regni sui Successorem creavit, Kl. April. Ipse vero quarto ab hoc mense vita decessit, anno Imperii vii.* (30)

*Pausa Sci Albei.* (31) * * * * (Quædam de Romanis nota omittuntur.) *Felix Papa regnat annis iiii, mensibus* 1, *diebus xvii.*

IIII.CCCC.LXXXVII. Kl. *v. Justinianus, Justini ex sorore nepos, regnat annis xxxviii.—Belisarius Patricius mirabiliter de Persis triumphavit, qui deinde a Justiniano in Africam missus, Vandalorum gentem delevit.—Carthago quoque, anno (æræ com.* 534*) obsessionis suæ* XCVI *recepta est, pulsisque devictis Vandalis, et Gelemiro Rege eorum capto, et Constantinopolim misso.* (32) *Per idem tempus, corpus S. Antonii Monachi, Divina revela-*

(‡) "*ni firt fas.*" Chron. Scot. MS. Dublin.
(§) "*um Corp Ioll. iar m bass.*" Chron. Scot. Lectio potior.

(29) Vetustissima sunt, et fere coæva, Carmina Hibernica quæ in medium a Tigernacho afferuntur, ut *Brogani*, *Becci* filii Degæ, *Cuanachi*, *Cennfaeladii*. Cur non adducit Carmina Oissini?—Ratio est quia quæ extant Oissino adscripta, sunt Tigernacho posteriora; quæ gennina erant, ante Tigernachi ævum periere.

*Alildus* et *Illandus* Dunlangii regis filii, memorantur a IV Mag. qui ad ann. 506 aiunt "Illandum filium Dunlangi Regem Lageniæ obiisse, et ad ann. 526. Alildum filium Dunlangi Regem pariter Lageniæ obiisse.—Illandi mortem referunt Annal. Ult. ad ann. 526, æræ com. 527. IV Mag. ex his emendandi sunt.

(30) Justinus obiit anno 527, cum Imperasset annos 9, mense 1.

(31) Incerta sunt quæ de anno obituale Albei referuntur. Conveniunt in anno æræ C. 527, Annal. Ult. etsi Episcopus fuerit Albeus anno 432! Sed vide quæ de longævitate Monachorum dicta sunt in Rer. Hib. t. 1, Indice ultimo, voce *Longævitas*, et supra pag. 71, et 110, n. 36; et 127, n. 8.

(32) Gilimer Constantinopolim a Belisario ductus, Justinianum in Hippodromo adorare coactus, exclamavit

A.C.

*tione repertum, Alexandriam perductum (est) et in Ecclesia S. Johannis Bapt. humatum.* (33)

529 K. *vi.* Gen Caeman Brecc, (i. e. Nativitas Coemani Maculati.) (34)

K. *vii.* K. *ii.* Cath Cindeich, 7 Cath Atha Sighe for Laing. Muircertach mc Earca *victor erat.*

Prælium Cindicense, et Prælium Vadi Lamiæ, sive Vadi Empusæ, (35) gestum contra Lagenienses. Murcertachus filius Ercæ Victor erat.

*In isto anno Dionysius scribsit Paschales circulos, incipiens ab anno Dominicæ incarnationis* D.XXXII, *qui est annus Diocletiani* CC.XLVIII *post consulatum Lampadi at Orestis, quo anno Justinianus Codex orbi promulgatus est.* (36)

K. *iii. Victor Capuanus Episcopus librum de Pascha scribens, Victorii arguit errores.* (37) *Felix Papa quievit, et in Basilica S. Petri sepultus est.*

---

identidem "*Vanitas Vanitatum.*"—Extinctum est Vandalicum Regnum in Africa, anno 96 post occupatam Carthaginem, et anno 108 post Vandalorum ingressum in Africam.

(33) Hoc anno obiit S. Abbanus, S. Patricii discipulus, Annal Ult. et Inisfal. convenientes cum Tirechano.

(34) Alius fuit Coemgenus, quem Giraldus Keivinum appellat. Topogr. Hib. Dist 3, c. 28. Auctor vetus Vitæ ejus recte inquit, *Coem-ghenum* Hibernice pulchrum genitum significare; et "magnum Monasterium ab "eo conditum, in valle quæ Scotice vocatur *Glendide*, modo autem *Glend-da-loch*, i e. Vallis duorum stagno- "rum. Ibi clara Civitas crevit, quæ est in oriente Lageniensium, in regione *Fortuath.*"—A Cronano Presbytero Hiberno baptizatum fuisse subjungit. Coemanus autem Maculatus de quo hic, is est de quo Usser. Primord. p. 962, inquit—"*Comainum Brecc* anno 529 natum, anno 615 quievisse, ex Ult. Annal. didicimus," Annal. Ult. 528, æræ c. 529.

(35) Cyclum istum annorum 532 composuit Dionysius, non anno æræ Com. 532, ut plures putant, sed anno 526, anno Diocletiano 252, si nempe a Kal. Jan. anni 285, primus Diocletiani inierit, anno Cycli Cyrilli 90. Unde sex adhuc anni supererant, i. e. 90 Cyrilli cum aliis 5, quibus additis Cyrilli Cyclus expletur anno C. 531, qui est *Diocletiani* 247. Nempe si Diocletiani primus a Kal. Jan. anni 285 ineat; quod Tigernachus exprimere voluit, ex Dionysii ipsius Epistola ad Petronium, ubi inquit "S. Cyrillus primum Cyclum (suum) ab anno Diocletiani 153 cæpit, et ultimum in 247 terminavit. Nos a 248 anno ejusdem tyranni, potius quam Principis, inchoantes, noluimus Circulis nostris memoriam impii et persecutoris innectere, sed magis eligentes ab Incarnatione Dni. nri J.C. annorum tempora prænotare." Posuit itaque Dionysius in capite Circuli sui primi, annum Incarnationis 532, ut in Beda de rat. temp. c. 45, et supra pag. 113, n. 60.

(36) Prodierunt Justiniani Leges sub titulo "Corpus Juris Civilis, typis Elzevir. 2 vol. 8vo. 1664, et iterum 1681,—Lugduni, vol. 6, in folio, 1627,—Parisiis cum notis Godefroyi, 1628, 2 vol. folio,—Amstelodami Elzevir, 1663, 2 vol. fol.—Insignis editio prodiit, 3 vol. in folio, Florentiæ ex MS. Codice Mediceo Sæculi vii, ann. 1553.

(37) Victorius Capuanus Eps Victorii Aquitannici Cyclum, non ab incarnatione, sed a *Passione Dni* incipientem, supra memoratum, (pag. 111, not. 59,) in nonnullis redarguit.

A. C.

K. *iiii.* Cath Eiblinde ria Muirchear-tach mc Earca. cath Muighe h' Ailbe for Laighnibh 7 cath Aidhne for Cond-saib, 7 cath Almuine, 7 cath Cindeich for Laighnu, 7 orgain na Cliach i : an. *de* : *b.* Cendfaeladh cc.—

Cath Chindeich, Cath Almuine,

Ba h aimsir airdirc amhra
Orgain na Cliach, Cath Aidhne—
7 cath Muighe h Ailbe.

*Bonifacius Papa r. an. ii, 7 dieb. xxv.*

K. *v.* Badugh Muirc.taig m. Earca a telchuma fina aidhche Samhna a mull. Cleitigh uas Boind, *ut dic* ꝑ (*)

Is ain omun ar in in bein

Ma luaighse ilar sin
Ar sur loiscfidher iten
For taeb cleitigh, baidhfes fin.

Kl. *iiii.* Prælium Eblindense gestum a Murcertacho filio Ercæ. Prælium Campi Albei contra Lagenienses, et Prælium Adhne contra Connachtenses, et Prælium Almainense, et Prælium Cindeich contra Lagenienses, 7 vastatio regionis Cliachorum, in isto anno; de quibus *Cenfaladius* cecinit— 533

Prælium Cindeichense—Prælium Almanense,
Tempus erat istud illustre, et lugubre,
Vastatio Cliachorum, Prælium Adhne,
Et prælium Campi Albei.

Bonifacius Papa rexit annis ii, et diebus xxv. 530

Dimersio Murcertachi filii Ercæ in dolio vini,† nocte Dei *Samnii,* apud Collem Cletigi, ad ripam Bovindi fluminis, ut dictum est— 534

Tempus est formidabile supra verticem collis,
Si proficiscantur multi ad locum istum,
Vere combusserunt in igne (Regem)
Quem apud Clettiam dimerserunt in Vino.

(*) " Ut dictum est a Sco Cairnecho." Chron. Scot. ubi iidem versus sequuntur sic—

VARIANTES LECTIONES EX CHRON. SCOT. MS. DUBLIN.

*Is am omhan as in benn—Ima luaidhfe illar sin—*
*Aran fer loisgfidher—For taeb Cleitigh baidfid fion*
*Sin an ben ro marb* thu—*A mc Earca in adchiu—*
*Bidh iomdha a hanmanna a* bhus—
*Cuirfidh nech for aineolus—*
*Ni hiomain an* ben—*Dionad comainm* Sion—
*Modaigh an ri loisgfes* ten—*A tig Cleit baitf Fin*
*Fillis an righ mc Earca—Alleith ua Neill*
*Sirt fuil fernu—I maig bregais crica i cen*
*Fo sect fer ais naoi ccarpte, (l.* ccatha, *inter lineas)*
*Is bidh cian bus cumhan—*
*Do bert gialla leis ua Nell—*
*La giallaibh Maighe Mumhan—*
Sion dx ag indisi a h anman.
*Osnadh esnadh sin gan ail —Saeth garbh 7 geinadh,*
*Ochsad iachtadh radh g. gaoi—Ite m anman ar aen caoi.*

† Jonas, qui Vitam S. Columbani scripsit ante annum 630, navem Hibernicam memorat quæ e Nanneta Civitate redibat cum commerciis, (haud dubie vino onusta) in Hiberniam. Ed. Fleming. Lovanii 1667, p. 236.

A. C.

As misi taethen .in. airig Neill,
Is gam adaigh mainn
Gach airm as rein.
Sin in bean ro marbthu
A mc Earca marad chiu
Bidh imda a hainm and a fus
Cuirfid neach for aineolus—
Ni himmuin in ben dianadh comainm sin,
Modhlaigin rig loisces ten,
A tigh Cleitigh baigfidh fin,
Fillis in ri mc Earca Illeith h. Neill.
Sirit fuil fir nuiga muig brogais cricha cein.

Ego sum pulchra filia illustris Nialli,
Laudibus effertur nomen meum—
Ubicumque Poetæ canunt.
Sinna mulier quam occidisti—
O Fili Ercæ, superest adhuc.
Superest nimium nomen ejus in ore hominum,
Ita ut in errorem duceret quemcumque fama ejus.
Nec mirandum mulierem talem acquirere famam,
Quæ suffocavit regem incendiis—
Quem in Regia Clottense suffocavit vino.
Rediit Rex filius Ercæ in regionem O'Niallorum
Fluxit sanguis incolarum novi Campi, qui multiplicabant in Regionibus Ciani.

Cendfaeladh cc.

Ba vii. fer ais naei Cairpthiu (28)
7 bid cian bus cuman
do b.t giallu ua Neill
la giallu Muighe Muman.

Cenfaeladius cecinit—

Fuere septem Aurigæ, novem cohortes,
Et fuit Cianus magis quam antea fidelis,
In auferendo obsides O'Niallorum—
Simul cum obsidibus Momoniæ.

(MS. Fol. 7, b. c.)

*Sin dixit* ac indisin a hanmann—
Osnadh Easnadh sin cenail—
Saeth garb 7 gem adhaigh
Oc sadh iachtadh radh gen gai—
Ite in anmann ar aenchai.

Sinna dixit, patefaciens nomen suum—
Singultum edit Sinna absque delicto,
Sagitta acerba est, et frigescit vultus,
Gemitus, lamentatio, verba sine sensu,
Ista sunt nomina mea in æternum.

Ailbe Imleach Iubair obit.)—Eoch mc Connla Ri Ul.

Albeus Imlecensis Ibari obiit. (juxta quosdam.) Eochodius filius Connlai Rex Ulidiæ.

534 K. *vii.* Tuathal Maelgarb *r. an. xi.*—*Dormitatio* Mochtai *Disci. P.ricii xvi Kl. Sep. sic ipe sc. b. sit i Epla sua—Mocte' p. cator p.spit. Sci P.ricii Discip.l.s*

K. *vii.* Tuathalius Calvo—torvus regnat Rex Hiberniæ annis xi. Dormitatio S. Mochtai Discipuli S. Patricii. xvi. Kal. Sept. Sic ipse scripsit in Epistola sua—

(28) Pro *Cairpthe*, Chron. Scottor. habet *Catha*, i. e. Cohortes, sive turmæ.

A.C.

*in Dn.o Salutem. c.s. ætas ccc annor. ut dic.m ? (*)*

Fiacail Mochta ni blad fhass—
ccc bl. buan in ciss—
Cennach nim-poll seca suas—
Censergh nin moir seaclia sirs—
Fear tri Laithe—fear tri c.—
Ar co fum issem indet—
Nir mo chen oc an cenail—
Isaidh fithe incshen fiacail. (†)

*(Quatuor ultimi versus integriores sunt infra. (†) Ideoque in versione, eis ut infra scriptis, adhæremus.)*

"Mocta peccator Presbyter, sancti Patricii Discipulus, in Domino salutem" cujus ætas ccc. annorum erat. (29)

Dentes Moctei, non adulantium fama hæc,
Ccc annorum erant—diuturnum ministerium?—
Nec vocem contra bonos mores emisere extra—
Nec quidquam carnis admisere intra—
Nec angusta fuit familia Moctei—
Ccc Presbyterl, et c. Episcopi commorabant cum eo.—
Sexaginta seniores Cantores Psalmorum, Choristæ ejus—
Familia Regia valde illustris—
Quæ nec arabat, nec metebat, nec triturabat,—
Nec aliud faciebat quam lectionibus incumbere.

---

(*) "Cujus ætas ccc annor."—Desunt hæc in Chron. Scot.—De Hibernorum more tria Sæcula numerandi vide supra, pag. 127, not. 8. De Mocteo vide supra, pag. 104, ann. 411. De longævitate Monachorum Hiberniæ, vide p. 100, n. 56, et p. 127, n. 8.

(†) Desunt versus isti in Chron. Scot. MS. Dublin. Eos autem adducunt, paulo variantes a Tigernachi Codice Bodleiano, IV Magistri ad ann. 534, sic—

*Fiacail Mochta, ba maith bes—tri ced bliadhain, buan an chis,*
*Gan ghut niomraill seiche suas—gan mir nionnhair seche sis,*
*Nir bo dochta muintir Mochta Lughmaig is*
*Tri ced Sagart um ced n Espoc maille fris,*
*Tri fichid seanoir salmach a theagolach rioghda remend,*
*Gan ar, gan buain, gan tioradh, gan gniomradh, acht madh legend.*

(29) Mochtei obitum referunt Annal. Ult. ad ann. æræ C. 536, vel 537, xiii. Kl. Sept. Tria vitæ sæcula quod attinet, jam antea notavimus ad obitum S. Ibari, morem esse loquendi Hibernicum, quo, qui natus est exeunte sæculo, et vixit sequente integro, et obiit ineunte *tertio*, dicitur tribus sæculis vixisse, quia revera vidit 3 sæcula. S. Cumineus Condere nsis in suo opusculo De meritis præcipuorum Hiberniæ SS. annos quibus S. Mocteus vixit recensens, 100 tantum annos ei tribuit, ut in versu sequente.—

*Carus Mochta Lughmaigh—tre reachd 7 tre riaghail*
*Gan mir nanlunn na chorp—fri re ched mbliaghdhan.*
Mos Mochtei Lugmagensis talis erat—ex austeritate et regulari vita—
Ut nihil carnis gustaverit, spatio centum annorum.

Floruit Comineus is ante annos mille ducentos, juxta Colgani Acta, p. 734, certe ante mille annos.

Waræus inquit Mocteum scripsisse Chronicon, ut indicant Annales Ulton. ad ann. 572, his verbis—"Prima "præda Saxonum de Hibernia, ut alii dicunt, isto anno deducta est, ut *Macteus* dicit—Sic in libro *Cuanach* "inveni." At noster Mocteus obiit ante annum istum, et Mocteus Chronographus is, fuit Scriba et Magister Ardmachanus qui obiit anno 889.—Plures pariter fuere Cuanachi, quorum unus, Scriba et Eps Lugmagensis, obiit anno 828. Mocteum memorat Adamnanus, in Præfat. 2.

A.C.

*Bonifacius Papa quievit, cui successit Mercurius, qui et Johannes* (30) *annis ii, mensib. iiii, 7 dieb. vi.*

Cath Luachar Moire et. da inber ria Tuathal Maelgarb for Ciandr.

Prælium Luachræ magnæ, inter duo flumina, gestum a Tuathalio Calvo-torvo contra Ciannachtenses. (31)

535 K. i. *Huc usque perduxit Marcellinus Chronicon suum.* (32)

536 Aill. Ab. Ardmacha *mort'* ?
*Nativitas* Baithine Dalta Chol. Chille.

Alildus Abbas Ardmachanus mortuus est. (33)—Nativitas Bathinii Alumni S. Columbæ Ecclesiarum.

K. ii. *Mercurius Papa quievit, et in Basilica B. Petri sepultus est.*

K. iii. *Agapitus natione Romanus, Romanæ Ecclesiæ Episcopus, sedit mensibus xi, diebus viii, an.* , (34) *et in Basilica Petri sepultus est. xxvi dies Bonifacii, et iiii menses 7 vi Dioscori, et xi menses et dies (viii) Agapeti, efficiunt annum, et iiii menses, et x dies.* (35)

538 K. *v.* Cath Cloenlocha *i* ; cec. Maine mc Cerbuill a cosnomh Gelfine h. Maine Con.r. Gobnenn mc Caill Righ ua Fiachnach Aidne *victor erat.*

Prælium *Cloenlochense*, in quo cecidit *Maine* filius *Cerbalii*, dum tueretur Obsides Regionis *Hi Maniæ* in Connacia. Gobnenus filius Conalli, Rex Regionis *Hi Fiachrach Aidne*, victor erat—

Comgall mc Domangairt Righ Alban *obit, xxxv°. anno regni sui*—

Comgallus filius Domangarti Rex Albaniæ obiit, xxxv anno regni sui. (36)

(30) Id est "Johannes 2dus,"—qui die ultimo Decemb. anni 532, ad Pontificatum evectus, rexit Ecclesiam usque ad vi. Kal. Jun. Anni 535.

(31) "Connacht" Chr. Scot.—Hoc tempore, Schola Finniani de *Cluan irard* celeberrima fuit in Hibernia. Ibi duo Brendani, duo Ciarani, SS. Columba, Cainicus, et alii imbuti fuere. Obiit Finnianus ann. 552, ut in Annal. Inisfal.

(32) Non Ammianus Marcellinus, sed Marcellinus Comes, qui S. Hieronymi Chronicon continuavit, usque ad ann. 535, ut in Cassiodoro de Div. Instit. c. 17.

(33) Alildus septimus Ep.s Ardmachanus obiit, juxta Annal. Ult. anno 535, æræ c. 536. Errat itaque Usser. Primord. p. 874. Alius fuit Alildus vi Ardmachanus, de quo supra pag. 130, not. 26.

(34) Quædam pauca desunt in textu.

(35) Obiit Agapetus x Kal. Maii, anno 536, mense Pontif. x. die 29. Sandini. Petav.—Dioscorus non fuit legitimus Papa, uti notant Sandinus, Onuphrius, &c.

(36) Reges Albaniæ hactenus memorati sunt *Loarnus* filius Erci, Conarii 2di Regis Hiberniæ, per Carbreum Riada trinepos, a Saradia, Conni Centimachi Regis filia, septimus, qui cum fratribus Æengusio et Fergusio Dalriadinos ex Comitatu Antrimense in Albaniam ducens, Scoticæ ex Hibernia Coloniæ, in Occidentali Albania a Riada longe antea stabilitæ, primus factus est Rex, anno D. 502. Is quinquaginta duorum Scotiæ Regum, usque ad Malcolmum tertium, primus regnavit, ab anno 503.—2. Successit ei frater *Fergus mor, mac mise*, vel *Mac Nisæ*, a matre dictus.—3. Deinde *Domhangard mc Fergusa*, i. e Fergusii prædicti filius, qui Patri successit anno incerto. Is duos filios habuit, ex Fedelmia, a *Briano* Eochodii Muighmedonii filio orlunda, nempe *Comgallum*, e quo Comgalli familia Albanica, et *Gauranum*, e quo familia Albanica Gaurani.—Domangardo successit *Comgallus*, ut supra in textu, anno 534, juxta Flaherteum, qui annos xxiv tantum ei tribuit, itemque Carmen Hibernicum Inaugurationis Malcolmii 3. Sed Annal. Ult. ei tribuunt annos xxxv, et obiisse aiunt anno 537, æræ c. 538, juxta quosdam, vel anno 541, æræ c. 542, juxta alios. Vide IV Mag. ann. 537, et infra, pag. 141, n. 55, et 66, item supra, p. 127, ann. 505.—Numeri annorum in Codicibus variantes, et depravati, postulant ut Tigernachi textum intactum relinquam.

A. C.

K. *vi.* *Perditio panis—Silverius Papa, natione Romanus regnat anno* 1, 539
*mensibus v, diebus xi, qui Confessor obiit*—Mancian Maethla *cecidit.*

Kl. *vii.* *Nativitas Gregorii Papæ.* *Nem Eps obiit.*

*Vigilius Papa, natione Romanus, regnat annis xviii, mensibus vi, d. xv, qui* 540
*Siracusis defunctus, via Salaria sepultus est, ut Beda* beath *(lege ut Beda beatus ait.)* (37)

K. *i.* ***Mortalitas magna quæ*** blefed ***dicitur, in qua*** Mobi clairineach ***c. no*** ? Berchan brecano, ***Poeta, p.iit.***

K. *ii.* Ailbe Senchua uan Aill. obit.

K. *iiii.* Cath Tortan ria Laighniu i. *q.* cec. mc Earca mc Aill. Muilt, a ? Fir Cera—

Cath Sligidhe i ? cec Eogan Bel R. Condr. la Fergus 7 la Domhnall da mc Muir ? taigh mc Earca, 7 la h Ainmire m. Setna 7 la n Indigh mc duach *qui victores erant. unde d.m* ?—

Fichth cath h. Fiachrach la Fergus fealbair—
Tar im Bel geissit buar uan fri Slega
Sreata in catha i crinder. (38)
Airchelt Sligeach do muir mur—
Fuil fher la feoil.
Bertait i Laigh tarreib im Cend Eoghain beoil—
Cairpre mc Cremthaind ri Mumhan.
Luged Esp. condere *q.*

Mortalitas magna, dicta *blefed*, in qua Mobeus claudus, cujus nomen est Bercanus Maculatus, Poeta, periit. (pro magna, lege *prima*, vide ann. 549, infra.)

Albeus Senchuensis Ecclesiæ, Regionis Olildorum, obiit.

K. iiii. Prælium Tortanum cum Lageniensibus, in quo cecidit filius Erci filii Olildi Molt, a quo viri regionis Ceræ descendunt.—Prælium Sliguntinum in quo cecidit Eogan Bel Rex Connaciæ (i. e. *quartus* Rex Christianus) occisus a Fergusio et Donaldo, duobus filiis Murcertagi filii Ercæ, et ab Anmireo filio Sednæi, et ab Indighio filio Duachi, qui victores erant, unde dictum est—Gestum est prælium Hi Fiachrach cum Fergusio acuto—contra Belum. Obtinuerunt boum prædam, inimicorum cum strage—gestum est prælium apud Crinder—Sese subdiderunt Sliguntini maritimo Duci,—Viri, cum commeatibus suis.—Ducti sunt captivi Lagenium, cum capite Eogani Bel. (39)—Carbreus filius Crimthani, Rex Momoniæ, Lugad Eps Conderensis quieverunt. 543

(37) Rexit Silverius ab anno 536 ad 540. L'Art de ver. les dates t. 1.—Vigilius ei successit ab anno 540 ad ann. 555, nempe xvi a quo legitmus declaratus est.

(38) Eadem habet Chron. Scot. MS. Dublin, sic—

*Fichter cath na Ffiachrach—La feirg faobhar tar in Bel geisis*
*Buar namad fri Slega—Sretha an cath icrinder*
*Ar celt Sligech do muir mar—Fuile fer lial feoil*
*Bert. d colaig tarebu—Imcend Eogain beoil.*

(39) De regibus Connaciæ Christianis, vide infra, pag. 140, n. 51.

A C

(REX HIBERNIÆ TUATHAL II. OCCISUS.)

544 K. v. Tuathal Maelgarb mc Cormaic caech mc (40) Cairpri mc Neill R. Temrach a tortair an Grellaig eilte do laim Mailmoir mc Argadain do Conaillib Muirtheimhne .i. mc mathair do Diarmait mc Cearbhuill in Maelmor sin, 7 a dorchair Mailmoir fein ar in lathair sin un. dr echt Mailmoir.—*Quies* mc Cuillind 7 Odhran Oleatriacha.

K. v. Tuathalius Calvo-torvus, filius Cormaci Cœci, filii Carbrei, filii Nialli, Rex Temoriæ, occisus apud *Greallaig Eilte*, i. e. luteum campum Cervorum, manu Maolmorii filii Argadani de Conalliis Maritimis. (42) Maolmorius iste fuit filius Matris Diarmitii filii Cearbheolii, et ipse eodem loco et tempore occisus est, unde dicitur per proverbium "*mors* "*Maelmordi.*" Quies filii Cuilini, et Odrani dicti Peregrinationum.

549 Ciaran mc an t saoir *obiit, xxxi an. etat. suæ,* h *scpt.o. post* ar Cluain-mc-nois *construere cepit.*

[*MS. Fol.* 8, *col.* 1.]

Dichend an bacucha an aenach Taillten sui raithem (41 Sci Ciarain .i. luidhe eithig do rat Duine solaim cor gab aillse fo a muinel. vii. mbl. do bai se beo ar. monachos. Beoid ain. ath. Ciarain 7 Darerca ain a mathair *s. ips dx.*

Darerca mo mir si nir bo bandsceall olc bend—
Saer mo ath si—do latharaib Molt.

Ciaranus filius Artificis obiit 31 anno ætatis suæ, hoc est septimo postquam Monasterium, dictum *Cluan-mac-nuais,* i. e. Secessum filiorum Nobilium, construere cæpit.

Decapitatio Mendici audacis apud Conventionem Taltinensem, per virtutem, i. e. per Miraculum S. Ciarani, i. e. Juramentum falsum præstitit, nempe, jurans per manum Ciarani, ita ut corriperet gangrena collum ejus—Septem annis vixit apud Monachos.—Beodius fuit nomen Patris S. Ciarani, et Darerca matris, ut ipse dixit—

Darerca mater mea fuit—non fœmina vana quæ sunt pravæ mulieres.
Liber homo erat Pater—Mater e propinquis Alilli Molt.

(40) In Chron. Scot. "Tuathal Maelgarb caoich, mc Cairpre, mc Cormac, mc Neill Ri Tenrach deg o ghuin "Maoilmoir."

(41) Pro "*Sui raithem.*" Chron. Scot. habet "*per virtutem.*"

(42) Tuathalio huic successit *Diarmitius I,* Cervalii filius, qui S. Ciarano *Cluain-mac-nosii* situm, et Insulam Insulam *Anginam,* cum 100 cellis in Midia et Bregia dono dedit. ut in Libro Navan. Primord. p. 957, et in Actis Ciarani, ib. p. 1065. Paulo postea Cieranus, Civitate Clonardense, cum suis villulis Magistro suo Finiano donata, qui Scholam suam eo transtulit, in Angina Insula maximum ipse fundavit Monasterium, et ad usus pauperum reditus acquisivit amplissimos, ut in Midensis Ecclesiæ Tabulis Primord. p. 969 et 1065. Deinde in Angina Successore relicto *Adamnano* Momoniense, anno 548, Clonense Monasterium in Midia condidit prope

A. C.

(REX CHRISTIANUS HIBERNIÆ VI. Diarmait mc Cearbheoil.)

Dearmuid mc Cerbuill do gabail Righe n Erind.

Diarmitius Cerbheolii filius obtinet regnum Hiberniæ. 544

K. *vi*. Tigernach m Cairpre sui Eps Cluanaeois *obit*.

K. *vi*. Tigernachus filius Carbrei, Sapiens Eps Cluanæois obiit.

K. *vii*. Aill mc Dunlaing Righ Laighen *obit*. Cormac mc Aill. Righ Mumhan.

K. *vii*. Alildus filius Dunlangi Rex Lageniæ obit—Cormacus filius Alildi Rex fuit Momoniæ.

K. *ii*. K. *iii*. K. *v*. Cath Chuile Chonaire (43) in ; cec. ni Aill i banda R. Connacht 7 Aed fortamhail a brathair. Fergus 7 Domhnail da mc mic Earca *victores erant*.

Duach Tenga-Uma mc Fearghusa R. Connacht. (44)

K. *ii*. K. *iii*. K. *v*. Prælium Cuil-Conarense in quo ceciderunt *Aillinbanda* Rex Connaciæ, et Aedus Fortamhal frater ejus. Fergusius et Donaldus duo filii Ercæ, victores erant. (45) 549

K. *vii*. *Mortalitas magna* .i. in Crom Conaille l. in buidhe Conaill i ; *isti Sci pausav.nt*. .i. Findia mc hi Telldub, 7 Colum mc Crimtaind, 7 Colum Indse Cealtra, 7 Sineall mc Cenandain, Ab. Cilli Achaigh Drumfada, 7 Mactail Chilli Chuilind, *qui no. at*. Eogain mc Corcrain.

K. *vii*. Mortalitas Magna, i. e. quæ dicebatur Crom Conaill, (46) vel flava Scabies—in qua isti sancti obierunt, nempe Findia filius O'Telldubii, et Columba filius Crimthani, et Columba Insulæ Celtræ, et Sinellus filius Cenandani Abbas Cill-Achadensis Monasterii in Drumfad, et Mactalius Cilcullinensis, qui nominatur Eoganus filius Corcrani. 550

K. *ii*. Cath Cuilline i. ; *ceciderunt*

K. *ii*. Prælium Cullinense in quo ceci- 552

---

Senanum fluvium, proximo anno ante obitum. Obiit anno 549, anno ætatis tantum 33. Regulam ejus Monasticum memorat Usser p. 1050, itemque 1140, et Annal. Ult. ad ann. 743.

(43) Chron. Scot. habet hic "*a Cera*," in Regione *Cera* in Connacia. Item IV Mag. ad ann. 544, et Annal. Ult. ad ann. 549, æræ c. 550.

(44) Desunt hæc de Duacho ib. et in Annal. Ult. et IV Mag; ita ut ex Scribæ oscitantia inserta censenda sint. Duachi enim obitus refertur supra ad ann. 500, p. 126, n. 5 et 7, et p. 90, n. 87.

(45) Hæc habent Annal. Ult ad ann. 549, æræ c. 550. *Allinbanda* Eogano Belo successit, vide infra, p. 140, not. 51. Tertius fuit Rex Connaciæ Christianus.

(46) "Mortalitas." Annal. Ult. ad ann. 548, æræ c. 549. Sed non conveniunt characteres K. a morte Tuathalii anno 544. Sunt enim numero sex, indicantes totidem annos, sex autem adjuncti anno 544, efficiunt 550. IV Magistri Mortalitatem hanc referunt ad 448, quo narrant S. Ciaranum de Cluanmacnois, et Tigernachum de Cluana-Eoais, et alios multos e peste ista obiisse.—Conciliantur omnes dicendo erupisse mortalitatem anno 548, et durasse ad ann. 551.—Eam memorat Adamnanus, l. 3.

A. C.

Copeoichi Mumhan p. or ne in Ite Cluana Cpeadail. Bass Fothaigh mc Conaill.

553 K. ii. Bass Eoch. mc Conlai Righ Ul. a q h Each Ul. nati s.t. Copmac mc Aill. R. Laighin obit. (*) Bass Bic mc De in Faidh.—Bass Cpimthaind mc Bpuin, Feapgna mc Aengusa p Ul.—Caipppe mc Copmaic R. Laing.

554 Kl. iii. Nativ.tas Molua m. hui Oche. Pestis q. vocat' Samtpusch.

K. v. Cathbua mc Feapgusa Eps Achaigh Cuin.—centeso. l. anno ætatis sue obit.—Vigilius Papa natione Romanus cc i anno xi dieb.' 7 in Basilica B. Petri sepult.' 2—

Gein Caemain Leith. (†)

K. vii. Duach-tenga Uma R. Connas mop 2 Cath Dpomacleithe du a tophaip Fepgna h. Fidhbuidh R. Ul. la Deman mc Caipill, 7 la n uaib Each n h Apda. Ech. Tipmcapna R. Conbs (47) Neasan Lep. i. pausad.

derunt Corcoichi populi Momoniæ per orationes S. Itei Cluan-Creadalensis.—Mors Fothagi filii Conalli. (4')

K. ii. Mors Eochodii filii Conlai Regis Ulidiæ, a quo O'Eachi Ulidi orti sunt.(48) Cormacus filius Alildi Rex Lageniæ obiit. Obitus Becci filii Deagi Vatis.—Obitus Crimthani filii Briuini, item Forgnæ filii Aengusii Regis Ulidiæ, et Carbrei filii Cormaci, Regis Lageniæ.

K. iii. Nativitas Moluæ filii O'Ochei. Pestis quæ vocatur *Samtrusch*. (49)

K. v. Cathbua filius Fergusii Eps Acha-Cuinensis 150 ætatis suæ anno obiit. (50) Vigilius Papa, natione Romanus, . . . anno xi diebus, (locus mendosus) in Basilica B. Petri sepultus est. (51) Nativitas Coemani Lethensis.

K. vii. Duachus linguæ æris Rex Connaciæ obiit. (52) Prælium Dromclettense in quo occisus est Fergnaus O'Fidhbuadh, Rex Ulidiæ, per Demanum filium Carilli et per Eachios Aradenses. Eochodius-Tirmcarna Rex Connaciæ (53) et Neasanus Leprosus obierunt.

(*) Desunt hæc de Cormaco, Crimthano, Fergna, et Carbreo, in Chron. Scot.
(†) Desunt hæc de Coemano ibid.

(47) Conveniunt Annal. Ult. ad ann. 551, æræ c. 552.
(48) Ita Annal. Ult. 552, æræ c. 553.
(49) Annal. Ult. 553, æræ c. 554
(50) Ibid 554, æræ c. 555. Sed non anno ætatis 150.
(51) Obiit Vigilius anno æræ c. 555, anno xvi postquam pro legitimo Pontifice habitus est.
(52) Amanuensis est error. Vide supra, p. 139, n. 43, et ann. 543, supra, pag. 137. Reges Christiani Connaciæ hoc ordine numerantur. 1. *Amalgad* uti supra, p. 90, n. 87, deinde *Ailil-Molt*. 3. *Duach Gallach*, ib. et p. 100, n. 21, p. 111, n. 58, p. 117, n. 76, p. 118, n. 86.—4. Duacho successit *Eogan Bel*, ut supra, p. 126, n. 5, annis 42, ab anno 502.—5. Eogano Belo successit quintus Rex Christianus *Aillinbanda*, ut supra, p. 139, n. 44.—6.
(53) Eochodius Tirmcarna Allinbandæ successit Rex Connaciæ sextus Christianus.

K. *i.* *Jugulac.* o Colmáin moir m. Diarmata in *c. ru suo* o Dubslait h. Terna do Cruithneachaibh.—*Ec. li a* b. chair *fundata* ?.—Aed mc Each. Tirmcarna Ri Condſ.

Kl. *iii.* *Brenain Eccleisam* Cluana-ferta *fundavit.*

O gabais m. ua Tellta
Brenaind co lin abesa
S. in fearr ni measſa de
O sin cose cluain ferta. (*)

K. *Ascensio* Brenaind *i c. ru suo in aerem.*

Kl. *i.* Cena *p.t. rema* Temrach la Diarmait mc Cerbuill. Bass Gabrain m. Domangait, R. Alban. Teichedh do Albanchaib ria in Bruidi mc Maelchon, R. Cruithnechaib.

Bass Curnain mc Aedha m Eoch. Tirmcarna, la Diarmaid mc Cerbuill, ar comairce Col. chille, 7 is dagbaraib chatha Cuile dremhne sin.

A C

K. *i.* Jugulatio Colmanni Magni filii Diarmitii in curru suo, per Dubslatium O'Terna de Pictis—Ecclesia Benchorensis fundata est. (54) Aedhus filius Eochodii Tirmcarna Rex Connaciæ (6tus Christianus) regnat. 558

K. *iii.* Brendanus Ecclesiam Cluanfertæ fundavit— 559

Ex quo possessionem obtinuit filius clientelæ Teltaorum
Brendanus, ad finem vitæ suæ,
Prospere processerunt res ejus
Inde, propter Cluanfertam.

K. Ascensio Brendani in curru suo in aerem.

K. *i.* Conventio postrema Temoriæ habita per Diarmitium filium Cerbhaolii—Obitus Gabhrani filii Domangardi Regis Albaniæ. (55) Pugna Albanensium cum Brudeo filio Milchonis Rege Pictorum. 560

Obitus Curnani, filii Aedhi, filii Eochodii Tirmcarna, occisi per Diarmitium mc Cerbheoil, contra protectionem orationum piarum S. Columbæ-Cille, et ista causa fuit prælii Culedrevnensis. (56)

---

(*) In Chron. Scot. versus isti sic leguntur "O gabuis mc hui Eltai—Brenaind go lion a beetai—*Acht mas* ferr "ni messa de—o sin go se Cluainfertai." Chron. Scot. ann. 554, ær. com. 559.

---

(54) Ecclesia Benchorensis fundata est a Comgallo, anno 559.

(55) Gabhranus is obiit, etiam juxta Flahertei Codicem, anno 560. Confer Rer. Hib t. 1, Prol. p. 137.

(56) Culedrevne locus est prope opidum Sligontinum, in regione Carbriæ, ad oppidi aquilonem.—Prælium istud referunt IV M. ad ann. 555. Sed Annal. Ult. recte ad ann. 561, et ex eis Usser. p. 694—Adamnanus inquit "S. Columban *anno 2do post Culedreibne bellum*, ætatis vero suæ xlii, de Scotia, i. e. de Hibernia, ad "Britanniam, pro Christo peregrinari volentem enavigavisse." *l.* 1, c. 1.

Ex Ultoniensibus Annalibus intelligimus, anno 565, occisum fuisse Regem Dermitium, cujus insidias ac odium capitale declinantem S. Columbam in Britanniam secessisse, ineditus vitæ ejusdem Sancti scriptor prodidit. Ita biennio citius in Britanniam venisse constat, et biennio diutius fuisse ibidem commoratum, quam a Beda traditur. Cum enim hic sepultum fuisse illum dicat, post *annos circiter xxxii*, ex quo ipse Britanniam prædicaturus adiit; Adamnanus, cui in Columbæ rebus præsertim major fides est adhibenda, in Britannica illius peregrinatione 34 annos completos fuisse confirmat, quibus ab anno mortis ipsius 597 deductis, relinquitur 564, ad quem navigationem Columcille de Hibernia, in Annalibus Ultoniensibus relatam invenimus.

A. C.
561 K. v. Cath Chuile dreimhne for Diarmaid mc Cerbaill Fergus 7 Domhnall, da mc Muircertaigh mc Erca, 7 Ainmiri m. Sedhna 7 Ninidh mc Duach 7 Aed mc Each Tirmcarna R Cons *victores erat. p. or.o.m* Colum C. *d.c.ntis.* (57)

A De cidh na dingbhai dind
In ced duss in ruir. e mis a lin—
In t sluaig do boing brega din—
Sluaigh do ching a timchell Cairn.—
Is mc ainbhthe notus mairn—
Ise mo drui nimmer m
Mac de aslium Comgebha—
Is alaind feras in buadh
Gabhair baedain ras in Sluagh
Fola baetain fuilt buidhe
B. aig a heren suirre.

Fraechan mc Temusain ise do rinni mairbe n druad do Diarmuit—Tuatan mc Dunain, mc Sarain, mc Cormaic, mc

K. v. Prælium Culedrevnense contra Diarmitium mc Cerbheoil. Fergus et Donaldus duo filii Murcertagi filii Ercæ, et Anmireus filius Seduei, et Ninnidius filius Duachi, et Aedhus filius Eochodii Tirm-carna Rex Connaciæ, victores erant per orationes Columbæ Cille, dicentis—

O Deus quamvis succursum non præbeat Arx—
Præcipuum refugium Tu, qui protector es nobis.
Exercitus qui incedit circuiens Aggerem Sacrum,
Est ut filius iniquus, celebris insidiis.
Est more Druidarum venenosus!—
O Fili Dei præbe mihi auxilium oranti.
Est tua manus quæ parit victoriam,
Quam obtinet Baedanus cum exercitu.
Sanguis Baedani flavi-comati!
Benedictio Hiberniæ insequitur eum.

Frachanus filius Tenuisani is fuit qui persuasit Regi Diarmitio ut expelleret Druidas. (58) Tuatanus filius Dimani

(57) In Chron. Scot. sic—*A Dia ciodh nach ding bancia—Dus an Er ais mis a lin—*
*An t sluaigh do boing brita din—Sluagh do ciny attimceill Cairn,—*
*Is mc Ainfthe nosdus mairn—A se mo Drui nimera*
*Mc De is finne c. gena—As alaim ferus alluadh—*
*Go bar Baedain re sin sluagh—Fo la Baedan fuilt buidhe,*
*Ber a hefren fuirre—*

(58) Expulsionem Druidum ex Hibernia hoc tempore, memorant pariter Annales IV Magistror. et Ultoniæ.—Druidum plura vestigia manent in Annalibus istis, et in Tigernacho, in quibus arborum cultus, et præcipue quercus, sæpe recurrit. Vidimus supra in narratione de prælio Cillosnadense ad ann. 460, pag. 123, in usu fuisse viros illustres figurative appellare Arborum aureorum Ramos, Nempe mos est laudandi Hibernicus, ab arboribus Sacris ductus, qui non raro recurrit.—

Memoriam Arboris boni et mali, atque Serpentis, servaverunt omnes fere antiquæ Gentes, ut narrat Plinius de Druidibus, l. 16, c. 44. Hinc cuilibet Deo proprium arborem consecraverunt—

"Populus Alcidæ gratissima, Vitis Iaccho—
"Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo." Virgil. Eclog. 7.

Maximus Tyrius Dissert. 38, narrat Gallos Jovem colere, cujus signum, et Status, erat altissima quercus.—Abrahamus sedem suam fixit in Querceto *Mamre*, ubi, Altari extructo, sacrificia Deo vero obtulit, et Angelos hospitio excepit. Gen. xviii, 1.—S. Hieronymus, in libro de locis Hebraicis, inquit, eam ipsam quercum *Mamre*,

Eogain, iste ro la mairbe Druadh darachen. Marghlinde ro chig. tairri *qui sol' oc.* ? (†)

K. *vi.* Cath cule Uindrenn a Tebhta for Diarmuit mc Cerbuill ria n Aed mc Brenainn Ri Tebhta i ; Diarmait fugit.

[*MS. Fol.* 8, *col.* 2.]

K. *i.* *Navigatio* Col. Cille *ad Insulam Ia etatis sue* xlii.—Cath Monadaire-lothair for Cruithnibh ria n uib Neill in Tuaisc. t an dorcratar vii Ri Cruitneach im Aed in breec. Baedan mc Cinnd con dibh Chruthnibh (59) nod fid fri Cruithn 7 Cenel n Eogain, 7 Conaill id fichfed cond tucti mereed in a lea 7 arda eolairg, d ; Cendfaelad cc.

(60) Sinsit faebuir finnsit fir,
A moin d.g Daire lothair.
Adbur comraine nad cert
vii righ Cruithneach im Aed mbrecc.

A. C.

filii Sarani filii Cormaci, filii Eogani, Is fuit qui expulsit Druidas postea . . . . . qui solus occisus est.

K. *vii.* Prælium Cuiluindsen in Teffia, contra Diarmitium mc Cearbheoil, gestum ab Aedo filio Brendani, Rege Teffiæ, in quo Diarmitius fugit.

K. *i.* Navigatio Columbæ—Cillæ ad Insulam Iae. ætatis suæ anno 42. 563

Prælium *Monadaire Lothar* (i. e. Paludis Querceti Lothrani) contra Pictos, gestum per O'Niallos boreales, in quo occisi sunt septem Magnates e Pictis, cum Aedo filio Bricci.—Baedanus filius Conni, cum aliquibus Pictorum pugnavit contra Pictos, et familia Eogania et Conallia, (i. e. Tirone et Tirconnel,) cum auxiliaribus Mercede conductis, et incolæ montium Eolairg. de quo prælio Cenfaelad cecinit.

Clangorem edidere acuti gladii, Clangorem viri, in campo sanguineo Querceti Lothrensis—
Propter partitionem iniquam, septem reges Pictorum cum Aedo maculato.

---

(†) Quædam desunt.

15 stadiis ab Hebrona distantem, usque ad Constantini Magni tempora floruisse ; Conventus tam Religionis causa, quam negotiationis, ibi annuatim habitos, æstivo tempore, scribunt Sozomen. Hist l. 2, c. 4, ex ed. Græca R. Steph. et Epiphan. Hær. 18, t. 1, p. 39, ed. Petav. et Petavii Animadv. t. 2, p. 37, Coloniæ, fol. 1682.—De *Terebinthe* sub qua Jacobus Patrios Sichemorum Deos sepelivit, ad sua usque tempora perdurante, plura scribit Africanus apud Euseb. p. 22, et Syncellum, p. 107, qui ad ejus stipitem Altare erectum fuisse narrant, ad quod, in celebrioribus conventibus, istius regionis Incolæ devote accedebant. Favet Scaliger in Animadv. ad Euseb. p. 414.—Druidas immane sacrificium humanum, ab exemplo Abrahami Isaacum oblaturi, deduxisse scribit Porphyrius ex *Phœnicum Archivis.*—Consuetudinem sub arboribus, præsertim quercubus, sacrificandi, mala imitatione ab eodem fonte deduxisse Canaanitas, scribit Huetius.

Ad Druidum de Arboribus sacris doctrinam respexisse videtur Virgilius Æn. l. 6, Latet arbore opaca Aureus, —et foliis et lento vimine ramo—*Junoni infernæ dictus Sacer.*—De Druidibus Hibernicis, vide supra, pag. 47–8, 53, 97, et Rer. Hib. t. 1, Indices, voce *Druidæ.* Smith Syntagma de Druidis, &c. 12°. Londini 1664.

(59) "*no fig fri Cruithne 7 Cinel n Eog 7 Conaill no fig set,*" &c. Chron. Scot.

(60) In Chron. Scot.—" Sinsit faobair fir—immoin deirg Doire-lothair Adbhar comranda nad cert." Ibid.

A.C.

| | | |
|---|---|---|
| 563 | Fichther cath Cruithne n uile 7 r. loiscet. elne | Gesserunt prælium Picti omnes et combusserunt Elne— |
| | Fich.t cath Gabhra liffi 7 cath cuile-dreimhne— | Gesserunt prælium Gauranum, Liffiense, et Prælium Cuile-drevne. |
| | Bersat giallu ria Congail-assrar im chuuas nuach | Abstulerunt obsides cum Congallo—Et postea thesauros latentes in Speluncis. |
| | Fergus, Domhnall, Ainmire, 7 Nindigh mc Duach. | Fergusius, Donaldus Anmireus, et Ninnidius filius Duachi. |

## NOTANDA DE S. COLUMBA.

S. Columbam anno 563, cum *duodecim commilitonibus Discipulis,* in Brittanniam ex Hibernia transnavigavisse, narrat Adamnanus, l. 3, c. 4.—Horum Catalogum, ex Appendice MS. Cottoniani supplet Usser. p. 694, his verbis—" Hæc sunt duodecim virorum nomina, " qui cum S. Columba, de Scotia, primo ejus transitu ad Brittanniam, transnavigaverunt. " Duo filii Brendin, *Baithen,* qui et Comin, Sancti successor Columbæ, et *Colthach* frater " ejus, *Ernaan* Sancti Avunculus Columbæ, *Dermitius* ejus Ministrator, *Rus* et *Fethuo,* " duo filii Rodani, *Scandal* filius Bresail, filii Endei, filii Neil—*Luguid-Mocutheimne,* " *Eochoid, Thorannu-Mocufir, Cetea, Cairnaan* filius Branduib, filii Melgi-Grillaan."

Hi Hionam secesserunt, anno quo *Monadoirense* prælium gestum est, in quo Anmereus filius Setni, et filii Murcertachi mc Earca, Donaldus et Fergusius, postea Reges universæ Hiberniæ, victoriam reportarunt, uti etiam in Culedrevnense ante biennium commisso. Ex prælio Monadaire, *Eochoid-Laib,* Rex Pictorum Hiberniæ, victus, curru evasit. (61)

Adamnani, verba sunt.—" Post bellum Culedrebhene, sicuti nobis traditum est, " duobus transactis annis, quo tempore Vir beatus (Columba) de Scotia peregrinaturus, " primitus enavigavit, quadam die, hoc est eadem hora qua in Scotia commissum est " bellum quod Scotice dicitur *Ondemore,* idem homo Dei coram Conallo Rege, filio " Comgill, in Britannia conversatus, per omnia enarravit, tam de bello commisso, quam " etiam de illis Regibus quibus Dominus de inimicis Victoriam condonavit, quorum " propria vocabula *Ainmireus* filius Setni, et duo filii Maic Erce, *Domnaldus* et *Forgus.* " Sed et de Rege Cruithniorum, qui *Eochodius Laib* vocitabatur, quemadmodum victus, " currui insidens, evaserit," &c.—

Causa emigrationis S. Columbæ narratur a Magno O'Donnell, in Vita Columbæ MS. Originali in Bodleiano, item in Adamnani Codice a Stephano Vito ad Usserium misso,

(61) Rex Pictorum Britanniæ hoc tempore fuit *Brudi-mac-Maelcon,* de quo supra, pag. 141, ann. 560, quem Columba ad fidem convertit. Primord. p. 1035. Vide infra, not. 64.

Primord p. 902–4. At quæ extant in Stephani Codice, non habentur in aliis; neque verisimile est gestum fuisse prælium tam cruentum propter librum, sed partim propter causam allatam a Tigernacho, supra ann. 560, et partim, quia injuste a Synodo Hibernica excommunicatus fuerit, anno 561, paulo post prælium Cuiledrevnense, gestum prope Dromcliff, in finibus Connaciæ et Ultoniæ, in quo 3000 occisi fuere, Columba, ut ferebatur, instigante familiam suam, de Tirconnel, contra Regem Diarmitium.

Excommunicatum fuisse, expressis verbis narrat Adamnanus, l. 3, c. 3.—" Cum a " quodam Synodo, pro quibusdam venialibus, et tam excusabilibus causis, non recte, ut " post in fine claruit, Sanctus excommunicaretur Columba, ad eandem, contra ipsum " collectam, venit Congregationem. Quem cum eminus appropinquantem Sanctus vidisset " *Brendanus*, illius Monasterii fundator quod Scotice *Birra* nuncupatur, citius surgit, et " inclinata facie, eum veneratus, exosculatur. Quem cum aliqui illius Seniores Cœtus, " seorsum, et cæteris redarguerent semotis, dicentes, quare coram excommunicato " surgere, et eum exosculari non renueris? taliter ad eos inquiens,—si vos, ait, videretis " ea quæ mihi Dominus hac in die, de hoc suo, quem dehonoratis, electo, manifestare " non dedignatus est, nunquam excommunicassetis, quem Deus, non solum, secundum " vestram non rectam sententiam, nullo excommunicat modo, sed etiam magis atque " magis magnificat. Illi, e contra, quomodo aiunt, ut dicis, ipsum glorificat Deus, " quem nos non sine causa excommunicavimus, scire cupimus?—Ignicomam, et valde " luminosam, ait Brendanus, columnam vidi, eundem quem vos despicitis, antecedentem " Dei hominem," &c.

Stephani Viti MS. Codex historiam Prælii Culedrevnsis enarrans, subjungit.—" Illo " tempore quo hæc fiebant, Seniores Hiberniæ miserunt per nuncios fideles Epistolam, " ad S. Gildam (Badonicum) de genere Saxonum, ut charitatem mutuam nutrirent. " Cumque literas per ordinem legeret (Gildas) et Epistolam a S. Columba scriptam, in " manibus teneret, statim illam osculatus est, dicens—Homo qui scripsit hanc, Spiritu S. " plenus est; et ait unus de Nunciis—ut dixisti ita est. Sed tamen a Synodo Hiberniæ " reprehenditur, eo quod Cognatos suos in periculo mortis constitutos, belligerare jusserit. " Tunc S. Gildas, reprehensionem hanc de S. Columba audiens, respondit O quam " stultum est genus vestrum," &c.

Beda de S. Columba inquit, Hist. l. 3, c. 4,—" Anno Incarn. D. LXV. quo tempore " gubernaculum Romani Imperii, post Justinianum, Justinus minor accepit, venit de " Hibernia Presbyter et Abbas, habitu et vita Monachi insignis, nomine Columba, " Britanniam, prædicaturus verbum Dei Provinciis Septentrionalibus Pictorum, hoc est " eis qui arduis, atque horrentibus montium jugis, ab Australibus eorum sunt regionibus " sequestratæ," &c.

Deinde, l. 5, c. 10—" Erat Columba primus Doctor fidei Christianæ transmontanis " Pictis ad Aquilonem, primusque fundator Monasterii quod in Hii Insula, multis diu

" Scotorum Pictorumque populis venerabile mansit. Qui videlicet Columba nunc a " nonnullis, composito a Cella et Columba nomine, *Colum-Cilli* vocatur."

Notkerus de eodem ait—" In Scotia, Insula Hiberniæ, depositio S. Columbæ, cognomento apud suos Columb-killi, eo quod multorum cellarum, i.e. Monasteriorum vel " Ecclesiarum institutor, fundator et Rector enituerit."—Notker ad V. Id. Junii.

De S. Columbæ Vita et verbis, nonnulla *a Discipulis ejus* scripta haberi, ait Beda, l. 3, c. 4, et Cummineum Album Librum de virtutibus S. Columbæ scripsisse, confirmat, qui ante Bedam scripsit, Adamnanus, l. 3, c. 5.—Subjungit Adamnanus " Columbam in " mediterranea Hiberniæ parte, Monasterium quod Scotice dicitur *Dair-maigh* (hodie " Durrow) Divino fundasse nutu," (62) et Beda " Fecerat *prius quam Britanniam* " *veniret*, Monasterium nobile in Hibernia, quod a copia roborum, *Dear-magh* lingua " Scotorum, hoc est campus Roborum cognominatur." (63)

De tempore adventus S. Columbæ in Britanniam, præter dicta in Rer. Hib. t. 1, et supra, hæc ex Beda notanda occurrunt.

" Venit Britanniam Columba, regnante Pictis *Bridio* (64) filio Meilochan, Rege " potentissimo, nono anno regni ejus; gentemque illam verbo et exemplo ad fidem Christi " convertit; unde et præfatam Insulam (Hy) ab eis in possessionem Monasterii faciendi " accepit. Neque enim magna est, sed quasi familiarum quinque, juxta æstimationem " Anglorum, quam successores ejus usque hodie tenent; ubi et ipse sepultus est; cum " esset annorum 77, post annos circiter xxxii ex quo ipse Brittanniam prædicaturus adiit."

De eodem, Notkerus inquit. " Inter Discipulos suos unum, Congellum scilicet, Fausti " nomine illustrem, Præceptorem Beatissimi Columbani, Magistri Domini et Patris nostri " *Galli*, virtutum ac meritorum, quasi unicum, exemplo Isaac, reliquit hæredem."

Antonius Yepez, in Chronicis generalibus ordinis S. Bened. ad ann. 565, c. 2, ait. " Animadversum reliquimus, in superioribus annis, magnum Monachorum Cœnobiorumque " numerum in Hibernia Insula, temporibus hisce florere; quare operæ pretium est, ad " illam redeamus regionem, ex qua, tamquam ex alvearibus, argumentosa Monachorum " examina, ad varias orbis nationes prodibant, Cælestes favos inter ipsa construitura.

" Habuit itaque, inter alios, sub idem tempus, Hibernia binos cognominatos *Columbanos*, quorum alteruter tam fuerit illustris, ut solus sufficeret ad nationem hanc, se ipso " illustrandam; et quemadmodum in nominibus, ita in generosis conatibus, de Evanglio " inter externas gentes Paganas disseminando, et Cœnobiis obiter ædificandis, similes " extiterunt.—Horum alter erat Discipulus S. *Comgelli*, Abbatis inclyti illius Monasterii " *Benchorensis*, qui, 12 comitatus Monachis, in Angliam primo, inde in Gallias perveniens,

---

(62) Adamn. l. 1, c. 31, l. 2, c. 7, l. 3, c. 19.

(63) Bed. l. 3, c. 4.

(64) Brudeum hunc memorat Adamn. l. 2, c. 10, c. 18, et 22, ubi a Christiana fide alienum fuisse innuit. Vide supra, n. 61. Beda errasse videtur in *nono* anno Brudei, supra. Regnavit enim ab anno 557.

"ac postea in Alemanniam, tandem in Italia fato cessit, postquam cunctas has Regiones "Monachorum cœtibus, ac conventibus replevit, de quo late in sequentibus tractabimus,— "Etenim Columbani ac Discipulorum ejus Historiæ, majorem et præcipuam partem, duo "nostri tomi occupabunt, nec de hoc in præsenti agimus, sed de alio famoso Columbano "de quo V. Beda, l. 3, Hist." (65)

S. Columbæ acta scripserunt, præter anonymos multos, S. Cannichus coævus ejus, ut in Waræi Scriptoribus, l. 1, c. 3, S. Cummianus Discipulus ejus, cujus opus edidit Mabillonius in Actis SS. Adamnanus cujus opus edidere Canisius, Thomas Messingham, Surius, Colganus, et haud passibus æquis Pinkertonus.—Memorat alios Adamnanus, qui Columbæ gesta descripserunt, ut "*Falbeum Abbat*^m^. *in Treoit*," quem suum Decessorem vocat, l. 1, c. 3, et Cumminoum Abbat^m^. Hiensem, anno 668 mortuum, l. 3, c. 5.

Post hos scripsere de Actis S. Columbæ Tinmuthensis, qui floruit anno 1366, et ex eo Capgravius in Legenda aurea, Londini 1516.—Ex his et nonnullis aliis, opus suum de Vita Columbæ compilavit Magnus O'Donnell, Tirconalliæ Princeps, circa ann. 1520, quod extat lingua et characteribus Hibernicis, in folio grandiori, in Bibliotheca Bodleiana, quam vitam Latine redditam, et in 3 libros distributam, edidit Colganus in Triade, loco quinto, Lovanii, 1647.

Scripsit ipse Columba Regulam Monasticam, cujus meminit Wilfredus, apud Bedam. l. 3, c. 25, et Auctor vetus Supplementi ad Vitam S. Ciarani, editi a Colgano,— "Numeratur (inquit) inter octo præcipuos Regularum conditores, quibus Monasteria prope "innumera Regni Hiberniæ regebantur." Prima fuit S. Patricii,—2. S. Brigidæ, 3. S. Brendani, 4. S. Ciarani, 5. S. Columbæ, 6. S. Comgalli, 7. S. Molassi, sive Lasreani, 8. S. Adamnani.—Ex is octo quinque memorat Alcuinus Poemate 246.

Patricius, Queranus, Scotorum gloria gentis
Atque Columbanus, Comgallus, Adamnanus,
Præclari Patres morum vitæque Magistri, &c.

Aliam Regulam Eremiticam, i.e. præscriptam fratribus in Ereno degentibus, scripsit Columba, quam penes se habuit Colganus, ut in Triade p. 471, et de qua Waræus inquit. "Scripsit Columba Regulam Monasticam, *quæ extat*, et vulgo *Regula Cholum Chille* dicitur." De Scriptorib. l. 1, c. 2. Scripsit etiam quatuor Hymnos latine, qui enumerantur a Waræo et Colgano, ex libro Hymnorum pervetusto. Præterea Rythmum Hibernice composuit in laudem S. Brigidæ, incipientem—Brigid be bhith maith, Brigida fæmina

---

(65) Mabillonius recte notat in Annal t. 1, p. 240. "Non satis sibi constare venerabilem Bedam, cum ait, "Scottos in Britanniam advenientes, ad maris sinus partem septentrionalem, sibi locum patriæ fecisse, l. 2, "c. 2, et tamen, Hiiensem Insulam a *Pictis*, qui *eas Britanniæ plagas incolebant*, sancto Columbæ donatam fuisse "tradit! l 3, c. 4. Hæc enim insula sita erat in regione Scottorum, xviii circiter millibus dissita ab occi- "dentali littore illarum Provinciarum, in quibus Scottorum regnum positum erat, quos inter et Pictos dorsi "Britannici montes distermini erant, teste Adamnano."

egregio. Diversa S. Columbæ opuscula penes se habuisse testatur Colganus, Hibernice scripta, " quæ genuina authoris esse opera, probat tum stylus pervetustus, tum Codex " Membraneus perantiquus ex quo sunt descripta. Triade p. 472.

Primum incipit " Sciath De do nimh." Scutum Dei de Cœlo, alias, Lorica Columbæ.

2m. De deliciis Vitæ contemplativæ, incipiens,—" Allach lem bheith anducht ailma," Jucundum mihi degere in gremio Insulæ.

3m. Valedictio Monachis Dermagiensibus, incipiens,—" Nocha dachar diar seanadh."

4m. De affectu redeundi Hiberniam, incipiens.—" Do ba mealbach a mhic mo Dhe," i. e. Valde jucundum esset o fili Dei mei.

5m. De statibus vitæ securis, et de diversitate Monachorum, incipiens—" Firuisge maith a chiall maith a thuigse." Aqua fontana generat intelligentiam et judicium rectum.

6m. Colloquium est S. Columbæ cum S. Corbmaco, Discipulo redeunte ex prima ejus navigatione per Oceanum, incipiens—" Dia do bheatha Chormaic chaim" Ave Cormace Dilecte.

7m. Salutatio S. Corbmaci ex Hibernia patria sua ad S. Columbam venientis, incipiens " Corbmac ua Liatain li ghlan" Cormacus Nepos Liathani specie decorus.

8m. Epistola Salutatoria ad quosdam SS Hiberniæ, incipiens—" Aoibhinn beith ar beinne Edair" Jucundum esse supra verticem collis Volucrum (hodie Hoath)

9m. De S. Mocteo ejusque ætate et Discipulis—Fiacul Ifecta &c. uti supra, pag. 135.

Plura alia Hibernica, S. Columbæ adscripta, servantur in Bodleiano, ut in Rerum Hibernicar. t. 1, annotavimus. Memoratur etiam in pervetustis Lituniis Anglicanis editis a Mabillonio in Analectis tom. 2, p. 672. Monasterium ejus Hiiense a Beda appellatur caput aliorum omnium quæ a Columba instituta sunt—" Habere autem solet ipsa Insula, " inquit is, Rectorem semper Abbatem Presbyterum, cujus juri et omnis Provincia, et ipsi " etiam Episcopi, ordine inusitato, debeant esse subjecti, juxta Exemplar primi Doctoris " illius, silicet S. Columbæ, qui non Episcopus sed Presbyter extitit et Monachus."

Is Aidanum cœlesti monitu, Scotorum Albaniæ Regem ordinavit, oleo inungens, et benedicens consecravit." (66) Denique, S. Brendani obitu cœlitus accepto, *Sacræ Eucharistiæ Mysteria*, per Diarmitium Ministrum suum, ad celebrandum in ejus natali die Missæ Sacrificium, præparari jussit.—Idem factum in obitu Columbani, Lageniensis Episcopi, quo die, cum fratres ad opera manuum exituri essent, S. Vir, contra, feriari jussit, Sacræque oblationis obsequia præparari, et aliquam fieri prandioli adjectionem; unde colligitur non nisi festis feriatisve diebus, missam in hoc Monasterio, celebratam fuisse; qui ritus, sine dubio, in aliis Columbæ Monasteriis servabatur.

---

(66) Adamnan de Vita Columbæ. Rer. Hib. t. 1. Columbæ in Britanniam adventum primum ex Hibernia refert Mabillonius in Annalibus, t. 1, p. 210, ad " ann. 564, Comgalli Regis *septimum*." Accuratius scripsisset " *Conalli* Regis, filii Comgalli, *quartum*." Accuratissime si dixisset anno 563, Conalli *tertio*.

## NOTANDA AD ANNUM 566, PAG. 149.

**PRODIGIA** quæ, hinc inde, a Tigernacho narrantur, de dentibus aureis inventis in Ceto, de pluvia *argentea, triticea, sanguinea*, de *Sirena* capta a Piscatoribus Benchorensibus, eum nimium credulum indicare videntur—At mimine sequitur, ex eo quod ista memorat, aut virum fuisse indoctum, aut anilibus fabulis addictum. E contra, virum eruditum fuisse, ostendunt auctores quos memorat Græci et Romani, et Chronica quæ citat. Aliter, ipse Livius stolidus dicendus erit, qui Gallorum in Italiam adventum plurima prodigia præcessisse declarat, bovem humana voce et Latine locutum, pluisse in Piceno lapidibus, et alia plura similia contigisse quæ Valerius Maximus in unum congessit, in libro 1, de Prodigiis, c. 6.—Ea quæ bellum Judaicum præcessisse feruntur, memorat Josephus, De bello Jud. l. 7, c. 10. Alia plurima videri poterunt in opere Gallico—"*Histoires prodigienses*," 3 vol. ed. Paris, 1598.

Sirenas quod attinet, licet fabulæ sint quæ ab Homero et Virglio, de Circe, et de suavitate cantus earum, poetica licentia narrantur, probabile est Monstrum Marinum, fœminæ similem, ut Simia viro, a piscatoribus captum, narrationi istæ originem dedisse.—Bochartus inquit *Sirenum* nomen esse mere Punicum. Pœnis enim *Sir* esse canticum, unde libro Salomonis *Sir-hassirim* Canticum Canticorum.

Sirenas esse credidit Macrobius, l. 2, in Somnium Scipionis, c. 3.—Phœnicem esse credidere alii, Avem Arabicam, Solitariam, Aquilæ magnitudinis, auri fulgore circa collum, cætera purpuream, cæruleam caudam roseis pennis distinguentibus habentem, ut in Plinio ii. 2, et vivere 300 annis, vel juxta alios 600. Maxime vulgatum erat annos vivere 500, ut putavit Seneca Ep. 42. "*semel anno 500 nascitur*." Argumenta Resurrectionis ab ea, non pauci Patrum Ecclesiæ ducere solebant, ut in Tertull. de Resur. c. 23, S. Ambros. de fide Resur. et l. 6, in Hexameron, c. 23. Lactant in Carmine de Phœnice. Cyclopes et Centauros extitisse, credidere Herodotus et Diodorus.

# TIGERNACHI ANNALES,

AB ANNO 563, SUPRA PAG. 144.

[ MS. Fol. 8. col. 2, lin. 11.] A. C.

Fillis da mc meic Earca aricend in catha cetna—7 in ri Ainmire adbach a selbaibh setna. (*) Aedan h. Fiachrach obit.

K. *i.* Molaissi Daiminse *obit.* Cairpre mc Cormaic R. Laing *obit.*

Redierunt duo filii filii Ercæ post prælium idem (Monadarense.) Et Rex Anmireus prospere possedit agros (Patris sui) Sednei. Aedanus O'Fiachrach obiit. 563

K. *i.* Molassius Damhinisensis obit. Carbreus filius Cormaci Rex Lageniæ obit.

K. *iii.* *Justinus minor r. xi an. Narses P.ricius Tottilam Gothorum Regem in Italia superavit 7 occidit; qui deinde per invidiam Romanorum, pro quibus multa contra Gothos laboraverat, accusatus, &c. * * * * (quædam nota ex Beda et aliis omittuntur.)*

Colman mor mc Cairpr. r. Laing. Diarmait mc Carbaill *occis'* ē ihrraithbich a muig line, la h Aed n dub mc Suibne Araidhe r. Ul. 7 a cend co cluain 7 ro adnacht a colaind a Conere—*cui suc. er.t duo filii* mc Earca .i. Fergus 7 Domhnall.

Colmanus Magnus filius Carbrei Rex Lageniæ (regnat.) Diarmitius filius Cerbheolii occisus est, in Munimento parvo in Campo Lena, *(Moi-lena)* per Aedhum nigrum filium Subnei Aradiensis, Regem Ulidiæ, et caput ejus delatum est Cluaniam, et corpus ejus sepultum est in Conderia; cui successerunt duo filii filii Ercæ, i.e. Fergus et Donaldus. 565

K. *iiii.* *In h. an. capta* ē an Muirgelt f. trachte Ollarba illin Beoain mc Indle i. iascaire Comgaill Bennchair ros gab.

K. *iiii.* In hoc anno capta est Siren (67) ad littus Ollarbæ, in retibus Beoani filii Indlani, i.e. piscator Comgalli Bencho-

(*) *filiis ar Sellaibh Senna.*" Chron. Scot. pro *adbath*, &c.

(67) Esse Sirenas testantur usque hodie navigantes, clamat antiquitas. Cur non æque ac Simiæ? "Simia "quam similis turpissima bestia nobis!"—Eadem de hac Sirena habent IV Magistri in Annal. ad ann. 558, itemque Annal. Ulton. ad ann. 571, æræ C. 572.

A. C.

—*quies* Brenaind Birra, *ut alii dn.t.*— Cath Cruindi. (‡)

566 K. *vii.* Cath Gabhra Liphe la Laing la Fergus 7 Domhnall da mc Muircertaigh mc Erca—

Cath Gabhra 7 Cath Duma aichir
Atbath amra a ces. arnai Colcu 7 a athair
Cath Gabhra ni Cath dume na di cheb
Adbath fiche o fael o aill *xx.xx.*ic.

Bas Domhnaill mc Muircertaigh mc Erca, *c.' successit* Ainmire mc Setna—Bas Daimine mc Cairpre Daim airgait.

K. *vi. Johes natione Ro.an' sedit an. xii. m. xi. d. xxvi. in Basilica B. Betri sepultus* ?

K. *vii.* Bas Demain mc Cairill. Rigi Ul. la bachlacu bairne—Baedan mc Cairill R. Ul. (§)

569 K. *i.* Bas Ainmireach m. Setna R. Er. la Fergus m. Nellin *de quo d.m* ?—
Fe min in tan ro bai ri nir bo mor n uata decla—Indiu is ror d. g a ln—la h' Ainmire mc *Setna.*

Eochaig 7 Baetan a rigi.

570 K. *ii.* *Ingulatio* Fergus mc Nelline la h. Aed m Ainmireach. Aenna mc h.

rensis cepit eam. Quies Brendani Birrensis, ut alii dicunt.

Prælium Cruindense.

K. *vii.* Prælium Gauranum—Liffiense gestum cum Lageniensibus, a Fergusio et Donaldo, duobus filiis Murchertachi filii Ercæ—

Prælium Gauræ et Prælium Dumæ Achir—
Occisi sunt illustres Colcus et ejus Pater.
Prælium Gabhra non prælium unius vel ducentorum,—
Occisi sunt xx ex una parte, ex alia vigesies viginti.

Obitus Donaldi filii Murcertagi filii Ercæ, cui successit Anmireus filius Sednei. Obitus Daminei filii Carbrei cognominati bovis Argentei.

K. *vi.* Johannes natione Romanus sedit an. xii, men. xi, dieb. xxvi, in Basilica B. Petri sepultus.

K. *vii.* Obitus Demani filii Carilli Regis Ulidiæ trabibus tecti ruentibus. Baedanus filius Carilli Rex Ulidiæ (regnat.)

K. *i.* Obitus Anmirei filii Sednei Regis Hiberniæ, occisi a Fergusio filio Nellini, de quo dictum est—

Durante brevi tempore quo regnavit—
Non valde formidabilis ejus potentia,
Hodie valdes anguinosa est potestas ejus,
Propter mortem Anmirei filii Sednei—
Eochodius et Baetan ad regnum evehuntur.

K. *ii.* Jugulatio Fergusii filii Nellinei per Aedum filium Anmirei—Ængusius

(‡) Desunt "*Gath Cruinde.*" ibid.

(§) Desunt hæc de Baedano ib.

A. C.

Laigse Ab. Cluana-mc-nois *quievit* .i. Enda mc Eoghain do Laigis n Aeda, *tenens Principat. ann. xxxvi.* (‖)

Ite Cluana credil, -gillas q. (¶)

K. *vii.* *A morte P.ricii c. ani.* Maenu Eps cluana ferta brenaind q. (*)

K. *ii.* Da h. Muiredaigh .i. baetan mc Muiredaigh 7 Eoch. find mc domhnaill *iii regni sui (occisi.)* Cronan mc Tigernaig Righ Cianr. *occisor eor. er.t.* Cath Luimnigh ria Cianra i q. *ipse ceci.*

filius O'Laigsei Abbas Cluanæ mac nois quievit. i.e. Enda mac Eogan e familia Lagisia Aedorum, qui Principatum, (i.e Abbatiam istam) tenuit annis xxxvi.

Itea de Cluan Credil, et Gildas quievere. (68)

K. *vii.* A morte Patricii c. anni— (lege 78) Maenu Episcopus Cluanfertæ Brendani quievit. 571

K. *ii.* Duo Muredagi, i. e. Baetan filius Muredagi, et Eochodius Albus filius Donaldi, anno iii regni sui (occisi)---Cronanus filius Tigernagi Rex Ciannachtæ occisor eorum erat—Prælium Limerici gestum cum Ciannachtensibus, in quo ipse cecidit. 572

---

(‖) Hæc leguntur in Codice Dublin post xxxvi—" *Maenu Eps Cluano-Ferta Brenaind* q." pro *Ite Cluain Credail*, &c. ut in Codice Bodl. et in Chron. Scot.

(¶) *Gillas* deest in Chron. Scot.

(*) " Moenu Eps. Cluanaferta," &c. ibi.

---

(68) De Gilda Badonico, vide supra, pag. 88, not. 81. Licet Britannus origine fuerit, tamen inter Sanctos 2di ordinis sæculi vi numeratur, cum aliis Hibernorum Magistris *Doco*, et *Davide* Menevense. In Iltuti schola eruditus, transivit e Britannia in Hiberniam, ubi Scholam Ardmachanam rexit, ut in Vita ejus in Bibliotheca Floriacense, et a Caradoco. Inde in Armoricam transiit annum circiter 554, decimum nempe antequam librum *de excidio* scripsisset, ut ex Beda colligitur, l. 1, c. 16, Primord. p. 477, et 904.—Floruisse *Pelagio 2do Pontifice Romano*, scribit non modo Polydorus Vergil, in Ep. ad Cuthbert. Tonstal, Ep. m Lond. qui nonnulla jam deperdita monumenta penes se habuit, sed etiam Diceto, qui Librum de Excidio scriptum ait anno 584, et Trithemius De viris illustr.—Memorat in isto libro *Malgonem*, Regem Venodotiæ, quem affatur ut viventem, et *Insularum Draconem* appellat. Atqui Malgo regnum obtinuit anno 560, ut in Britanniæ Descriptionis fragmento, refert Humfredus Lihuyd " ex antiquissimo de Legibus Britannorum MS°. Codice."—Galfridus in Hist. Brit. l. 11, c. 3, eodem Malgone regnante S. Davidem obiisse affirmat. Malmesburiensis in libro de Antiq. Glast. et Tinmuthensis in Vita S. Patricii, Davidem obiisse aiunt anno 546.—Obiisse anno 544 *Kal. Mart. feria* 3, opinio est recepta doctorum, qui Usserio adhærent, Primord. p. 1139.

Gildam obiisse anno 570, patet ex Tigernacho, a quo neque valeo neque volo recedere.—Errat, procul dubio Mabillonius Annal. t. 1, p. 150, ubi inquit—" Scripsisse Gildam librum de excidio, anno quo Constantinus " Cadoris filius, Rex Damnoniæ, duos Regios pueros, eorumque nutrices, inter sacrosancta Altaria occidit, anno " post obsidionem Badonicam 44," quam obsidionem contigisse ait anno 484, ut in ejus Sæc. Bened. 1, pag. 139, et 144, unde obiisse putat anno 568, ut in Annal. Bened. t. 1, p. 151. Vide infra, ann. 588.

Non solum Constantinum Regem exagitat in libro isto Gildas, verum etiam *Aurelium*, *Vortiporum*, *Cuneglosum*, et Malgonem, sive Maglocunum, quorum vitas et crimina jam anteacta insectatur. Gildas itaque Badonicus omnes fere coætaneos suos e Finiani Cluanirardensis schola supervixisse videtur.

A.C

573 K. *iii.* Cath Femin ria Cairpre mc Cridain R. Mumhan i q° *victus erat* Colman becc mc Diarmada. *Ipse evasit.*

Direach he o find co bond—
Fer firaite Cairpre crom.
Aire ro gabh am ria ais—
Ara altrom a crom glais—
Brenaind Birra q.

[*MS. Fol.* 8, *b.*1.]

Mairg nach creidhind mor arach—
Mairg nanailind f. arith—
*iiii.xx.*it ise met ro bai armbith.

Prælium Femin gestum a Carbreo filio Cridani Rege Momoniæ, in quo victus erat Colman parvus filius Diarmitii. Ipse evasit.

Vir justus erat a summo ad imum—
Vir veritatis amans, Carbreus curvus,
Quapropter obtinuit tempus longævum,
Excedens ætatem Altricis sui apud Crom-glas.
Brendanus Birrensis quievit.
Dolendum est eum non credere (in Christo) nam multis meritis clarus erat,
Dolenda est longævitas ejus propter finem cursus ejus.
Octuaginta annorum erat vita ejus.

Baedan mc Ninnedha R. (†) Cath Tola 7 Fola .i. (‡) *no.a ca.por. et.* Ele 7 Osraighe. et. Cluainferta Molua 7 Saighir Ciarain. Fiacha mc Baedain *victor erat.*

Baedanus filius Ninnedi regnavit postea, (69) Prælia *Folæ* et *Tolæ*. Nomina sunt ista camporum inter Eliam et Ossoriam, et Cluanfertam S. Moluæ, et Sagiriam Monasterium S. Ciarani. Fiacha filius Baedani victor erat.

574 K. *vi.* Bass Conaill m. Comgaill Righ Dalriada xvi. (§) *anno regni sui, qui obtulit Insulam Ia* Colaim-Cille. Cath

Kl. *vii.* Mors Conalli filii Comgalli Regis Dalriadæ, xvi anno regni sui, qui obtulit Insulam Ia Columbæ-Cille.—(70)

(†) Versus isti desunt in Chron. Scot. (‡) "Tola 7 for tola." ib. (§) "xvi anno." ib.

(69) Id est Baodan mc Ninneadhai, Anmiræi decessoris Patruelis, Rex Christianus Hiberniæ x.

(70) Beda certe inquit, S Columbam Insulam istam *a Pictis*, in possessionem Monasterii faciendi accepisse—"Quæ videlicet Insula ad jus quidem Britanniæ pertinet, non magno ab ea freto discreta, sed donatione "Pictorum, qui illas Britanniæ plagas incolunt, jamdudum Monachis Scotorum tradita, eo quod illis prædi-"cantibus, fidem Christi perceperunt." l. 3, c. 3 et 4. Sed vir doctus T. Smith, in nota ad hunc locum, Bedæ errorem agnoscit, ut in tomo 1, Rer. Hibern. indicavimus, et Usserius recte inquit, p. 703, "Quum situm "Insulæ attentius considero, a Britonum et Pictorum finibus longius remotum, atque *Mulæ* et *Colnansæ*, "Hebridianorum Insulis, proxime propinquum, (Adamn. l. 1, c. 11, et l. 2, c. 16.) eo inclinat animus, ut "Tigernachi et Ultoniensium Annalium Collectoris sententiam magis approbandam existimem, qui a Conallo "Comgalli filio, Rege Dalriedæ, Insulam *Ia* Columbæ-cilli oblatam fuisse tradiderunt."—Gaurano filio Domangardi Patruo suo successit *Conal*, Rex Dalriadæ Albanicæ, anno 560, annis xv, juxta Flahert. sed xiii. vel xvi, juxta Tigern.—Eo regnante, duobus annis post prælium Culedrevne, S Columbam, Loarni Regis Albaniæ ex Erica filia Nepotem, enavigasse, et *coram Conallo Rege, filio Comgill*, conversatum (anno 563) scribit Adamnan, l. 1, c. 7. Annos 16 Conallo tribuit Chron. Scot. Obitum referunt Annales Ulton. ad ann. æræ com. 574; quo Prælium *Tola et Fortola* gestum fuisse his verbis declarant. "An. 573, (i. e. æræ c. 574) Kl. Jan. ii. fer. "Luna xxiii. Bellum *Tola Fartola* in regione *Cruitne*. Mors *Conaill, ic Congaill*, anno regni sui xvi, qui

A C

Delgen a Cindtire in ꝗ Dunch. mc Conaill mc Comgaill 7 al. *m.lti de servis filior.* Gabrain *ceci.*

K. *ii.* Brenaind mc Briain *obit. Scintilla lebre 7 abundantia nucum inaudita.*

K. *iii.* *Tiberius Constantinus an. vii, (cætera sub hoc anno ex Beda descripta omittuntur.)*

*Quies* Brenaind Cluanferta—Aed mc Eachaidh Tirmcarna Rig Conn. do thoitim la h. Briuin a cath Bagha—*Primum p.iclm Ul.* an Eamain. Cath locha da eges.

K. *iiii.* Eps Ethen Cluana fotha Baedan *q.*

*Abreversio Ul. de Eamania*

Maelcoth mc Foghartaigh mc Cathail Righ Conds.

Prælium Delgenense in Centirio, in quo Dunchadus filius Conalli, filii Comgalli, et alii multi de servis filiorum Gaurani ceciderunt.

K. *ii.* Brendanus filius Briani obit. Scintilla Lepræ, et abundantia nucum inaudita.

K. *iii.* Tiberius Constantinus annis vii. * * * * * (71)

Quies Brendani Cluanfertensis. (72) 577
Aedhus filius Eochodii Tirmcarna, Rex Connaciæ, occisus ab Hi Briuniis in prælio Bagaense. (73) Primum periculum Ulidi- 578
orum in Eamania (i.e. Eamaniæ Regiam iterum restabilire conantes.)—Prælium Lacus duorum doctorum.

K. *iiii.* Episcopus Ethenius Cluanfadæ Monasterii Baedani quievit. Reversio Uladensium ab Eamania.

Maelcothus filius Fogartagi filii Cathaldi, Rex Connaciæ regnat. (74)

---

" obtulit Insulam Columbæ Cille."---Annos xvi ei tribuit carmen vetus Hibernicum, recitatum in Inauguratione Malcolmi iii. Rer. Hibern. t. 1, ab anno nempe 560, quo Gauranus Domangardi filius obiit. Rex fuit Dalriadæ Albanicæ sextus a Loarno inclusive. Loarno enim successit frater minimus *Fergus mor*, deinde *Domangardus* filius ejus, qui ex Fedelina filia Briani, filii Eochodii Muighmedon, duos filios procreavit, *Congalum* et *Gabhranum*, quorum *Congal* major ei successit, Rex quartus, deinde *Gabhran* quintus, et *Conal mc Congail* sextus.

(71) Quædam omittuntur nota ex Beda et aliis. Justinus Tiberium ex Cæsare Augustum fecit, Indict. 12, die Septemb. 26, A.D. 578, et obiit die 4 Octob. sequente. Inde solus Imperavit Tiberius annis 3, mens. circiter 10. Obiit die Augusti 14, A.D. 582, quo ei successit Mauricius. Chron Alexandrin. Evagr. Theophanes, Paul. Diac. Zonaras, Cedr. Joan Biclar. L'Art de verifier les dates, t. 1.

(72) Brendani Vitam edidit Caxtonus, Opus rarissimum, cujus unicum vidi Exemplar in *Keimeliis* Inclytissimi et Ill.mi viri Thomæ Grenville, unde constat, æque ac ex Tigernacho et Annal. Ult. Brendanum Cluanfertensem, Findlogæ filium, die 17 Kal. Junii, expletis ætatis suæ annis 93, in sororis suæ Brigæ Monasterio *de Enach duin*, vita functum, Cluainfertæ sepultum esse, et—" scripsisse Regulam ab Angelo, secundum quam ordinavit vitam suam, quæ usque hodie manet apud successores S. Brendani." Hæc Regula memoratur etiam in Annal. Ult. ad ann. 743.---Obitum ejus referunt Annal. Ult. ad ann. 576, æræ com. 577, æram istam more solito anticipantes anno uno.—Veterem Brendani vitam MS. memorat Usserius Primord. p. 532, 533, 868, 910, 955. Annal. Ult. obiisse aiunt, anno 577, vel 583, et in utroque 17 Kl. Junii incidit in Dominicam.

(73) Aedus filius *Eochodii Tirmcarna*, sexti e Regibus Connaciæ Christianis, patri successit *septimus*, qui memoratur in Vita Columbæ v, in Triade, p. 409, c. 3, unde patet, uti etiam ex Annal. IV Mag. et Ult. interfuisse in prælio Culedrevne, a parte Columbæ.—IV Mag. ejus obitum referunt ad ann. 574. Vide supra, pag. 140, n. 52, 53, et infra, not 80, p. 156.

(74) Maelcothum omittunt IV Mag. qui ad ann. 597 inquiunt " Uata filius Aedi, filii Eochodii Tirmcarna Rex " Connaciæ obiit---Itaque Maelcothus paucis tantum diebus vel vi et armis, regnavit. De Connaciæ Regibus, vide supra, pag. 140, not. 52, 53, et infra, pag. 156.

A.C.

579 K. *v.* *Quies* Mani Epi (‖) nepotis Fiatach.

*B.d.cs nat.on Roman. sedit ano . . . m. se. uno.* DXXIX, 7 *sepultus* ÷ *in Basilica b. Petri Ap.li.*

Cairpre mc Crimthain rigi Mumhan m. ÷ ¦ *R. an.* xvii, *cui successit* Fergus Scandail, *qui regnavit annis vii.*

580 K. *vii.* Cath Droma m Earca *ubi* Colgo mc Domhnaill mc Muircertaig *ceci.* Aed mc Ainmireach *victor erat.* Cendaeladh *Rex Pictor m.* ÷ (¶)

581 K. *i.* Cath Manand i *quo victor erat* Aedan mc Gabhrain, Fergna mc Caiblene m. ÷ Baedan mc Cairill R. Ul. *obit.* Aodh dubh mc Suibhne Ri Ul.

582 K. *ii.* Cath Manand i *quo victor erat* Aedan mc Gabhran. (*) *Mors* Fergna mc Caiblene, 7 ise a fir.

583 K. *iii.* *Mors* Bruidhe mc Maelcon Righ Cruithneach—*Mors* Feradaig mc Duach R. Osraighi *jugulati a suis.*

*Pelagius natione Ro.an' sedit an. x, mens. vi, dieb' x.*

K. *v.* *Mauricius an. xxi. r. Gothorum Arianus,* 7 do gabhad le h arrian a mc da c. cum creidmhe, 7 do c. cengailte a cubrech a p'sun he, 7 nir lig aissi he

K. *v.* Quies Manii Episcopi nepotis Fiatachi.

Benedictus natione Romanus sedit annis iv, mens. v, DXXIX, et sepultus est in Basilica B. Petri Ap.li. (75)

Carbreus filius Crimthani Rex Momoniæ mortuus est, Regni anno xvii, cui successit Fergus—Scandail, qui regnavit an. vii.

K. *ii.* Prælium Dromæ mc Erc, ubi Colgo filius Donaldi filii Murcertachi cecidit—Aedhus filius Anmirei victor erat. Cendaelad Rex Pictorum moritur.

K. *i.* Prælium Manense in quo victor erat Aedanus filius Gaurani, Rex Albaniæ. Fergna filius Cableni (filii Baodani filii Carilli,) Rex Ulidiæ obit—Aodhus Niger filius Subnei Rex Ulidiæ regnat.

K. *ii.* Prælium Manense in quo victor erat Aedan mac Gauran Rex Albaniæ. Mors Fergnæ filii Cableni, (juxta alios) atque hæc vera est enumeratio.

K. *iii.* Mors Brudii filii Milconis Regis Pictorum—Mors Foradagi filii Duachi Regis Ossoriæ, jugulati a suis.

Pelagius natione Romanus sedit an. x, mens. vi, dieb. x. (76)

Mauricius regnat an. xxi. Rex Gothorum Arianus fuit, hoc tempore, et captus est ab Arianis filius ejus, ut a fide Apostatam facerent, (77) et missus est ligatus

(‖) "*Finniani* Epi nepotis *Fiatach.* Cairech Dergain quievit." ib.

(¶) Desunt hæc de Rege Pictor. in Chron. Scot.

(*) Repetitio Amanuensis.

(75) Benedictus I. Papa rexit ab anno 574 ad ann. 578, annis iv, m. 1. d. 18.

(76) Pelagius 2 rexit Ecclesiam annis xi, mens. 2, dieb. 10, ab anno nempe 579 ad 590. Sandini, Panvini, Platina, Petav. L'Art de ver. les dates, t. 1.

(77) Hæc est Historia Hermenegildi, quam enarrat Gregorious Magnus in Dialogorum, l. 3, c. 31.

A.C.

no cur creid se co daingen, co tainic tre bithin an creidme sin conderniad Righ 7 Mairtireach de, 7 cor thogh Dia a flaithemnus n dae na righ 7 na mairtireach, 7 tainic a brathair, Ricardus esem deis a ath. cum a criche *ut reg: Gothorum acciperet*, 7 congabadh Flaithemnus co huimshlan 7 do indto se c. creidme ↄ a cinedhach co comlan do tecosc in Easp .i. Leonardus, 7 in bl. c. na sin do chinseain gg Roma senadh do denom 7 tancatar c. in tshenaigh sin da ordugadh ceitri hesp. xxiv. 7 tancadar tar deacrachaib 7 tarracoind imdibh na h. eagailse a cind ceithre mbl. deg do tigernus in Righ do tinscnadh in mordail sin an inadh Pedair isin Roim, 7 isse cindedh comhairle do rinded leo do c. sed ar na da eoin Augustin dos proicept 7 do senmoir esin Britannia 7 a Saxain; [MS. Fol. 8, b. c.] 7 isan p. bindri 7 do eist Dia rana edir guidhibh 7 re n athchuinnchibh 7 do nidh firta mora 7 mirbuiledha orrtho, 7 do cur Manaigh imdha diadha naemdha leo 7 do siladar sin creidim 7 curbad isna crichaibh ina credh iat 7 is don toisc sin do impod c. crist Edilbeacret' in righ 7 in p. bhindri uile lais, 7 condernadh Esp. 7 do cred Eadar Saxanaigh do Augustin 7 ase do b' Esp. illundaind, 7 do chuir go Sgribne uadha co h Augustin do tabhairt gradha Airdesp. do a cind *xiii.* bl. iar tiachtain a nair do cuired cuighe grada Airdesp—

in carcerem, et non solutus inde donec confessus est fortiter, ita ut prædio fidei ejus factus esset Rex et Martyr; et elevavit Deus in cælum ambos Regis et Martyres, et accessit frater ejus Recaredus, post patrem ad regionem istam, ut Regnum Gothorum acciperet, et obtinuit Regnum totum sibi soli, et convertit se ad fidem, cum Ducibus suis omnibus, instruente eos Episcopo Leonardo; et eo ipso anno tenuit Gregorius Romæ Synodum, et convenere ad Synodum istam, eo ordinante, 24 Episcopi, et venerunt per varia discriminat et terrores formidabiles Ecclesiastici plures, annum circiter xiv regni Regis istius, ad tenendum Concilium istud, in Cathedra Petri, in Roma, et præcipuum consilium quod inierunt, fuit Augustinum nolentem mittere ad prædicandam fidem in Britanniam, et Saxoniam, et Provincias; (78) et exaudivit Deus eorum preces communes, et supplicationes, et operavit signa et mirabilia magna per eos, et missi sunt cum eis plurimi S. Monachi, qui seminaverunt sementa fidei, et pietatis, in Regionibus quæ crediderunt, et ex his initiis conversus est ad Christum Ethelbertus Rex, et Provincia tota cum eo. Et consecratus est Episcopus; et credidit Edgar Saxonicus Augustino, et is fuit qui Episcopum institutuit Londini; (79) et misit Gregorius Epistolam Augustino, conferens ei gradum Archiepiscopalem, anno xiii

(78) Confer Bed. l. 1, c. 25, et Chron. Saxon ad ann. 596, cum eruditi Turneri Historia Anglosaxonum.

(79) " Non Edgar, sed " Æthelbyrhtus dedit Mellito Episcopalem sedem in Lundonia." Chron. Sax. ann. 604. Mellitus primus erat Londini Eps Anglosaxon. ut in Godwino de Præsulibus.

A.C

*accepto a Sede Ap.l.ca lingea pallio metropolitano ee decernunt.*

post ejus appulsum transmissus est ei gradus Archiepiscopi, accepta a Sede Apostolica lingea (80) pallio Metropolitano, ... esse decernunt * * * * (quædam desunt.)

584 Fearg' Sceandal R. muman m. *cui successit* Feidlimid mc Tigernaigh *qui rex.—Quies* Fergusa Esp Droma-leth-glaiss *qui fudavit* i Cill-m-biain. Maelcoth R. Cons *q.*—Aedh R. Cons.—Mochaeme *Ab Tiridaglass—Mosis fl. or.* eratain *s. alios*

Fergusius Scandal Rex Momoniæ mortuus est, cui successit, Felim filius Tigernagi, qui Rex.—Quies Fergusii Epi. *Dromæ-leth-glass*, qui fundavit Ecclesiam de *Cill-Bian*—Maelcoth Rex Connaciæ quievit. Aodh ei successit Rex Connaciæ (81) Mochæmo Abbas Tirdaglassensis Moises filiorum Eratani secundum alios.

585 K. *vi. Quies* mc Nissi—Abadh Cluanamaenois.—Aedh mc Subhne Ri Maenmuighe *m.*—Ruadhan Lothra *q. f. alios.*

K. *vi.* Quies, i.e. obitus Mac Nissii Abbatis Cluanæ-mc-nois—Aedhus filius Subnei Rex Maenmuige mortuus est.—Ruadhanus Abbas Lothraensis quievit secundum alios.

586 K. *vii.* Baedhan mc Ninnedha, mc Duach, mc Conaill Gulban R. Temrach' *occis'*—Cumine mc (†) Colmain, m

K. *vii.* Baedanus filius Ninnedii filii Duachi, filii Conalli Gulbanii (filii Nialli Magni) Rex Temoriæ, occisus est.—

(†) "*Cumine mc Colmain 7 Cumaine mc Librein mc Illadain mc Cerbaill occiderunt cum.*" Chron. Scot. MS. Dublin.

(80) Pro lingea forte legendum *lanea*. Pallium enim erat fascia *lanea* candida, in modum circuli contexta, quæ super humeros imponebatur, ex quo circulo alia similis fascia ante pectus, et alia similis deorsum ex opposito pendebat. et duæ super humeros; quæ fasciæ purpureis Crucibus insignitæ erant. Ipsum pallium 3 aureis spinulis alligabatur.—Fit usque hodie ex lana Agnorum candidorum sine macula, qui, in festo S. Agnetis, in ejus Ecclesia, Via Nomentana, singulis annis ad missam solemnem offerri solet, et benedici, et deinde subdiaconis Apostolicis consignari, et in aliquo Monasterio nutriri, donec tondendi tempus veniat, ex quorum lana texuntur pallia, quæ in Basilicam Vaticanam delata, super corpora SS. AA. Petri et Pauli ponuntur, in vigilia nativitatis eorum. Pallii usus passim memoratur in Epistolis S. Gregorii, l. 2, Ep. 54, l. 4, Ep. 50, a Beda et aliis etiam antiquioribus. In Hibernia ignotum fuisse ante sæculum xi testatur S. Bernardus in vita S. Malachiæ Primatis Ardmachani, qui primus Hibernorum Pallium gessit.

(81) De Maelcothi prædecessoribus, Regibus Connaciæ Christianis, vide supra, pag. 140, not. 52, 53 Aodhus Eochodio Tirmcarnæ sexto Regi Christiano successit pag. 153, not. 72, unde constat Aodhum filium *Eochodii Tirmcarnæ* fuisse *septimum*, Uatam filium Aedhi istius *octavum* et Maelcothum *nonum*, atque ex hoc Tigernachi loco constat Maelcotho successisse alium Aedhum, de quo infra—In vita S. Corbmaci edita a Colgano, Acta, p 752, c. 7, memorantur duo filii *Eogani Bel* Regis Connaciæ, nempe *Alildus Inbanda*, et *Aidus*; Aodhum Connaciæ Regem vel Principem memoravimus supra, pag. 90, not 67. Juxta IV Magistos Reges Christiani Connaciæ hoc ordine sequuntur—1. *Amalgad*,—2. *Olil-Molt*,—3. *Duach Gallach*, alias *Duach tenga Uamha*,—4. *Eogan Bel*,—5. *Alildus Inbanda*,—6. *Eochoid Tiermcarna*,—7. *Aodh mac Eochoid* supra p. 141,—Octavus *Uata mc Aodha mc Eochoid-Tiarmcarna.* Uatai obitum referunt ad ann. 597.

Cumine, m Libren, mc Illadoin, mc Cerbaill *occider.t eum*, .i. ic Leim an eich, *consilio* Colmain *parvi.*—Aedh mc Ainmirech do gabhail Righi n Er. (‡)

K. *i.* Cath Bealaigh Dathi i ; *cec.* Colman becc mc Diarmada. *ut alii d.t cesis v millibus p P. fetiam* Colum Cilli. Aed mc Ainmireach *victor erat. unde dcm* ē—Mebaidh am. adriadar for Colum in cath ced Laech—se rig setrrectaibh re forann Conall 7 Eogan.

Daigh mc Cairill *obit.*

K. *iii.* *Quies* Cairillain Esp. Ardamacha.—*Quies* Senaigh Esp. Cluana h Iarard.—*Conversio Constantini ad Dnm.* 7 *nix magna.*

Guin Aedha duibh mc Suibhna Araidhe ; domarbh Diarmaid mc Cerbuill.—*Dormitaco* Nathcome.

K. *iiii.* *Quies* Esp. Aedha mc Bric 7

Cumineus filius Colmani, filii Cuminei, filii Libreni, filii Illadoni, filii Cerbhailii occiderunt eum, i. e. apud Saltum Equi, consilio Colmani parvi. Aedhus filius Anmirei obtinet Regnum Hiberniæ.

K. *i.* Prælium Viæ Dathiæ, in quo 587
cecidit Colman parvus filius Diarmitii, (ut alii dicunt) cæsis v millibus, per Prophetiam Columbæ-Cilli. (82) Aedhus filius Anmirei victor erat,---unde dictum est—

Victoria parta, uti narrant, contra Columbam in prælio illustrium Heroum, Sex Reges fuere qui conflixerunt cum Conallo et Eogano---

Dageus filius Carilli obit.

K. iii. Quies Carillani Episcopi (octavi) 588
Ardmachani—Quies Senagii Epi Cluan-Irardensis—Conversio Constantini ad Dominum, (83) et nix magna.

Vulnus mortale Aodhi Nigri filii Subnei Aradiensis, qui occidit Regem Diarmitium, filium Cearbheolii— Dormitatio (i. e. obitus) Nathcomei. (84)

K. *iiii.* Quies Episcopi Aedhi filii 589

---

(‡) Hæc sequuntur in Chron. Scot.—" *Meapaidh amail atfiadhar ria Conaill an cath ciolach—Se rig set srctoibh* " *srain—ria Conall 7 Eogan*—Initium regni *Aedha mc Ainmireach.* Bellum *Belaig Daithe,*" &c.

---

(82) Id est uti prædixit Columba.—Modus est loquendi vulgaris Hibernicus.

(83 Constantinum Damnoniæ, i. e. Cornubiæ Tyrannum fuisse, affirmat Gildas, qui eum " Insularum Draconem" appellat.—Conversionem ejus referunt Annales Ulton. ad ann. æræ C. 588. Terreni Regni pertesum abiisse, Hiberniam, ibique Vitam Monasticam egisse, scribit Boethius, Hist. Scot. l. 9. Eum ut viventem affatur Gildas in Libro de Excidio, scripto anno 564. " Age jam, inquit, quasi præsentem arguo quem " *adhuc superesse* non nescio."—Malgonem Venodotiæ Regem contemporaneum habuit, quem postea Regem Britonum, i. e. Cambrensium factum, Matthæus Florilegus affirmat, anno 581, non autem totius Cambriæ, nam eodem tempore Vortiporium *Demetarum tyrannum* Gildas exagitat.

Mabillonii errorem supra notavimus, pag. 151, n. 68, ubi inquit Constantinum, Modredi filiorum alterum Wintoniæ, in Ecclesia S. Amphibali, alterum Londini absconditum, ante altaria trucidasse, et hæc quidem narrat Galfridus Monemuthensis, et eum secutus Matthæus Florilegus. At Amphibali Ecclesiam nullibi memorat Gildas, sed sancti cujusdem amphibalum, sive exterius vestimentum, sub quo cædes illa commissa fuerit. Primord. p. 539.

(84) Nathcaomeus Abbas Tirdaglassensis, IV M. ad ann. 584.

A.C.

Aedh mc B. nuin Righ Tebhta adrobhairt Darmach do Cholum chilli. *Eodemque anno estos torrida 7 sicca contigit*---D.d Cillmuine---Fiacha mc Baedan Ri Ul. (§)

590 K. *v*. Feidhlimidh mc Tigernaigh R. Mumhan *m* ? (‖) Cath leithrigh la h. Aedan mc Gabrain.

Cath Muighe hochtair ria Brandub mc Each. for uibh Neill isin telacgh os Cluain Conaire fota.

591 K. *vi*. *Defectio Solis .i.* ⁝ ⁝ *g. ni*—1. *mane tenebrosum*—Aed mc Fogartaigh *r c.s q*.

Brici, et Aedhi filii Brendani, Regis Teffiæ, qui obtulit Dearmagiam, i. e. Querceti Campum, Columbæ-cille. (85) Eodem anno æstas torrida et sicca contigit. David Cill-Muinensis (obiit.) (86) Fiacha filius Baedani Rex Ulidiæ.

K. *v*. Felim filius Tigernagi Rex Momoniæ obiit.—Prælium Lethrigiæ gestum ab Aedano filio Gaurani. (87)

Prælium Campi Ochtur gestum a Brandubio filio Eachi, contra O'Niallos, in pascuis ultra Cluan-Conar-fota.

K. *vi*. Defectio Solis, i.e. Eclipsis Solis, Mane tenebrosum, Aodhus filius Fogartagi Rex Connaciæ (decimus Christianus) quievit. (88)

---

(§) Desunt hæc de Fiacho in Chron. Scot.

(‖) Chron. Scot. habet hic "Nativitas *Cumine fota*."

(¶) Hæc leguntur in Chron Scot. MS. Dublin, ad ann. 584, sic—" Kl. vi. Defectio Solis. Mane tenebrosum. " Obitus Lugdach Lismoir.—Kl. Kl. Mors Aengusa mc Amalgadha. Uadha mc Aedha Ri Connacht ccc " adbuth. Gregorius natione Romanus," &c.

---

(85) Ita etiam IV Mag. ad ann. 585.—Non sunt confundenda duo Monasteria a Columba fundata, Derrense nunc *Derry*, et Der-magiense, nunc *Durrow*, de quo Adamnanus, l. 1, c. 3 et 31, l. 2, c. 2, et l. 3, c. 19. " Vir beatus in mediterranea Hiberniæ parte (Teffia) Monasterium quod Scotice dicitur *Dear-maigh*, (i.e. " Roboreti Campum) Divino fundavit nutu," l. 1, c. 3.—Item Beda " Fecerat, priusquam Britanniam veniret, " Monasterium nobile quod a copia Roborum, *Dear-magh* lingua Scotorum, hoc est Campus Roborum, " cognominatur." Bed. Hist. l. 3, c. 4. Eadem habet Tinmuthensis in Vita prædicta Brendani.—De Codice Evangeliorum vetustissimo, servato apud Dermagiam, Vide Rer. Hibern. t. 1. Indicibus, voce Codices.

*Daire Colum-cille*, sive Derrensis Ecclesia, fundata est ab eodem S. Columba, anno ætatis 21, Christi 546. In Annalibus appellatur *Daire-Calgaich*, i. e. Roboretum Calgach, sive Galgachi.—*Centum Cœnobia* fundasse S. Columbam scribit Jocelin. in Vita Patr. c. 29, quorum præcipua fuere Dearmachanum et Hiiense " ex quo utroque perplurima exinde Monasteria per Discipulos ejus, et in Britannia et in Hibernia propagata fuisse," testatur Beda, l. 3, c. 4. Portus Derrensis navigantibus ex Hiona Hiberniam, et viceversa, maxime opportunus est.

(86) S. Davidis Menevensis obitum refert Usser. ad ann. 544. Eodem anno quo obiit Gregorius Magnus, i. e. anno 604, obiisse scribit Mariani Interpolator, in MS. Bodleiano. Monemuthensis id refert ad ann. 546, regnante Malgone. Britan. Hist. l. 11, c. 5. Omnium qui ejus obitum memorant, antiquissimus est Tigernach, qui Davidis obitum refert ad ann. 589.—" *Kill-Muine* Hibernice, adhuc hodie Ecclesia Menevensis appellatur." Giraldus in Vita Davidis, c. 1.—Eodem anno 589 Venit de Hibernia in Burgundiam Columbanus.

(87) Leithrigiense, sive *Miatorum* prælium, memoratur ab Adamnano, in quo Ædano infelix Victoria contigit, interfectis duobus filiis ejus *Arthuro* et *Eochodio-Find*. l. 1, c. 7, l. 3, c. 5.

(88) Vide quæ de Regum Connaciæ successoribus dicta sunt supra, pag. 156, not. 81, unde patet *Uatum* Aodhi filium, fuisse *octavum* Christianum, juxta IV Magistros, *nonum* juxta Tigernachum, qui *Mackothum* includit.

K. i. *Obitus* Lug. Lismoir .i. Moluoc.

K. ii. Bass Aengusa m. Amalgaidh.—*G.gori' natione Roma' ex p.re Gordiano sedit an. xvi,* (*) *mensib. vi, dieb. x, fuit temp. Mauricii, 7 sepultus ē in Basilica S. Petri Ap.li an. Sec. tu.*

K. iii. Cath Eudumd moir i ꝗ cec. Gertighe mc Ronain R. Cianr.a. Fiachna mc Baedain *Victor erat,---un. dem ē*—

In ser. naile do Righe Fiachna mc
Baedain, am Brega
Biad Cianra i fout ni bud foicriu do
road.

*Jugulacio* Sencha mc Colmain moir.

K. iiii. *Q.ies Coluimcill. in noste Do.ica Pentic. .v. ed iui. ano p. eginconis suæ xxxv. ætatis vo. lxxvii.* † Teora bl. (*lege* triocha bl.) bai cen less---Colum in a duib regless---luid co h ainglu as a cacht---iar vii m bl. sect megad.---Bass Eogain m Gabhrain Aed Cerr mc Colmain R. Laing q. B.n.ndub mc Each R. Laigen.

K. i. Obitus Lugadii Lismorensis, i. e. Moluoci. (89)

K. ii. Mors Ængusii filii Amalgadii. Gregorius natione Romanus ex patre Gordiano sedit annis xvi, mens. vi, d. x. Fuit tempore Mauricii; et sepultus est in Basilica S. Petri Apostoli, ante Secretarium.

K. iii. Prælium Euduindi Magni, in quo cecidit Gertig filius Ronani Rex Ciannachtæ.—Fiachna filius Baedani victor erat. Unde dictum est— 594

In alio tempore regni Fiachnai, filii
Baodani, in Bregia,
Fuere Cianachtenses timore perculsi,
Quia non viciniores Præsidiis suis.

Jugulatio Senchai filii Colmani magni.

K. iiii. Quies Columbæ-Cille in nocte Dominicæ Pentecostes, v Idus Junii, anno peregrinationis suæ xxxv, ætatis vero lxxvii. Triginta annis fuit sine controversia—Columba in sua lugubri Ecclesia—Transivit ad Angelos e corpore suo—post 7m. annos et 70.—Obitus Eogani filii Gaurani.—Aedus *Cerr* (i. e. Acer) filius Colmani, Rex Lageniæ quievit. Brandubius filius Eachi Rex Lageniæ (regnat) 596

(*) "annis xiii" Chron. Scot.—Desunt quædam postea ib.

(†) "lxxvii" Chron. Scot.—"Tricha bl. baoi gan les,—Colum cille na dass regles—Luid go h Anglaib as a cacht Iar vii mbliadhna *lxx. at.*" ib. Vide infra, not. 87, pag. 160.

Kl. K. Cath Sleibh cua, &c. Vide locum, ubi plura desunt in Chron. Scot. MS. Dublin.

Fuit itaque decimus, juxta Tigernachum, Aodhus filius Fogartagi, ut supra,—De Solis deliquio anni 591, Vide Rer. Hib. t. 1, pag. xciii. De altero anni sequentis memorato in Annal. Ult. vide ibid.

(89) Lugidus, qui et Molua, Comgalli Benchorensis Discipulus, Cœnobii Cluainfertensis in Ophalia conditor fuit. Scripsit Regulam Monasticam, a Gregorio Magno approbatam, ut in Vita ejus apud Usser. p. 920. In eadem vita hæc leguntur—"In ipso loco (Monasterii Moluæ) clara Civitas, quæ vocatur *Cluain-ferta-Molua*, "id est Latibulum Mirabile S. Moluæ, (eo quod ipse in sua vita multa miracula in ea fecit, et adhuc gratia Dei "per eum patrantur) in honore S. Moluæ crevit, et ipsa est in confinio Laginensium, et Mumoniensium, inter Regiones *Osraigi*, et *Heli*, et *Laiges*."

A. C.

K. vi. Cath Ratha na n Druadh 7 cath Airdsendoim—*Jugulacio fl. or* 7 Aedan .i. Bran 7 Domangart, 7 Eoch find 7 Artur i cath Chirchind i q̃ *vict'* ē Aedan, 7 Cath Corainn.

K. vi. Prælium Munimenti Druidarum, et prælium Montis Senani—Jugulatio filiorum Aedani, i.e. Briani et Domangarti, et Eochodii Albi, et Arturi, in prælio Kirchine, in quo victus est Aedan, et Prælium Coraniæ.

597 K. vii. Bass Cumuscaigh mc Aedha la Brandub mc Each an Dunbuiced. *un dem* ē Guidhim in comdhiu a chumuscaigh, isail cille randair Each—

[*MS. Fol.* 9, *col.* 1.]

Robsad dighail Cumuscaig—Gum Aeda mc Ainmireach.

Cath Slebe a Mumain, i q̃ Fiachna mc Baedain mc Ainmireach *victor erat* Bas Tibraidhe mc Calgaidh.

K. vii. Mors Cumuscagi filii Aedhi, occisi a Brandubio filio Eachi, Apud Munimentum *Dunbuiced,* unde dictum est—

Oro Divinitatem trinam, o Cumuscage,
A præcinctu Ecclesiæ ut separentur Eachii—
Sitque vindicta pro morte Cumuscagi
Vulnus Lethale Aedhi filii Anmirei.

Prælium Slebense in Momonia, in quo Fiachna filius Baedani filii Anmirei victor erat. Mors Tibradii filii Calgadii.

598 K. i. *Q.ies* Baetin Ab. Iae, *ando lxvi ætat s.e.*—Cath Duin bolcc la Brandub mc Eachach co Laing hi *iiii id.en. ubi cec.* Aed m Ainmirech Ri Er, *anno r. xix,*

K. i. Quies Baethini, Abbatis Jae, anno 60 ætatis suæ. (90)

Prælium Arcis Belgarum gestum a Brandubio filio Eachi cum Lageniensibus, iv. Id. Jan. ubi cecidit Aedus filius An-

(90) S. Columbæ successit Hiiensis Abbas, *Baithenens*, alias *Cominus*, filius Brendini, filii Fergusii Avi Columbæ, anno 597, Columbam enim Insulanum militem fuisse annis 34, Adamnanus affirmat, l. 1, c. 1, qui si numerentur ab anno 563 inclusive, quo ex Hibernia Hionam advenit, efficiunt annum 597, quo Baithenens ei successit. Columbæ *alumnum et successorem* eum appellat Adamn. l. 1, c. 2, l. 3, c. 22, "*familiarissimum Discipulum*" Notkerus S. Gallensis.

Ad hunc Baitheneum, in ipso Præfecturæ suæ initio, venit ex Hibernia *Fintan*, qui et *Munnu*, sed suadente Baitheno ad Hiberniam rediit, Deo fructuosius serviturus. Fintanus is, patre Talcano, matre Fidelmia natus, annis 18 cum *S. Sinello* de Cluan—Inis, in Lacu Erne commoratus fuerat, usque ad Columbæ obitum, estque idem de quo Adamnan, l. 1, c. 2, inquit—"*S. Fintenus*, qui postea per universas Scotorum Ecclesias, valde "noscibilis (mirabilis) habitus est, a puerili ætate integritatem carnis et animæ, Deo adjuvante, custodiens, "studiis Dialis Sophiæ deditus, hoc propositum in annis juventutis conversatus in corde habuit, ut nostrum "S. Columbam, Hiberniam deserens, peregrinaturus adiret. Hæc mihi narrante quodam Religioso sene "Presbytero, Christi milite, Oissineo nomine, Ernani filio, gente *Mocumethcorb*, indubitanter didici, qui eadem "omnia supra memorata verba, ejusdem ab ore S. Fintani filii Talcani audisse testatus est, ipsius Monachus." In hujus Fintani sive *Munnu* Vita, servatur notitia Synodi Leichlinensis. Primord. p. 936. Obiit Baithenus, *Secundus* Abbas Hiiensis, anno integro post obitum S. Columbæ, eodemque die ix Junii, qui incidit in feriam 2. Successitque illi 3 Abbas Fergnaus, annis 25, usque ad ann. 623, ut in Adamn. l. 3, c. 23, et in Annal. Ult.

*ætat. lxiii*, 7 Bec mc Cuanac Ri Airgiall 7 daine uaisle ele.—*un.de* ?

Ambuach

Ferus in ton fri sin mbruach
Adfed scela cises (‡) seith
Aedh mc Ainmirech ad bith.
*C.s conjux cec.*—
Taeb an Temrach taeb Taillten
Taeb Aeda mc Ainmireach
Batar imain na tri taeib—
Frisna freslin aitherrach

mirei—Rex Hiberniæ, anno regni xix, ætat lxiii, et Beccus filius Cuanaci Rex Argialliæ, et nobiles alii, unde dictum est

Tanquam Tempestas quæ impellit tumentes fluctus ad littus,
Est notitia quæ narrat calamitatem Scotorum,
Aedhum filium Anmirei occisum.
Cujus Conjux cecinit—
Regio Temoriæ, Regio Talteniæ—Regio Aedi filii Anmirei—
Fuere atteritæ tres istæ Hiberniæ Divisiones—
Propter inopinatam rerum mutationem.

Colman Rimedha 7 Aed Slane *rex*. Garban mc Enda righ Mumhan 7 Amalgaid a brathair.

Colmanus Rimedha et Aedhus Slanensis regnaverunt. Garbanus filius Endei Rex fuit Momoniæ, et Amalgadius frater ejus.

K. *ii*. *Ailill*. Ab. Cluanamacnois *pausat*; do Muscraidhi do—Bass Gartnaidh ***Regis Pictorum***—Saxanaigh do dul cum credimh (§)

K. *ii*. Aillittir Abbas Cluanmacnosiæ pausat,—e Muscradiorum familia erat is.—Mors Gartnadii Regis Pictorum. 599
Saxones ad fidem convertuntur---

K. *v*. ***Q.ies*** Caindech Achaigh Bo Caing : *lxxxiiii etatis suæ an.* :—Cath ***Saxonum*** la h Aedan *ubi ceci* Eanfraich fr. Etalfraich la Maeluma mc Baedain i : *victor erat.*—***Jugulatio*** Subhne mc Colmain mair la h Aed Slaine ambrud-

K. *v*. Quies Cannichi Achaboensis, qui 600
84 anno ætatis suæ quievit. (91) Prælium Saxonum contra Aedanum, ubi cecidit Eanfrac frater Etalfraich, occisus a Maeluma filio Baodani, in quo victor erat. (92) Jugulatio Subnei filii Colmani magni,

(†) " *Ambuach feras an tonn fri sin m bruach—Atfed cesus creit—Aed mc Ainmirech ro bith—Battar inmain* " *tritoibh—Frisna frescin aitherrech—Taeb an Taillten-taebh Temra—taeb Aedh mc Ainmire*—Initium regni *Colmain* " *Rimedha 7 Aedha Slaine* simul." Ita Chron. Scot. MS. Dublin.

(§) Eadem habet Chron. Scot. ad ann. 592.

(‡) " *Suainior*." Ibid.

(91) S. Cannici meminit Adamnan. l. 1, c. 4, et c. 12, " anno ætatis lxxxiv felicem animam tradidisse Deo," in incerto vitæ ipsius scriptore proditum legimus, apud Usser. pag. 937.

(92) Hæc eadem habet Chron. Saxon. ad ann. 603.

ham ⁊ ruanna (‖) sinchi cluana lech tengadh—bemenda brandubh bregha immuigh aei. (¶)

occisi per Aedum Slanensem insidiose, dum dormiret.

Sinchea de Cluana-leth-tengad obiit.

Percussio Brandubii Bregiensis in Campo Aei.

## ANNOTATIONES AD SÆCULUM VI.

PRIUSQUAM ad alia, Sæculum VI tangentia, accedamus, ordo exposcere videtur, ut Catalogum Sanctorum Hiberniæ Sæculi VI, a *Tirechano* Sæculo vii descriptum, Lectoribus subjiciamus, ut eum cum Tigernacho conferentes, videant ipsi non nisi ex uno fonte, et ex Historica veritate, utrumque scaturire. Catalogum istum edidit ex duobus Codicibus membranaceis, Usserius, itemque Flemingus, qui de istis Codicibus inquit—unum pertinuisse ad Ecclesiam Ardmachanam, vel Dubliniensem, alterum ad Monasterium *Insulæ omnium Sanctorum* in Lacu Rioch.—Exemplari suo Flemingus hanc commendationem præpouit—" Verba esse pervetusti, et fidelis Authoris Vitæ " S. Patricii, (nempe *Tirechani*) De triplici Sanctorum primitivæ Ecclesiæ Hibernensis " Ordine.—sub titulo hoc,—

*Incipit Catalogus Ordinum Sanctorum in Hibernia* (1) *secundum divisa* (2) *tempora.*

" Primus Ordo Sanctorum erat in tempore Patricii, et tunc erant Episcopi omnes " clari, et Sancti, et Spiritu S. pleni, quadringenti quinquaginta numero. (3) Ecclesiarum " fundatores, unum Caput Christum colentes, et unum Ducem Patricium sequentes, " unam tonsuram habentes, et unam celebrationem Missæ, et unum Pascha, scilicet post " æquinoctium vernale, celebrabant, et quod excommunicatum esset ab una Ecclesia, " omnes excommunicabant. Mulierum administrationem et consortia non respuebant, " quia super Petram Christum fundati, ventum tentationum non timebant.—Hic Ordo " Sanctorum per quaterna duravit regna; hoc est a tempore *Leogarii* filii Neill, qui

(¶) " Beimmein Brandnibh im brega—Mors Benuin me Cuirpre Fenane, .i. Ri na Maine, slointer Rath ma " Brennainn a Muig Ai." Chron. Scot. MS. Dublin, ad ann. 594.

(1) Usser. habet " Hiberniæ."

(2) Idem habet " *diversa.*" Sed potior lectio videtur ista Flemingi.—Ut autem variantes Lectiones pateant, Flemingi editioni subjungimus editionem Usserii.

(3) Nempe qui prædicabant itinerantes, incertis sedibus, et vagantes appellabantur, ut in Rer. Hib. t. 1.

" regnavit xxxvii annis (4) et *Ailildi* cognomento *Molt*, qui xxx (lege xx) annis reg-" navit, (5) et *Lugadii*, qui vii (lege xxv) regnavit. (6) Et hic ordo Sanctorum usque " ad tempora extrema *Tuathalii*, cognomento *Moel-garbh*, duravit. (7)

" Secundus vero Ordo Sanctorum talis erat. In hoc enim secundo ordine pauci erant " Episcopi, et multi Presbyteri, numero trecenti, unum Caput Dominum colentes, diversos " celebrandi ritus habebant, et diversas Regulas vivendi, et unum Pascha xiv Luna " celebrabant. Et hi uniformem tonsuram, scilicet ab aure usque ad aurem, faciebant. " Mulierum quoque consortia ac administrationem fugiebant, atque a Monasteriis suis " eas excludebant. Hic ordo per quaterna adhuc regna duravit. Scilicet ab extremis " *Tuathalii*, cognomento Moelgarbh, temporibus, et xxx annos quibus *Dermitius* " *Mackervaill* regnavit, (8) et pro tempore quo duo nepotes Muredachi, qui vii annis " regnaverunt, et pro tempore quo *Aidus filius Anmirei*, qui xxx annos regnavit. (9) " Hi ritum celebrandi Missam acceperunt a Sanctis Viris de Britannia, scilicet a " S. David, a S. Gilda, et a S. *Deco*, (lege *Doco*) et horum nomina sunt *hi* (hæc)—Scilicet " *Finnianus, Endeus, Colmannus, Congallus, Aedus, Queranus, Columba, Brendanus,* " *Bricquinus, Cainnechus, Caimginus, Lasreanus, Lasreus, Lugeus, Barrideus* (lege " *Barrindeus*) et alii multi, qui erant de secundo gradu Sanctorum.

" Tertius Ordo Sanctorum erat talis; erant enim Presbyteri sancti, et pauci Episcopi, " numero centum, qui in locis desertis habitabant. Hi oleribus, et aqua, et eleemosynis " fidelium vivebant, et omnia terrena contemnebant, et omnem susurrationem et " detractionem penitus evitabant. Hi diversas Regulas, et varios celebrandi ritus " habebant, et diversam etiam tonsuram. Aliqui enim habebant Coronam, aliqui " Cæsariem, et hi diversam solemnitatem Paschalem habebant. Alii enim xiv Luna, " alii xiii celebrabant. Hic ordo per quatuor regna duravit. Hoc est pro tempore " *Aidi Allain*, (10) qui tribus annis tantum regnavit, pro tempore *Domhnalli*, qui xxx " annis regnavit, et pro tempore *Maelcovæ*, et pro tempore *Aidi Slane*. Et hic ordo

(4) Regnavit Laogarius ab anno 428 ad 463, ab obitu *Dathiæ* prædecessoris ejus.—Qui xxx annos tantum ei tribuunt, annos numerant ab anno 433, quo Christianum se declaravit, ut in libro Lecano, et supra, pag. . . .

(5) *Oliol-Molt* Dathiæ filius regnavit annis xx, ab anno 463.

(6) Lugadius regnavit annis xxv a prælio Ochano, gesto A.D. 483.

(7) Regnavit Toathalius is *Secundus* annis xi, ab anno 533 ad 544, quo primus ordo terminavit.

(8) Diarmitius is non regnavit annis xxx, sed tantum xxi ab obitu Tuathalii, nempe ad annum usque 565, quo ei successerunt *Donaldus et Fergusius* anno uno. Istis successere *Baodanus et Eochoid* simul, annis duobus—deinde Anmireus filius Sednæi annis tribus, ab anno 568, ad 571. Anmireo successit Baodanus filius Ninnedii anno uno, ad ann. 572.

(9) Aidus is filius Anmirei regnavit ab anno 572, annis xxvii, usque ad ann. 599, quo 4 Id. Jan. 598–9 prælio occisus occubuit, anno ætatis 66.

(10) Error est manifestus Aodhus enim *Allan*, sive *Ollan*, Fergalli Regis filius, Rex Hiberniæ regnavit annis ix, ab anno 734, ad ann. 743 Itaque non de Aido *Allano* hic agitur, sed potius de *Anmireo*, qui regnavit annis 3, ab anno 568, ad 571.

"usque ad Mortalitatem illam magnam duravit; (11) quorum nomina sunt hi (hæc) "*Petronus* Episcopus, *Ultanus* Eps. *Colmanus* Eps. *Aedanus* Eps. *Lompnanus* Eps. "*Senochus* Eps.—Hi Episcopi omnes, et alii plures.—Hi vero Presbyteri, *Fechinus* "Presbyter, *Airendanus*, *Faillanus*, *Cumenianus*, *Colmanus*, *Ernanus*, *Cronanus*, et "alii Presbyteri plures—Nota quod primus Ordo erat Sanctus Sanctissimus, secundus "Sanctior, tertius Sanctus---Primus, sicut Sol, in fervore claritatis calescit, secundus, "sicut Luna pallescit, tertius sicut Aurora splendescit. (12) Hos tres ordines B. "Patricius, superno oraculo edoctus intellexit, cum in Visione illa Prophetica vidit totam "Hiberniam flamma ignis repletam, deinde montes tantum ardere, postea lucernas ardere "in vallibus conspexit."

§ 2. Ne forte aliqui putent editionem istam Lovaniensem variare in essentialibus ab Usseriana, hanc subjicimus; id solum monentes, numeros Romanos xvi sæpe ab amanuensibus confundi cum xiii, aliosque similiter, et diversitatem in numeris, quibus Regum anni hinc inde erronee notati sunt, non officere quo minus in reliquis ambo Catalogi genuini habeantur, quamvis paulo brevius sit Usserii exemplar, ut ex sequente patebit.

*Incipit Catalogus Sanctorum Hiberniæ secundum diversa tempora.*

*Primus ordo* Catholicorum Sanctorum erat in tempore Patricii, et tunc erant Episcopi omnes clari et Sancti, et Spiritu S. pleni, CCCL numero. (13) Ecclesiarum fundatores. Unum caput Christum, (14) et unum Ducem Patricium (15) habebant. Unam missam, unam celebrationem, unam tonsuram, ab aure usque ad aurem, sufferebant. Unum Pascha xiv Luna post æquinoctium vernale celebrabant; et quod excommunicatum esset ab una Ecclesia, omnes excommunicabant. Mulierum administrationem et consortia non respuebant, quia super petram Christum fundati, ventum tentationis non timebant. Hic ordo sanctorum per quaterna duravit regna, hoc est *Laogarii*, et *Ailillæ Muilt*, et *Lugadii* filii Laogarii, et *Tuathail*. Hi omnes Episcopi de Romanis, et Francis, et Britonibus exorti sunt.

*Secundus ordo* Catholicorum Presbyterorum. In hoc enim ordine, pauci erant Episcopi, et multi Presbyteri, numero ccc. Unum Caput D.nm n.rm habebant, diversas Missas

---

(11) Ultimi Reges quibus regnantibus tertius ordo defecit, fuere Blathmacus et Diarmitius, Aedi Slanensis Regis Hiberniæ filii, qui Regno sociato regnaverunt usque ad annum 666, quo ambo e mortalitate magna obierunt, ut in Catalogo Regum infra.

(12) Flemingus scribit "tertium ordinem Sanctorum Hiberniæ durasse usque ad "annum 604, quo incidit "magna mortalitas de qua Beda, l. 3, c. 27." Dissert. de Monachatu S. Columbani, pag. 410.—Sed diutius durasse, patet ex nota præcedente, et infra, loco opportuno demonstrabimus.

(13) "Quadringenti quinquaginta" Fleming.

(14) "Colentes," ib.

(15) "Sequentes, unam tonsuram habentes, et unam celebrationem Missæ, et unum Pascha, scilicet post "æquinoctium Vernale, celebrabant," &c. ut in Flemingi editione, in verbis diversa, in sensu eadem.

celebrabant, et diversas Regulas. Unum Pascha xiv Luna, unam tonsuram ab aure ad aurem. Abnegabant mulierum administrationem, separantes eas a Monasteriis. Hic ordo per quaterna adhuc regna duravit; hoc est ab extremis *Tuathail*, et per totum *Diarmata* Regis regnum, et duorum *Muredaig* nepotum, 7 *Ædo* filii Anmirech. A *Davide*, et *Gilla* (Gilda) et a *Doco*, Britonibus, Missam acceperunt. Quorum nomina hæc sunt " Duo *Finiani*, duo *Brendani*, *Iarlathea Tuama*, *Comgallus*, *Coemgenus*, *Ciaranus*, *Columba*, *Cainicus*, *Eoganus mac Laisrean*, *Lugeus*, *Ludeus*, *Modifeus*, *Cormacus*, *Colmanus*, *Nesanus*, *Laisreanus*, *Barriendeus*, (a) *Coemanus*, *Comanus*,(b) *Conanus*," &c.

*Tertius ordo* Sanctorum erat talis. Erant Presbyteri sancti, et pauci Episcopi, numero centum, qui in locis desertis habitabant, et oleribus, et aqua, et eleemosynis (fidelium) vivebant; propria devitabant, (in alio Codice—omnia terrena contemnebant, et omnem susurrationem et detractionem penitus evitabant,) et diversas Regulas et Missas habebant, et diversam tonsuram; alii enim habebant Coronam, alii Cæsariem, et diversam solemnitatem Paschalem, alii enim Resurrectionem xiv Luna (in alio codice *xiii)* vel xvi, cum duris intentionibus celebrabant. Hi per *quaterna* regna vixerunt; hoc est *Ædo-Allan*, qui tribus annis, pro cogitatione mala, tantum regnavit, et *Domhnail*, et filiorum *Mailcobi*, et *Ædo Slaine* permixta tempora, et usque ad mortalitatem magnam perduraverunt. Hæc sunt nomina eorum, *Petranus* Eps, *Ultanus* Eps, *Colmanus* Eps, *Murgeus* Eps, *Ædanus* Eps, *Lomanus* Eps, *Senachus* Eps. Hi sunt Episcopi, et alii plures.—Hi vero Presbyteri, *Fechinus* Presbyter, *Airendanus*, *Foilanus*, *Comanus*, *Commianus*, *Colmanus*, *Ernanus*, *Cronanus*, et alii plurimi Presbyteri.

Primus ordo *SS.mus*.—Secundus ordo *Sanctior*.—Tertius *Sanctus*.—Primus sicut Sol ardescit. Secundus sicut Luna. Tertius sicut stellæ."

III. Catalogi istius Auctor Tirechanus, Ultani Ardbreccanensis Discipulus fuit, de quo Waræus de Scriptoribus l. 1, c. 3, inquit,—" Ultani Discipulus, Tirechanus Episcopus, " scripsit libros duos de rebus gestis Patricii, quorum hæc est Inscriptio—*Tirechan* " *Discipulus fuit*, &c. Hi libri etiamnum extant MS."—Floruit circa annum 650, cum S. Ultanus Magister ejus obierit anno 655. Triad. p. 217.

Quæ cum ita sint, habemus testem omni exceptione majorem, Sanctos qui a Tigernacho ad Sæculum VI referuntur, ad tempora ista jure merito esse adscribendos. Et quidem omnia quæ in Catalogo isto declarantur, exceptis Regum Hiberniæ nominibus leguntur in Vita antiqua Finiani, extante in eodem Codice Insulæ omnium Sanctorum, quam, cum aliis, Rev. P. Franciscus Matthæus, Guardianus Monasterii Hibernici

(a) " *Barriadeus* Abbas fuit de *Drum-cuilin*, in confinio Momoniensium et Lageniensium, et Nepotum Neill, " in terra *Fearcall*, ubi est Civitas *Raythen*." Vita Carthagi apud Usser. p. 962.

(b) " Comanus, Fealconi filius, Ross-Comaniæ fundator, Finiani Discipulus fuit, ut in Vita ejus, apud Usser. p. 1066.—Alius fuit *Coemanus de Enach-truim*, in monte Bladina, et *Comainus Brec*, qui obiit anno 615.

Lovaniensis, describi curavit, et Lovanium transtulit, anno 1626, ut scribit Fleming in notis ad opera Columbani, Lovanii, fol. 1667, pag. 431. Atqui, ex eodem Catalogo patet, tam in 2do. quam in tertio Ordine Sanctorum Hiberniæ, diversas fuisse Regulas, et diversos Missam celebrandi Ritus.—Hanc varietatem, subsequentibus sæculis auctam, notat Guillibertus Luimnicensis, Romanus ad Hiberniam Legatus Sæculo xi, in Procemio Libelli *De usu*, (sive de Cursu) *Ecclesiastico*, in Usserii Sylloge, No. 30, p. 77, quem a se scriptum ait, " ut diversi, et Schismatici illi ordines, quibus Hibernia pene tota " delusa est, *uni Catholico* et Romano cedant officio." Extat usque hodie, Exemplar Missalis antiqui Hibernici, a Romano diversi, et a mille annis exarati, unde diversittas a Guilliberto notata manifeste patebit. (16)

### *De Sanctorum istorum Institutis.*

Instituta Monastica Hibernorum, ad Orientalium normam ordinata fuisse, indicat Malmesburiensis, in Libro de Antiq. Glaston. ubi de nova S. Augustini Regula in Angliam introducta agens, inquit—" His temporibus in Monasterio Glastoniensi cœpit " *primo* eadem Regula (Benedictina) exerceri, quod prius fuerat more Cœnobiorum " *Ægypti.*" Gabriel Pennottus, in Historia Clericorum Regularium, ab Ægyptiorum Institutis eorum ordinem repetens, ordinem istum in Hiberniam, S. Patricii tempore, introductum, et postea ab Hibernis in Britannia et Belgio propagatum fuisse declarat.

In antiquiore Codice, unde Usserius Catalogum prædictum vulgavit, " quatuor " descriptas fuisse post Catalogum Regulas, *Hibernico Sermone antiquissimo exaratas*, " nostris temporibus pene ignorabili, Usserius ipse affirmat. I. Regula Columb-Cille,—2. Comgalli Benchorensis,—3. Mochuttai, alias Carthagi, Abbatis Ratheniensis, et primi Episcopi Lismorensis,—4. Albei Imelacensis.

Brendani Finlogæ filii vitam typis editam, et inter κειμηλια illustrissimi viri Thomæ Grenville servatam, memoravimus supra, pag. 153, n. 72. (17)—Antiquissima Vita MS. ea esse videtur, quam ex Codice Ardmachano citat Flemingus, ubi de Regula ejus inquit—" extare indubitatum antiqui Scriptoris testimonium, testantis ab ipso, velut " ab altero Pachomio, Regulam Angelo dictante conscriptam, ad sua usque tempora, " apud S. Brendani successores permansisse." (18)

---

(16) Vide Catalogum nostrum Manuscriptorum Stowensium, Appendice ad vol. 1, p. 1.

(17) Brendani Vitam MS. noto in Catalogo Manuscriptorum Angliæ et Hiberniæ, fol. Oxon, 1697, pag. 58, No. 778, itemque aliam, pag. 63, n. 1013, n. 11, et pag. 65, n. 1071. Extabat etiam in Codice Franciscanor. Kilkennensium, scripto anno 1340, sed antiquior est MS. Cotton. citatus ab Harrisio, l. 1, de Scriptor. Hib.

(18) Columbani Opera Lovanii, fol. p. 433, et Usser. p. 919, ex eadem Vita MS.—Operibus Columbani adjunxit Fleming Vitas antiquissimas SS. Moluæ, Mochoemogi, et Comgalli. Antiquissima Finniani ea esse videtur, quam ex eodem Codice Insulense edidit Colganus.—De Flemingo vide " Historiam Martyrii venerabilis " Patris Fr. Patricii Flemingi," &c. præmissam operibus Columbani. Lovanii, fol. 1667.

Ciarani Regula servabatur in antiquissima Vita ejus MS. quæ, testante Flemingo, extabat usque ad tempora *Cromwelliana*, in Ecclesia sua de *Cluan-mac-nois*. (19)—S. Columbæ Instituta memorat Beda, l. 3, c. 4, et 25, et Notker S. Gallensis ad diem ix Junii.—De Adamnano Beda inquit, l. 5, c. 16. "Virum bonum fuisse et scientia "scripturarum nobilissime instructum." Antequam Hiiensis Abbas creatus fuerit, plura in Hibernia Monasteria condidit, quæ sub Regula dicta *Adamnani* regebantur, ut Rapotense, Scrinense, Druimtuamense, et Pontis-Adamnani. Codex Insulæ Lacus Rioch prædictus, mentionem facit etiam Regulæ Lasreani Abbatis Lethglinensis, qui, ut legitur in Vita Munnu, sive Fintani, 1500 Monachos sibi subjectos habuit. Hic a Roma rediens, Rugulam suam in nonnullis reformavit, Romanum Paschæ Ritum substituens pro Hibernico, quam Reformationem pluribus argumentis, in Synodo Momoniense contra Fintanum et alios Abbates tueri conatus est. Adamnanus paulo postea Ritum Romanum Hiiensibus, libro jam deperdito, persuadere aggressus, resistentibus ipsis, ante expletum annum 702 obiit, ut scribit Beda, l. 5, c. 15, "ne redeunte tempore Paschali, graviorem "cum eis, qui eum ad veritatem sequi nolebant, cogeretur habere discordiam."

Regulæ Coemgeni non meminit quidem Auctor Vitæ ejus, in Codice Ardmachano, sed singularem fuisse dicit Comgalli Benchorensis amicum, et "multarum millium animarum, "in *eodem habitu* et *professione, ipsi succedentium, ad cælestem Patriam Dux*."—Pro his, Regulam scripsit Monasticam, cujus meminit Wareus De Script. l. I.

Sanctorum Comgalli, Columbæ, Brendani, Cainechi, &c. coævus fuit S. Carthagus, seu Mochuda, Eps Lismorensis, bis mille, ad minus, Monachorum Pater, qui *Rathense* Monasterio in Midia condito, in loco adhuc dicto *Raheny*, indo post 40 incolatus annos, expulsus a Rege *Blathmaco*, Lismoriam condidit, ubi obiit et sepultus est. Regulæ ejus Monasticæ meminit auctor Vitæ ejus in præfato Codice Ardmachano.

His addendæ sunt Regulæ *Moluæ*, sive Luani, vel Lugidi memorati a S. Bernardo in Vita S. Malachiæ, c. 5, et Columbani, quarum primam Gregorius Magnus approbavit, ut in Vita Moluæ edita a Flemingo; secundam edidere Goldastus in Paraneticis, Messingham, in Florilegio, Johannes Tomæus in Columba sacra, Flemingus inter opera Columbani, Carolus Stengelius in Corona Lucida, et Mabillonius. (20)

Hæc satis ostendunt quam erronee scripserit Regnerus, vir doctus, "Hibernos "veteres, juxta Palestinorum Ægyptiorumque Monachorum Instituta, sine Regula "scripta, per solas traditiones Patrum suorum, vitam gubernasse."

Mabillonius in Analectis, t. 4, p. 629, extare inquit in Codice S. Gallense, in quo Rabani Pœnitentialis reperitur, fragmenta quædam aliorum Pœnitentialium, nempe

(19) Fleming. ib. p. 433. Regula Ciarani memoratur in Annal. Ult. ann. 743—Recensebantur tum octo præcipui Regularum conditores, *Patricius*, *Brendanus*, *Ciaranus*, *Columba*, *Comgal*, *Adamnan*, *Brigida*, et *Molaisse* sive *Lasreanus*.

(20) Mabil. Analecta, t. 4, p. 635, ed. Paris, 1686.

Vinniani (i. e. *Finiani* Cluan-Irardensis) et Cummeani Abbatis Scotti, quæ ibi describit. Cummeani opus sic incipit—" Cummeani Abbatis in Scotia orti, De remediis vulnerum, " secundum priorum Patrum deffinitionem, dicturi, sacris tibi eloquiis, mi fidelissime " frater, antea medicamena, compendii ratione itimemus. Prima itaque remissio est, " qua baptizamur in aqua; secunda remissio Caritatis; tertia eleemosynarum fructus; " quarta profusio lacrymarum; quinta Criminum Confessio; sexta afflictio cordis et " corporis; septima emendatio morum; octava intercessio Sanctorum; nona bona miseri- " cordiæ et fidei meritum; decima conversio et salus aliorum; undecima Indulgentia et " remissio nostra; duodecima passio Martyrii."—Subjungit Mabillonius, scriptorem fuisse Cummeneum Album, qui Sæculo vii floruit, scripsitque Vitam S. Columbæ. Opus ejus de Mensura pœnitentiarum, edidit ex alio Codice S. Gallense Flemingus, p. 193.

Tam rapida, fuit et mirabilis Monastici ordinis per Hiberniam propagatio, Sæculo vi, ut in solo Bencorense S. Comgalli Monasterio, omnes consistere non possent, eosque in diversas cellas, et varia Monasteria dividere coactus fuerit, adeo ut (inquit Mabillonius) *tria millia* sub ejus disciplina militarent. Annal. t. 1, p. 209.

Hinc S. Bernardus, in Vita S. Malachiæ Ardmachani, c. 5, inquit—" Nobilissimum " extiterat ante S. Malachiam, ejus Instauratorem, hoc Cœnobium (Benchorense) sub " primo Patre Comgello, *multa Monachorum millia generans* Deo, multorum Monas- " teriorum caput. Locus vere sanctus, fœcundusque Sanctorum, copiosissime fractificans " Deo, ita ut unus ex filiis Sanctæ illius Congregationis, nomine *Luanus*, centum solus " Monasteriorum fundator extitisse feratur, ut ex hoc uno conjiciat Lector, quam ingens " fuerit reliqua multitudo.—Denique ita Hiberniam, Scotiamque repleverunt genimina " ejus, ut ea potissimum tempora Davidici illi versiculi præcinisse videantur.—*Visitasti " terram et inebriasti eam, Multiplicasti locupletare eam.*—Nec modo in præfatas, sed " in exteras etiam regiones, quasi inundatione facta, illa se Sanctorum examina effude- " runt, e quibus ad has nostras Gallicanas partes, *S. Columbanus* ascendens, Luxoviense " construxit Monasterium, factus ibi in gentem magnam. Aiunt tam magnam fuisse, " ut succedentibus sibi vicissim choris, continuarentur solemnia Divinorum, ita ut ne " momentum quidem diei ac noctis vacaret a laudibus." (21)

Comgalli obitum enarrat Mabillonius in Annalibus, t. 1, p. 209, his verbis—Morte instante, Comgallus, cum ei Discipuli sui *quotidie* Divinam Eucharistiam dare vellent, contestatus est se a nullo alio eam accepturum, quam a S. Fiachra Abbate, in Lageniense Hiberniæ Provincia; qui ab Angelo ordinatus, in Banchorense Monasterium protinus accessit, statimque communionem Dominicam, i. e. Corpus et sanguinem Christi, Beatissimo Patri dedit—Sepultus est in suo Monasterio, atque exinde, post aliquot annos, brachium S. Comgalli, quemadmodum a vivente petierat, Fiachra obtinuit, condi-

(21) Cum his convenit Vita vetus Comgalli, apud Fleming. p. 435.

ditque in ejus honorem Monasterium in Arce, quam ipsi ejusdem Provinciæ Dux *Ædus* tradiderat. Edidit nonnulla Opuscula quorum unum laudat Columbanus, Auctoremque alio nomine Faustum appellat in Instructione 2.—Regulam ab eo scriptam non semel laudat auctor vitæ ejus, editæ a Flemingo simul cum Operibus Columbani. (22)

COLUMBANUM quod attinet, Jonas ejus Discipulus, qui vitam ejus scripsit, editam a Flemingo, Messinghamo, Mabillonio, et aliis, postquam narrasset (c. 2.) Columbanum sub Magisterio venerabilis *Senilis*, (23) sacras literas, in Hibernia Patria sua dedicisse, inquit, c. 3; deinde ad S. Comgallum profecisse, et multos, sub ipsius regimine, in *Bennchorense* Monasterio, annorum circulos peregisse testatur, quod et ipse confirmat, Instruct. 2, ubi a S. Comgallo se edoctum narrat, consentiente Notkero.

Multis in Benchorense exactis annis, mentem subiit exteras regiones adire, ad exemplum aliorum Hibernorum, qui eodem sæculo Evangelium barbaris prædicaturi profecti erant. Ad hunc finem Comgallo mentem aperuit, quo demum ægre consentiente, cum 12 sociis primum in Britanniam, indeque in Galliam enavigavit, anno ætatis 30, ut scribit Jonas, quo tempore regnabant in Burgundia Guntchramnus, in Austrasia Childebertus, qui paulo post, mortuo Patruo, utrumque regnum obtinuit annum circiter 590. (24)

Hæc Columbani ex Hibernia egressum, et in Galliam adventum, referunt ad annum 589.—Annum quidem incertum relinquit Jonas, qui *Italus* fuit non Gallus, et omnes qui ipsum sequuntur, Columbani adventum in Galliam statuunt sub Principatu Sigeberti, ante ann. 575, quo Sigebertus occisus est. Sed in hoc manifestus est Jonæ error, cum ait Sigebertum eo tempore, *duobus Regnis Austrasiorum Burgundiorumque* Imperasse, cui tamen Burgundiam nunquam paruisse constat, utpote quæ, eo vivente et mortuo, Guntchramnum Regem habuit.—Jonæ errore animadverso, alii pro Sigeberto, filium ejus Childebertum reposuerunt. Sed neque sic mendæ expers esset Jonæ locus, cum in Galliam Columbanus ante annum 590 accesserit, quo tempore Guntchramnus adhuc superstes erat, et nonnisi post annos tres, Burgundiæ Regnum Childeberto Austrasiæ Regi, morte sua resignavit. Rectius itaque Ordericus Vitalis Columbani

---

(22) Erat Columbanus e 2do ordine Sanctorum, quorum nonnulli, etsi sæculo vi floruerint, obiere tamen sæc. vii. Sic Comgallus obiit anno 601, Fintanus de Cluainednach anno 603, S. Molua anno 608 S. Coemgenus obiit Sæculo vii, anno 618, S. Columbanus anno 610.

(23) Non *Silenis*, ut in Mabillon Annal. t. 1, p. 210. Notker ad v. Id. Junii, i.e. ad diem ix Junii.

(24) In pulcherrimo et antiquissimo Codice Cotton. Mariani Scoti, supra laudato, pag. 93, n 94, hæc leguntur—" An. D.XXXIX. S. Pater Columbanus, ex Hibernia Insula Scotorum, cum S. Gallo aliisque probatis " Discipulis, venit in Burgundiam, ibique permittente Theodorico Rege, Monasterium quod Luxovium " dicitur ædificavit; exinde a Brunechilda fugatus."—Eodem folio, ad ann D.C.XII, " Alemanniam ingreditur, (Columbanus) ubi Sanctum Gallum reliquit. Ipse vero in Italiam transiens Monasterium quod *Borium* dicitur, " ædificavit, ubi Pater multorum Monachorum extitit."

Egressum Columbani ex Hibernia, ejusque in Galliam adventum refert Usser. ad ann. C. 589, idque ex Mariano. Primord. p. 736. Vide supra, pag. 158, n. 86.

in Galliam accessum refert ad regnum Childeberti, nulla Regni Burgundici facta mentione.

Quo anno Columbanus Vosagum adierit, ex eo colligitur, quod inde Brunechildis instigatione pulsus fuerit, *anno xx post incolatum Eremi istius*, ut ipse Jonas testatur. Cum enim, eodem testante, *triennio post* hanc expulsionem, Theodoberti ac Theoderici mors, et Monarchiæ Franciçæ ad Chlotharium devolutio subsecuta fuerit, quod utrumque anno 613 certum est contigisse, sequitur Columbanum non nisi anno 589–90, Vosagum incolere cæpisse.—Errat itaque Flemingus, qui eum anno 520 natum asserit, atque ætatis suæ anno xxx, in Galliam transiisse, anno C. 550, a vetere Lectionario Luxoviense in errorem inductus, ut ipse indicat in Dissert. de Monachatu Columbani, p. 412.

De patria Columbani scribit Jonas accuratius quam de annis. "Natus est, inquit, in "Hibernia, Insula in extremo Oceano sita.—Hanc Scotorum gens incolit. Gens quan-"quam absque reliquarum gentium legibus, tamen in Christiani vigoris dogmate florens, "omnium vicinarum gentium fide præpollet."

Paulo post Jonam, auctor Vitæ veteris *S. Kiliani*, editæ in t. 4, Antiquar. Lectionum H. Canisii, p. 639, inquit—"Scotia, quæ et Hibernia dicitur, Insula est maris Oceani, "fœcunda quidem glebis, sed Sanctissimis clarior viris: ex quibus Columbano gaudet "Italia. *Gallo* ditatur Alemania, *Kiliano* Teutonica nobilitatur Francia."

Monasterium condere statuenti, placuit vasta Vosegi, sive Vogesi, Solitudo, et constitit in veteri Castro Anagrates, in Eremo, ubi vix aliud ad victum præter herbas et arborum cortices suppetebat.—Post paucos autem dies, fama perveniente adventus ejus, ad Vicum vulgo dictum *Le Saucy*, quo in loco Salicis monasterium positum erat, tribus milliaribus ab Eremo, Loci Abbas, Carantocus nomine, Cellerarium misit Marculfum cum commeatibus. Deinde fama de eo et Sociis percrebescente, mox tot Discipulos adduxit, ut aliud in eadem solitudine Monasterium instituere decreverit, in loco *Luxovium* dicto, octo millibus passuum, ab Anagratensi. "Istuc, inquit Mabillon. in Annal. p. 212, non "modo servi ac ingenui, sed Nobilium etiam filii, sprætis phalaramentis concurrebant, "sic ut tantam confluentium turbam, unius Cœnobii septa capere non possent."—Aliud itaque Monasterium construxit, *Fontanas*, ab aquis inde scaturientibus, appellatum, quo nova Colonia deducta est. Processu temporis, Fontanensi et Anagratensi Præpositi a Columbano constituti, qui regerent sub ipso, et sub principe ejus Monasterio Luxovio, quod omnium aliorum caput erat.—Hinc prima origo Prioratuum, nempe deductio novarum sub principe Abbate Coloniarum, quas Princeps Monasterium commode capere non poterat.—His locis institutis, inquit Jonas, Columbanus ipse, ut summus Rector præerat; atque ut una eademque omnium vivendi norma esset, "Regulam quam "tenerent, Spiritu S. repletus, condidit; in qua, qualis et quantæ Disciplinæ Vir Sanctus "fuerit, agnoscere licet." (25)

(25) Regula ista constat novem duntaxat Capitulis in editis exemplaribus. In MSS. aliquando 14m. ob

Præter Regulam extat etiam *Pœnitentiale Columbani*, quod in vetustis Codicibus quibusdam vocatur "*Regula Cœnobialis Patrum de Hibernia*," quem titulum præfert Augustanæ S. Udalrici Abbatiæ Codex, ex antiquo *Augiensi* transcriptus, cui veterrimus S. Gallensis similis erat—Præscribitur in hac Regula ut Novitii, quia indocti et inexperti, *ad Calicem non accedant*, quod argumento est, jam eo tempore, communionem sub una tantum specie, quandoque in usu fuisse.—Fit etiam mentio de Confessione facienda Sacerdoti, ut in libro de Pœnitentiarum mensura, No. 42, in Flemingi ed. p. 97.

Vinum itaque, saltem ad conficiendum sacramentum, eo ævo e Gallia vel Hispania Hibernos habuisse necesse est; et quidem ex Tigernacho ad ann. 513, et ex aliis antiquioribus ab eo citatis, constat Murchertacum Regem in cado sive dolio vini suffocatum fuisse; et ex Jona coævo patet Columbanum in Hiberniam redeuntem, Nannetis in Gallia, "accepisse a nobile fœmina Procula, centum modios vini, et ab alia "fœmina nobile et Religiosa Doda, 200 frumenti, et 100 modios (Vini)"—uti narrat Jonas in Vita Columbani, c. 21, ed. Fleming. p. 235.

Operum Columbani Catalogum sequentem exhibet Flemingus—

1. Commentaria in totum Psalterium—memorata a Possevino.
2. Epistolarum adversus Theodoricum Regem adulterum, librum 1, Possevin.
3. Monasteriorum methodi librum 1, Possevin.
4. Carmen adversus avaritiam, excusum Basileæ in Vol. veter. Poetar.

---

minutiores sectiones, ita ut caput ultimum in omnibus, tam prælo editis quam MSS, sit *de mortificatione*, præterquam in MS. Bobiense, in quo aliud Capitulum adjicitur *de perfectione Monachi*, unde mirari subit, in Concordia Regularum, apud Menard. pag. 1082, a Benedicto Abbate Ananiensi, itidemque a Smeragdo, afferri caput 33m. ex Regula Columbani, quod neque in Columbani Regula, neque in *Pœnitentiali* eidem subjuncto, reperitur. Mabil. Annal. t. 1, p. 213. Confer Opera Columbani edita a Flemingo—Instituta Columbani partim ab ipso excogitata fuisse, partim derivata a Magistri sui Comgalli Monasterio Benchorense, totius Occidentis maximo, narrat Doctissimus Yepez, in Chronicis Bened. cent. 1, ubi inquit—"illud esse unum e majoribus, quæ "nostra sacra Religio habuit, vel etiam sicuti credo, maximam omnium quæ in Europa tota condita fuerunt; et "in Occidente aliud nec majus, nec par fuisse legendo comperi." In eo Monasterio nongintos Monachos a Danis uno die trucidatos, scribit S. Bernardus in Vita S. Malachiæ.—Inde processere Columbanus et Socii, *Gallus et Deicola* fratres, quorum prior S. Gallense Monasterium in Helvetia condidit, et, referente Notkero, "populum ab errore Idolatriæ revocavit. Signorum effectu, prædicationem suam audientibus commendavit. "Eum Divina pietas Genti Alemaniæ Apostolum fecit, qui nationem, quam Paganismo involutam reperit, fidei "veritate imbutam, de tenebris ignorantiæ ad Solem justitiæ, qui Christus est, reduxit." ad xvii Kal. Nov.

Columbani obitum Beda his verbis enarrat in Martyrol. ad 21 Nov. "In Italia Monasterio Bobio— "Depositio S. Columbani Abbatis, qui multorum Cœnobiorum fundator, et innumerabilium Pater extitit "Monachorum, multisque virtutibus clarus, quievit in senectute bona."—Vide plura in Vita S. Galli, scripta a Walafrido Strabone, c. 1, et in Vita S. Audoeni scripta a Fridegodo Diacono, item in Orderici Vitalis Hist Eccl. l. 8, et in testimoniis congestis a Flemingo.

Caveat Lector ne Columbanum Magnum cum Columbano juniore suo Discipulo confundat. De Juniore agit Jonas, c. 16, p. 228, ubi inquit "ex eodem genere fuisse quo et B. Columbanus, unoque commeatu et "nomine, ex Hibernia processerat." Ex vetere Kalendario Monasterii Einsidlensis, Mabillonius tres Columbanos enumerat, *Lutrensem*, de quo in Actis S. Deicoli, et alios duos prædictos. Annalecta, t. 4, p. 641.

5. Contra Arianos Mediolani, librum 1.
6. Piarum Instructionum librum 1, typis editum.
7. Regulam Monasticam, typis ed. incipit—" Primo omnium," &c.
8. Regulam Cœnobialem, typis ed. incipit—" Statutum est."
9. Epistolas varias ad Romanos Pontifices, typis ed.
10. Epistolas plures ad Gallicanos, typis ed.
11. Epistolam ad suos Monachos Luxovienses, typis ed.
12. De Mensura pœnitentiarum librum 1, typis ed.
13. De quæstione Paschæ ad Arigium librum 1.
14. De eadem quæstione ad Papam, ut arbitror, Gregorium, libros tres—
15. Poemata Varia, typis edita a pluribus.
16. Commentaria in Evangelia.
17. " Multa alia, quæ ad cantum sunt digna, vel ad docendum utilia condidit dicta," inquit Jonas, c. 2.

De Commentario ejus super Psalmos Jonas inquit, c. 1. " Tantum ejus in pectore " Divinarum thesauri Scripturarum conditi tenebantur, ut intra adolescentiæ ætatem " detentus, Psalmorum Librum climato sermone exponeret." Hoc opus ab Hartmoto Monacho in Annotatione librorum Monasterii S. Galli ita signatur—Expositio S. Columbani super omnes Psalmos. vol. 1.

Operis contra Arianos meminit Jonas, c. 29—" Contra quos, inquit, Libellum florentis " Scientiæ dedit."—De libris ejus super quæstione Paschæ, ipse mentionem facit in Epist. ad Gallicanos, et in Epist. ad Papam Bonifacium, quæ in Bibliotheca PP. et a Flemingo vulgatæ leguntur.

Nusquam meminit Columbanus S. Patricii, sed neque usquam meminit Finiani, Brendani, (27) Ciarani, Cianani, (28) vel plurium aliorum, quorum recens erat et illustris suo ævo memoria; neque enim erat in animo Vitas Sanctorum scribere, vel Regum, aut doctorum Hiberniæ. Sed feros barbarorum mores ad Evangelii jugum suave revocare.

Vellem sane ut aliqua extaret in Scriptis ejus memoria *Brogani*, cujus Hymnum, lingua Hibernica scriptum Sæculo vi, edidit Colganus in Triade, pag. 515, aut *Cogitosi*, qui eodem sæculo, Vitam Brigidæ scripsit, aut *Amergini*, filii *Amalgadii* Poetæ Regii regnante *Diarmitio mc Cearbheoil*, qui scripsit librum *Dinseanchusa*, interpolatum Sæculo xiv, aut *Eochodii-Dallan*, i. e. Cæci, alias *Dallan-Forgail*, de quo Colganus

(27) In Annal. Inisfal. ad ann. 576, " Quies Brendani Cluanfertensis anno ætatis 94, et Aodhi filii Eochodii " Tormcarnæ Regis Connaciæ, qui locum Monasterii condendi, Enachdun dictum, S. Brendano donavit." Vide quæ de Vita ejus dicta sunt supra, pag. 166.

(28) Ciananus Damhliagensis scripsit sæculo v, Vitam S. Patricii, cujus fragmenta servari dicuntur in MS Bodleiano. Catal. MSS. Angliæ et Hib. No. 2430, pag. 125. Ciananus obiit anno 488, vel 489. Confer Hist. of Irish Writers, 8vo. Dublin, 1736, cum Annal. Ult.

in Actis, pag. 203, inquit, " scripsisse patrio sermone, *veterique stylo*, diversa opuscula " quæ sæculis posterioribus, a multis, alioquin in veteri patrio Idiomate et antiquitate " versatis, haud facile penetrari possunt."—Horum Opusculorum præcipuum erat Carmen Hibernicum, cui titulus " *Amhra Choluim-Cille*," sive Extatica Visio S. Columbæ, cujus extat Exemplar imperfectum, et interpolatum in hac Bibliotheca Stowense; aliud exemplar penes se habuit Colganus, uti et Vitæ Metricæ S. Senani, Hibernice scriptæ ab eodem. Hæc omnia simul cum S. Cannici operibus, aliisque Sæculi vi deperditis non modo a Columbano memorari, sed studiose conservari gauderem. Sed rebus majoris momenti intentus, Vir nunquam nimium laudandus, omni qua potuit diligentia, populos potius ad fidem convertere, et bonis moribus imbuere, totis viribus nitebatur, neque ad alia curanda tempus vel vires suppetebant.

Omnes secundi Ordinis SS. Hibernenses Sæculi VI, hactenus nominati, aliique plures (28) qui exeunte Sæculo isto, et ineunte VII floruerant, ad Orientalium Monachorum normam Instituta sua condidere. Nullum vel Augustinianæ vel Benedictinæ Regulæ mentionem facit Columbanus, et multo minorem habet Regula ejus cum Augustini Cœnobitica propinquitatem, quam cum Orientalibus, quibus in cibi qualitate, in Psalmodiæ ordine, nec non et in ipso sermonis usu propius accedit. Leguntur enim in Regula ejus ipsa eadem verba ab Ægyptiis Monachis primo usitata, ut *paximacium*, *paracaraximus*, *Archimandrita*, *Nonnus*, quorum frequens est usus apud orientalium Regularum Collectorem Cassianum, et in Regularum collatione edita a Luca Holstenio.

Columbanus in Instructione nona, editionis Flemingi inquit " Novissime per ignem " probabimur, ut quadam arte terram et lutum ignis dissolvat, et si quid auri et argenti " habuerit, aut cæterorum terræ utilium, paracaraximo liquefacto demonstret." Atqui Cassianus eandem vocem usurpat ab orientalibus, in Collatione I, c. 20, ad exprimenda signa falsa, sive numismata adulterina; et qui hujusmodi monetam cudebant, paracharactæ vocabantur, uti notant Origenes, et Theodosii Codex, de falsa moneta, l. 9, tit. 8. Et quidem Monachi Lirinenses, et Insulæ Caprariæ, aliique Tyrrheni maris, cum quibus S. Martinus et S. Patricius pluribus annis versati sunt, ab Ægyptiis et Palestinis Disciplinam Monasticam receperunt, ut patet ex Sulpicii Severi Dialogo de Monachis Orientalibus, et ex Vita Honorati, primi fundatoris Lirinensis, cui Cassianus sermonem dirigens inquit—" Vos O Sancti Patres, Honorate et Eucheri, tanta illorum sublimium " virorum, a *quibus prima Anachoreseos Instituta suscepimus*, laude flammamini, ut

(28) Poetas et Scriptores includo qui, inter Sanctos a nonnullis numerantur, ut Eochodius Dallan prædictus, qui S. Senani Iniscattensis Vitam Metris Hibernicis scripsit, et Panegyricum in laudem *Conalli-Coel* Abbatis Inis-Coelensis in Tirconallia—item *Laidecus* Poeta, Pater S. Cannici, Usser. p. 957, *S. Baithenus*, 2dus Abbas Hiiensis, qui S. Columbæ Vitam Metrice, et Hibernice scripsisse fertur, in Colgani Triade, p. 393, 470. *Colmanus* filius Leninei qui S. Senani Vitam Metrice scripsit, Munnu, sive Fintanus, qui obiit grandævus, juxta Tigernachum, anno 634, vel juxta alios 635, &c.

"unus quidem vestrum ingenti fratrum Cœnobio præsidens, illorum quoque Patrum "(Ægyptiorum) præceptis optet institui. Alter vero, ut etiam corporali eorumdem "ædificaretur aspectu, *Ægyptum penetrare voluerit.*"—Lirinensium antiqua Regula non extat, sed in ea Ægyptiorum Instituta viguisse scribit Cassianus, in Præfatione ad ii Collationem, et Eucherius in Opusculo de laude eremi.

Ad normam Orientalium Regularum, eodem modo, Hibernorum Regulæ conditæ fuere; neque probabile est Monachos Hibernos, vel Brittones, si Augustiniani fuissent, aut Benedictini, a Ritibus Romanis discessuros, sicut dissidere universi usque ad Sæculi VII medium, Australes ad Synodum usque Lenensem, et annum 633, Boreales ad ann. 703, et Hiienses ad ann. saltem 716.

Ordericus Vitalis, de Columbano et de Regula ejus inquit—"Admirandæ sanctitatis "Pater inter præcipuos laboravit. Signis et prodigiis gloriose inter terrigenas effulsit, "Spiritu S. edoctus Monachalem Regulam edidit, primusque Gallis tradidit. Floren-"tissimi de Schola ejus Monachi prodierunt, et in mundo, velut Astra in firmamento, "virtutibus micuerunt. Eustasius enim Luxoviensis, Agilus Resbacensis, Pharo "Meldensis, Audoenus Bononiensis, Philibertus Gemeticensis, aliique plures Episcopi, "et Abbates excellentissimæ processere Religionis."

Denique quæ de Canonicis Regularibus S. Augustini, in Hiberniam ante Sæculum xi introductis, vulgo narrantur, falsa sunt omnino. Canonicorum in Ecclesiis Cathedralibus Collegia originem debent Sæculo vii. Regulam primo accepere tempore Ludovici Pii, ut notavit Baluzius ad Lupum Ferrariensem, p. 372, et Raimundus Chaponelli, Canonicus Regularis S. Augustini, et Prior S. Eligii, in Hist. Canonicorum, quæ prodiit anonyma, Paris. 1699, et recensetur in Actis Erudit. Lipsiæ, t. 3, supplem. p. 355, et ab Henrico Hugone, Ordinis. Præmonstrat. Monacho, "*critique de l' Histoire des Chanoines.*" Luxembourg. 8vo. 1700, necnon in gasparis Thurmanni Bibliotheca Canonicorum, Halæ Magdeburgi, 4to. 1700.

Quod ad ordinem Eremitarum S. Augustini attinet, ignotus erat usque ad Concilium Lateranense sub Innocentio III. neque ulla ex Congregationibus Eremiticis, ex quibus simul unitis ordo Mendicantium Augustinianus ortus est, suam a S. Augustino, vel ab aliquo ejus coætaneo, originem traxit; neque a quovis Scriptore memoratur, ante sæculum ferreum xi, uti probat Wadingus in *Apologetico de prætenso Monachatu S. Francisci.* Imo non ante Junocentii IV Pontificatum ullam probatam Regulam, aut habitus formam, gerebant, ut patet ex Innocentii IV Literis, datis Perugii, anno Pontificatus 2do. (29)

Instituta Orientalia hausit ab Orientalibus Ecclesia Occidentalis, mediante S. Athanasio, qui S. Antonii Vitam, a se scriptum, Italiam attulit, et secum in exilio socios Monachos

---

(29) Lucæ Holstenii Codex Regularum, Romæ, 4to. 1661, et Benedicti Anianensis Concordia Regularum cum notis Menardi, Paris, 4to, 1638.

habuit. Hinc "Pammachuis Monachorum primus in prima Urbe," teste S. Hieronymo, Ep. 26, et 50. Hinc Sedulii, Cælestii, et Pelagii itinera in Orientem, ubi Vitam Monasticam amplexere, longe ante adventum S. Patricii in Hiberniam.

### *Notanda de Aedhano filio Gabhrani Rege Scotorum Albaniæ.*

*Aedhan Mac Gabhrain* Patrucli suo *Conallo filio Comgalli* successit, Rex Dalriadæ Albanicæ, anno C. 574, spatio annorum xxxii.—Brandubius Rex Lageniæ erat frater ejus uterinus, ab Enna Cennsealach quintus, Lageniæ Rex. Eorum mater Fedelmia erat Amalgadii Regis Connaciæ, ex Fedlimio filio neptis.

Anno 574, ut ex Adamnano coævo constat, l. 3, c. 5. "Angelus Columbæ in "Hiona commoranti missus est, ut *Aidanum*, potius quam fratrem ejus Eoganum, quem "magis diligebat, in regem ordinaret, prout in *vitreo* ordinationis Regum libro sibi "videbatur legere," quod sicuti monitus erat, peregit.—*Eogan* ille, Gaurani filius, eodem anno quo S. Columba obiit, juxta Tigernachum. Aidanus autem regnavit ad annum usque 606.—In Mannia Insula victor fuit, anno 584.

Adamnanus refert, l. 1, c. 9, S. Columbam Aidano prædixisse nullum e tribus filiis ejus, Arthurum, Eochodium Candidum, vel Domangardum, ei successurum, sed de 4to *Achaio flavo* dixisse "Hic est superstes, et Rex post te regnaturus, et filii ejus post "eum regnabunt. Sic omnia post, suis temporibus, plene adimpleta sunt. Nam "*Arthurus* et *Eochodius-Find*, i. e. Candidus, non longo post temporis intervallo, "Matiorum (*Meatorum?*) in bello trucidati sunt. Domangardus vero in Saxonia, bellica "in strage interfectus est. Eochodius autem *Buidhe*, i. e. Achaius flavus, post patrem "in regnum successit."

Idem prælium, gestum anno 590, ut in Tigernacho, supra pag. 158, *Maitorum* "*bellum* iterum memorat Adamnan, c. 8, in quo Barbari (Meati) in fugam vertuntur, "Aidanoque, quamlibet infelix, tamen concessa victoria est."—Domanghardum in prælio *Kirchin* cecidisse, anno post obitum S. Columbæ, narrant Chron. Scot. et Tigernachus, qui Conangum, Regis Aidani filium, in mari dimersum affirmat, anno 622. (30)

Regnante Aidano, habita est Synodus Dromcettensis, prope civitatem et Monasterium Dorense in Ultonia, anno 590, cui affuit Aidanus, comitante S. Columba. Condicta fuit Synodus ista ab Aido filio Anmiræi, Rege Hiberniæ, conveneruntque, præter Albienses, Provinciarum Hiberniæ Reges, Episcopi, Abbates, Proceres, ut patet ex Actis servatis usque ad tempora Magni O'Donnell 1520, et ex Flahertæo, p. 475.

In isto Conventu Aidanus immunitatem obtinuit a solvendo tributo Regi Hiberniæ,

---

(30) Carmen Hibernicum anni 1050 Aedano annos xxiv tribuit, Catalogi Latini recentiores xxxiv, Flaherteus xxxii, ab anno 574 ad 606.—*Drom-cett* Adamnanus Latine interpretatur *Dorsum Ceti*.

ideoque absoluti Principatus eminentiam. Hinc Actorum S. Patricii Scriptores veteres S. Patricii Vaticinium, de Regia celsitudine Fergusii posteris obventura, in *Aedano fuisse completum* notant. Prædecessores enim ipsius fuere Loarnus et Fergusius, filii Erci.

*Earca* Loarni filia bis nupta fuit, primo, Muredacho, cui genuit Murcertachum mac Earca, Regem Hiberniæ, postea Fergusio Conalli Gulbanii filio, qui fuit primi mariti consobrinus. Huic genuit Fedhlimidium Patrem S. Columbæ.—Loarno et Fergusio, primis Regibus Scotis Albaniæ, successit tertius *Domangard mac Fergusa*, qui duos filios e Fedelmia, Eochodii Muighmedonii Regis Hiberniæ filio *Briano* oriunda, suscepit, Comgallum et Gauranum.—Domangardo Patri successit quartus Rex *Comghall mac Domhangairt*, cui successit *quintus* Rex, frater ejus *Gabhran mac Domhangairt*. Hujus obitum refert Tigernachus ad ann. æræ C. 560.—Sextus Rex fuit *Conal mac Comghail*, qui Gaurano successit anno isto. Eo regnante S. Columba, a Niallo Magno quartus, et Loarni Regis Albaniæ ex Erica filia pronepos, in Britanniam ex Hibernia navigavit, ut in Adamnano, l. 1, c. 7.—Conallo Patrueli successit *Aodhanus mac Gabhrain*, de quo in præsentiarum scribimus, qui regnavit annis xxxii ab anno 574.

De Aidano hoc Beda inquit, ad ann. 603, l. 3, c. 34—" Ædan Rex Scottorum *qui* " *Britanniam inhabitant*, motus Æthelfridi Regis Nordanhumbrorum motibus, venit " contra eum, cum immenso et forti exercitu, sed, cum paucis, victus aufugit. Si- " quidem in loco celeberrimo, qui dicitur *Degsastane*, i. e. Degsii lapis, omnis pene " ejus cæsus est exercitus. In qua etiam pugna Theobald, frater Æthelfridi, cum " omni illo quem ipse ducebat exercitu peremptus est. Neque ex eo tempore, quisquam " Regum Scottorum, in Britanniam, adversus gentem Anglorum, usque ad hanc diem " in prælium venire audebat," nempe usque ad ann. 731, quo Beda Historiam terminans, " Scottos *qui Britanniam incolunt*, suis contentos finibus, nihil contra gentem Anglorum " insidiarum molitos, aut fraudium" scribit, l. 5, c. 24.

Prælium hoc Degsastane, prælium Saxonum appellat Tigernach, et Eanfricum, Æthelfridi fratrem, quem Beda Theobaldum vocat, a Maelumha filio Boetani, in eodem prælio occisum affirmat.

Aedanus obiit anno ætatis 74, vel 78, in Kenntiria, et apud *Cil-Cherain*, i. e. Ecclesiam S. Ciarani, sepultus est, anno 606, consentientibus in anno isto cum Tigernacho Annal. Ult. et Boethio.—Successit ei *Eochoid Buidhe*, sive Eochodius Flavus, Aidani filius, annis 23, licet non plures quam xvi annos ei tribuat Usserius, pag. 1156. *Eochodius* iste Rex fuit *octavus* Scotiæ recentioris, sive Albanicæ, regnavitque usque ad ann. 629. Vide infra, ann. 606.

---

# TIGERNACHI ANNALES,

## SÆC. VII.

[MS. Fol. 9, col. 1.]

K. *vi.* Comgaill Ab. Bendchair *xci anno etatis sue, Principatus* u̇ *sui l. an. 7 iii mse, 7 x die, vi Id' Mai* q̇.—Cath Sleamna i q̃ Colman Rimeda Ri Ceneoil Eogain *vict' erat*, 7 isand do theich Conall mc Aedha mc Ainmireach. (*) Cath Cuile Cail i q̃ Fiachaidh mc Baetain *victor erat*, 7 do teich Fiacha mc Demainn *fugit*. Bas Uatach mc Aedha R. Condr. (†)

K. *vii. Q.ies* Fintain Cluain h eidhneach fil. (‡) *nepotis* Each. Cath Eachrois immuirisc i. Genus Chairpre 7 *nepotes* Fiach. Muirsce. Maeleothaig R. h. Fiachrach *in fugam u.sus* ẹ Colman R. Cairpre *vict' erat*. Sinill Muighe (§) *Eps*. Amalgaidh, mc Enda R. M. m. ẹ—Fingen mc Aedha Duibh R. Muman.

K. *iii. Jugulacio* Colmain Rimedha *a*

A. C.

K. *vi.* Comgallus Abbas Benchorensis, anno xci ætatis suæ, Principatus vero sui anno 50 et 3.tio mense, et x die, vi. Id. Maii quievit. (1) 602

Prælium Slemnense, in quo Colmanus Rimedo Rex Clientelæ Eogani (Tirone) victus erat, et in prælio isto evasit Conallus filius Aedhi filii Anmirei.---Prælium Cuil-calense, in quo Fiachad filius Baedani victor erat, et fugit Fiacha filius Demani. Mors *Uatachi* filii Aedhi Regis Connaciæ. (1)

K. *vii.* Quies Fintani Cluan-ednachensis, filii nepotis Fiachi Maritimi. Maelcothagius Rex Hi Fiachrachorum in fugam versus est. Colmanus Rex Carbriæ victor erat.—Sinellus Abbas Magebilensis. (3) Amalgadius filius Endæi, Rex Momoniæ, mortuus est.—Fingenus filius Aedhi nigri Rex Momoniæ (regnat.) 603

K. *iii.* Jugulatio Colmani-Rimeda, a viro de genere suo, qui dictus est *Lochan* 604

---

(*) "fugitivus evasit." Chron. Scot.

(†) Deest obitus Regis Connaciæ in Chron. Scot.

(‡) Desunt plura ib. a *fil.*

(§) "*Maighibile* Eps." Chron. Scot.

---

(1) "Annos natus 85." Usser. pag. 1153, et p. 956.

(2) Rex fuit Connaciæ *undecimus* Christianus. Vide supra, pag. 158, not. 86.

(3) Pauca desunt. Queritur an is Sinellus fuerit S. Columbani Magister, memoratus sæculo vii a Jona. Comgalli Magister fuit *Fintanus de Cluan-edneach*. Fleming. p. 304.

A.C.

*vi.o de gn.e suo* ⁝ *des* ⁝ Lochan Dilmana, un. dcm. ⁝—

Cetu i rīghe cetu irrecht cetu a nert fri rigrada—
Enig Colmain Rimedha rom bi Lochan Dilmana.

*Jugul.* Aeda Slaine o Conall mc Suibhne for brun Locha Semdighe.—Aed Gusdan Comalta Conaill guth bind, 7 Baethgal bile rongoinestar 7—*un dc.m* ⁝

Nir bu ar mairt i darail—
Do ocaibh tuaithe turbe.
Conall ro bi Aedh Slaine—
Aedh Slaine ro bi Suibne. (‖)

Ri gal Aeda Roin. R. h. Failghe hi faichthi (¶) meic Buain 7 Aedh buidhi r. h. Maine 7 Tefta .i. h Maine mc Neill, ambruidin da coca on Conaill cetna *in eod. die* ⁝ *jugul* ⁝ Aed Slaine (*) Bass Conaill con mc Aedha. Cu cen mathair Ri mum *natus* ⁝ Colman mc Lenine ⁝.—Lairren Menadroichet ⁝.

IIII.D.LXVI.—*Mauricius m.* ⁝

605 K. *iii.* Fochas *r. ann. viii.*—Cath Slabhra i ⁝ *vict.* ⁝ Branddub, (†) *Nepotes*

*Dilmana*, i.e. Mecenarius—unde dictum est—

Quid valet Rex, quid valet Judex—
Quid potestas Principum?
Munifici Colmani Rimedæ—Occisor fuit
Lochanus Mercenarius.

Jugulatio Aedhi Slanensis per Conallum filium Subnei, ad littus lacus Semdide. Aedhus Gustan co-alumnus Conalli Dulcivocis, et Baethgenus Bilensis vulneraverunt eum—unde dictum est—Non fuit id in more, apud Juvenes populi morigeri—Conallus occidit Aodhum Slanensem—Aodhus Slanensis occidit Subneum. Conallus filius Subnei postea occidit Aodhum *Roin*, (i.e. pilosum) Ducem Hi-Falgiorum, quamvis fuisset sub tutela filii Buanii, et Aedhi flavi Regis Hi Maniæ, i. e. Hi Maniæ regionis filii Nialli,—in Regia *Da-coca*, ab eodem Conallo, eodem die quo jugulatus est Aedhus Slaine, obitus Conalli Con filii Aedhi.—Cu-cen-mathar Rex Momoniæ natus est.—Colmanus filius Lenini quievit, Lasreanus de Menadroichet quievit.

A.M. IIII.D.LXVI. Mauricius mortuus est. (4)

K. *iii.* Phocas regnat annis viii.—Prælium Slabhræ in quo victus est Bran-

(‖) Iidem versus ex Chron. Scot.—

*Nior bu airmirt in airle—Dona ogaib tuait tairbhe*
*Conall rombi Aed Slaine—Aedh Slaine rombi Suibhne.*

(¶) *Uib Fhaichthi?*

(*) Hi versus desunt hic in Codice 488, extant autem in Chron. Scot.—

*Ba ro mor an Ruadhcuma—For Rioghraid Eirinn uile—*
*Aedh Slaine go Socuidhibh—Aedh Roin, Aodh Buidhe.*

(†) "*Branduh mc Eachach Ri Laighen.*" Chron. Scot.

(4) Anno 602, diem 23 Novemb. occiso Mauricio, Phocas Imperavit, usque ad ann. 610, quo ab Heraclio interfectus est. Chron. Alex. Theophil. Paul. Diac. l. 17.

*Neill victores erant*—Bass Brandub m. Each. R. Laighne, o cheniuil fein .i. Saran Saebderc Airchinnech *Senboth Sine. un. dcm* ?

Saran Saebderc seol glan gle—
Airchinnech senboth sine—
Ni dalb (‡) cen bandul a breath—
Ro marbh Brandub mc Each—
De ; in Caillech Laing *dx.*
Madh im beath mc Each do eirghadh in tuaisc. tach—
In cath ima nuaimbar is cian o do fua sceirsadh—
Dia madh aitreb treindaigh—mc Each.
Mc Muiredaigh [MS. Fol. 9, col. 2.] Noco b. aid mo bolc lan—do chill ar ae mc Aedha Allain.

*Obit'* Laissen Ab. Iea. Bass Colmain mc Aedha R. Osraidhi—Aedh Allan R. *an. viii.* (‖) Ronan mc Colmain R. Laighen.

K. *iiii. Q.ies* Brughne Abb. B. chair. Bass Aedhain mc Gabhrain *an. xxxviii reg.i sui ætatis vo. lxxiiii.* (¶) Bass

dubius—Nepotes Nialli Magni victores erant. Mors Brandubii filii Eachachi Regis Lageniæ, occisi a genere suo, id est a Sarano—Saebhderg Archipræposito Monasterii Senboathi—Sinei; (5) unde dictum est—

Saranus Saobderg a semine claro illustri,
Archi-præpositus Senboothensis—Sinei,
Non falsa cano, is fuit qui gladio arrepto,
Occidit Brandubium filium Eachachi.
De quo Caillechus Lageniensis cecinit—
Si propter vitam filii Eachi, venerunt Boreales—In Prælium, in quo implicatos se invenerunt, Dolendum est timore dispersos fuisse. A tumultuantibus viribus filii Eachi filii Muredagi. Sed non ventrem sentio vaccuum propter mortem filii Aedhi Allani. (6)

Obitus Lasreani Abbatis Iea (i. e. Hiiensis)—Obitus Colmani filii Aedhi Regis Ossoriæ—Aedhus Allanus regnat annis viii—Romanus filius Colmani Rex fuit Lageniæ. 606

K. *iiii.* Quies (i. e. obitus) Brugnii Abbatis Bennchorensis—Mors Aedhani filii Gabhrani anno xxxviii regni sui, ætatis

(‡) Paulo aliter in Chron. Scot.—" *He ni dalbh gen bandul mbrath.*"

(§) Paulo aliter ib.—*Maidmhi Betaidh mc Eachach domrisad—Antuaissert in cath imannarathar—Is cian ho do fusiarfad—Diambad a treiph tuiredaich—Mac Eachach m. Muireadaigh—No co beind mo bolg lan—Do cille ar aei Aed Aeldain.*

(‖) " *an. vii.*" Chron. Scot.

(¶) " lxxxviii." ib. " pene lxxx" Usser. p. 1156. Vide supra, p. 176.

(5) Ecclesia est in regione de Hi Kinselach, in Diæcesi Fernensi. Colgan. Acta, p. 247 et 220; vita Maidoci, c. 26, p. 211. Memoratur in ista vita, mors Brandubii, Regis totius Lageniæ vivente Maidoco.—" Brandubh " occidit Regem Hiberniæ Aedum filium Anmirechi, et maximam cædem Nobilium Hiberniæ cum eo fecit." Primord. p. 947.

(6) A coævo quodam hos versus descriptos fuisse, indicat Idioma vetus pæne impenetrabile. Si carmina integra extarent, plura ex ipso contextu explicari possent, quæ nunc ope doctissimorum indigent, ut vel parce intelligantur.

A.C.

*fl. or.* Baetain mc Cairill *in Dun* Moghna *a flo mris suæ* 1o. *anno Fochæ.*

607 *G.gorius Papa mign.avit ad Dnm.* ***** *(omittuntur nota ex Beda.)*

608 K.*v.* K. *vii.* Bass Fiachrach chrach, mc Baedan, la Cruithnechu 7 *q.ies* Aedhach. *Sabinian' naco Tuscus s.o an m.sib.' v. dieb.' ix. sepultus ē i Basilica Petri.*

609 K. *i. Occisio* Sechnasaigh mc Garbain R. Ceneoil Boghuine o Domhnall mc Aedha 7 bass Conaill Gai d.g *mc Damine occisi a nepotib' Meith. Q.ies* Lugdach i. Molua mc h Oche.

610 K. *ii.* Bass Aedha mc Colgo, Righ Airgiall 7 na n airther in *p.egi.nacone* Cluan-mc-nuais *de q. dcm.* ē

Ro bai tan ba lind ordan loch da dam
Ni bue in loch ba hordan—s flaith Aedha mc Colgan
Cumadain nad mair cara ro dumcar
Cebe ro cer trillrib trealbere indr locho da dam.

vero lxxiv. (7)—Obitus filiorum Baetani filii Carilli in Munimento Moghnæ, a filio Matris suæ, primo anno Pochæ. (8)

G.gorius Papa mig. vit ad Dnm. (9)

K. *vii.* Mors Fiachrachi Vastatoris, filii Baodani occisi a Pictis, et quies Aedhachi. Sabinianus natione Tuscus uno anno, mens. v, dieb. ix, sepultus est in Basilica Petri.

K. *i.* Occisio Sechnusaghi filii Garbani Regis Clientelæ Boganiorum, per Donaldum filium Aodhi, et Mors Conalli hastæ rubræ filii Daminii, occisi a Nepotibus Methii—Quies Lugdachi, i.e. Moluæ filii O'Ochii. (10)

K. *ii.* Mors Aedhi filii Colgi Regis Argialliæ et Artherorum in peregrinatione Cluanense, de quo dictum est—

Tempus fuit quo clara fuit aqua Lacus duorum boum—
Non boves aquam illustraverunt—sed Rex Aedha filius Colgani,
Non curo, nisi quia nostrum amicum salvum portaverunt,
Quascumque laudes conferunt populi in Insulas Lacus duorum boum.

---

(7) Vide supra, pag. 175. Aedhani obitum refert Usser. ad 606, " anno ætat. pene 80, Dein *Kennetho Ker* Conalli filio, Regni invasore, post annum, vel 3 menses defuncto, *Eochoid-Buidhe*, Aedani filius successit, annis xvi." Primord. pag. 1156, et Annal. Ult. ann. 605, æræ com. 606.

(8) Imperavit Phocas a cæso Mauritio annis octo, ad ann. 610. Art. de Ver. les dates.

(9) Gregorius I. obiit anno 604, postquam rexisset Ecclm. an. 13, M. vi, dieb. 10, Joan. Diac. in Vita S. Greg. Papæ, l. 2, c. 11, 12, et l. 4, c. 68.—Petrus Diac: Gregorii familiaris, cum quo quatuor Libros Dialogor. disputaverat, ut in prædicta vita ejus, l. 4, c. 69.—Fontanini in Dissert. De Corona ferrea Langobard, c. 8, § 6, Muratori de ead. corona.

Gretserus in Opere de jure et more prohibendi libros malos, c. 30, inquit S. Gregorium omnes libros quos habere potuit Titi Livii, *combussisse*, quia ibi, ut aiunt, multa narrantur de superstitionibus Idolorum. Sed subjungit—" Ego de hac narratione assensum meum suspendo." Antonini tamen id asserentis in summa parte 4, tit. 11, c. 4, § 3, ex Joanne Dominico Cardinale authoritatem adducit. Antoninum in hanc rem citat Vossius de Hist. Lat. l. 1, c. 10, et Joan. Alb. Fabricius Bibliotheca Lat. v. 2, l. 1, c. 11. Alii tamen ut fabellam rejiciunt, et Bayleus incertam esse fatetur in Dictinario.

(10) Lugidi, sive Moluæ obitum refert. Usser. ad ann. 608, pag. 1156. Annales Ult. ad ann. æra C. 609.

A.C.

Bass Sillain mc Cumaine Ab Benncair, 7 bas Aedain anchorad. Bas Maeluin mc Baedain, 7 bas Colgan Dalena mc Fiachna. (*) *Finis Chronicæ Eusebii.* (†)

K. *ii. Fulm. at' ꝯ exercit' Ul. im* Bairche *fulmine terribili.* Bass Maileduin m Ailine Reighis Mogha. *Q.ies* Colmain Ela m. h. Seilli. *l. vi an. etatis sue,* Aed Roin. 7 Aed Laing. Naeman Ab. Lismoir.

K. *v.* Aedh Uairdhneach mc Domhnaill R. Temrach *obit.* Cath odhba ren Aengus mc Colmain *i ° cec.* Conall Laegh Breagh m. Aedha Slaine—

In sce i Mull. Odhbha acaleaid ogra ni leas,
Dith b. dic. o leic a Dind.ro bai mor cend in a creas. (‡)

*Focas m. ꝯ* Maelcoba *regnare incipit.*

Obitus Sillani filii Cumiani, Abbatis Benchorensis, et Obitus Aedani Anachoretæ. Obitus Maeluini filii Baodani, et Mors Colgani Dalen (i. e. cæci) filii Fiachnai.—Finis Chronici Eusebii.

K. *ii.* Fulminatus est exercitus Ulidiæ cum Barchiorum Clientela, fulmine terribili. Obitus Malduini filii Alinei Regis Moghæ. Quies Colmani-Ela filii O'Sellii, anno ætatis suæ lvi, item Aedhi pilosi, et Aedi Lageniensis. Naemanus Abbas Lismorensis. . . . (obiit) 611

K. *v.* Aedhus Uairdneach filius Donaldi Regis Temoriæ obit. Prælium Odhbæ gestum ab Aengusio filio Colmani, in quo cecidit Conallus Heros Bregiensis, filius Aedi Slane.— 612

Nubes in vertice Odhbhæ—Ductoribus Juventutis non profuit,
Occisi sunt ducenti juxta Petram Munimenti.
Interfecti fuere magni duces in ejus circuitu.

Phocas mortuus est. Maelcoba regnare incipit.

K. *vi. Heraclius annis xxii.* (11) *Anastasi' P.sa Monac' nobile Martyrium patit'* (cætera de Anastasio, ex Beda descripta, omittuntur.) 613

*Eo tempore exortum apud Scotos in observatione Paschæ errorem xiiii annor. Honorius Papa per Epistolam redarguit. Sed et Johannes, qui successori*

---

(*) Aliter in Chron. Scot. "Mors *Maeleduin mc Ailine Ri Mog,* Quies *Colmain Eala mc hui Selli* lvi anno "ætatis suæ." K. v. Mors *Aedha Aldain m. Domhnaill Ri Temrach 7 Aedh Uairidhe.*

(†) i. e. Finis Continuationis Chronici Eusebii, ut supra, pag. 62, n. 13.

(‡) Versus isti sic leguntur in Chron. Scot. "*In sce a mullach Odba Cengaid ogra ni leis—Deithb. diced o lec a* "*denn—Ro bus mor éenn in a craes—Maelcoba reg. incipit.*"

(11) Initium Heraclii in anno Christi 610 ponendum, demonstrat Petavius, in notis ad Nicephori Breviarium, et in Doctr. temp. l. xi, c. 52, pag. 212. Mortuum conveniunt plures anno Christi 641, cum Imperasset annis 30, mens. 10. Erravit itaque Tigernach in annis Heraclii. Non mirum, cum auctores valde discrepent. Primum Heraclii referunt Annal. Ult. ad ann. 612, æræ Com. 613, cum Tigernacho, et annos xxvi ei tribuunt.

A.C.

*ejus Severino successit, pro eodem Pascha eis, similiter et pro Pelagiana Hæresi, quæ apud eos reviviscebat, scribsit.* (12)

*Quies* Fintáin Aentruinn, Abbad Bendchair.

Bass Colmáin Uathaigh—Cath Caire-legion *ui Sci oc. sunt, 7 ceci* Solon mc Conáin *Rex Bretannor.* 7 Cetula *Rex ceci.* Etalfraid *victor erat, qui p.' statim obit.*

Obitus Colmanni formidabilis. Prælium Carleonense ubi Sancti occisi sunt, et cecidit Solon filius Conani Rex Britonum, et Cetula Rex cecidit. Æthelfridus victor erat, qui postea statim obiit. (13)

---

(12) Epistolam Honorii memorat Beda in Hist. Eccl. Gentis Anglor. l. 2, c. 19, his verbis, ex ed. Cantabrig. pag. 100—" Anno D. Incarn. DCXXXV. Misit idem Papa Honorius litteras etiam genti Scottorum, quos in " observatione S. Paschæ errare compererat, juxta quod supra docuimus (nempe, l. 2, c. 4, ubi de Scottis, " qui *Hiberniam Insulam, Britanniæ proximam* incolunt,) sollerter exhortans, ne paucitatem suam, in extremis " terræ finibus constitutam, sapientiorem antiquis, sive modernis, quæ per orbem erant Christi Ecclesiis, " æstimarent, neve contra Paschales Computos, et Decreta Synodalium totius orbis Pontificum aliud Pascha " celebrarent."

De Johannis Epistola ad eosdem, eodem loco inquit—" Sed et Johannes, qui successori ejusdem Honorii " Severino successit, cum adhuc esset electus in Pontificatum, pro eodem errore corrigendo, Litteras eis, " magna auctoritate atque eruditione plenas, direxit, evidenter adstruens, quia Dominicum Paschæ diem, a " xv luna usque ad xxi, quod a Nicæna Synodo probatum est, oportet inquiri. Necnon et pro Pelagiana " hæresi, quam apud eos reviviscere didicerat, cavenda ac repellenda, in eadem illos Epistola admonere " curavit—cujus Epistolæ principium hoc est—Dilectissimis et SS.mis *Tomiano, Columbano, Cromano, Dinnao* " et *Baithæno* Episcopis—*Cromano, Ernianoque, Laistrano, Scellano,* et *Segeno,* Presbyteris, *Sarano,* cæterisque " Doctoribus, seu Abbatibus Scottis, Hilarus Archipresbyter, et servans locum S. Sedis Apostolicæ, Johannes, " Diaconus, et in Dei nomine electus, item Johannes Primicerius, et servans locum S. Sedis Apostolicæ, et " Johannes Servus Dei, Consiliarius ejusdem Apostolicæ sedis—

" Scripta quæ perlatores ad S. memoriæ Severinum Papam adduxerunt, et, eo de hac luce migrante, " reciproca responsa ad ea quæ postulata fuerant siluerunt. Quibus reseratis, ne diu tantæ quæstionis caligo " indiscussa remaneret, reperimus quosdam Provinciæ vestræ, contra orthodoxam fidem, novam ex vetere " hæresim renovare conantes. Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, nebulosa caligine refutantes, et " xiv Luna *cum Hebræis celebrare nitentes.*—Quo Epistolæ principio (prosequitur Beda) manifeste declaratur, " et nuperime, temporibus illis, hanc apud eos Hæresim coortam, et non totam eorum gentem, sed quosdam " in eis hac fuisse implicitos."—Pauca ex eadem Epistola subjungit de hæresi Pelagiana tum reviviscente in Hibernia—Sed plura omittit quæ interiere. Vir Doctus I. Smith notat " *novam ex veteri*" hæresim fuisse Quartadecimanorum Hiberniæ eo ævo, vetus enim fuit, Pascha cum Hebræis *semper* celebrare: nova *aliquando* tantum, iis Scil. annis, quibus Paschæ dies in xiv lunam incidit—ut in Appendice sua No. ix.

Notat præterea *Tomianum,* in titulo Epistolæ Johannis memoratum, fuisse Antistitem Ardmachanum, *Dinnaum* fuisse Connorensem, *Baithanum* Cluanmacnoisensem, *Cronanum* Abbatem fuisse Rosercensem, Segienum Hiiensem," subjungit se reliquorum Sedes vel titulos non invenire. Inveniuntur autem in Annalibus Hibernicis. Vide plura in Beda, l. 2, c. 19, l. 3, c. 25. Gibson not. ad Chron. Saxon, pag. 29. Usserius ad ann. 629 inquit, " Hoc anno Honorius, primus Australes ad Romanam Paschalis observationem traduxit, ut in Beda, l. 3, c. 3, 19, et 26. Sed hæc non repugnant eis, quæ habet ad ann. 609, e Britannia nempe, eo anno, a Laurentio, Mellito, et Justo, Episcopis Anglorum, et ex Italia, tum a Papa Honorio I, tum a Clero Romano, " ad *Scotos, qui Hiberniam Insulam Britanniæ proximam incolunt,*" scriptas fuisse Literas, quas Beda memorat, l. 2, c. 2, et 19. Ecclesiam rexit Honorius I. ab anno 625 ad 640, Severinus anno 640. Johannes IV. ab anno 640 ad 642, et Synodus *Leith-leniensis* habita est de Paschate, in Campo Albo, in Momonia, anno 630.

(13) " Bellum *Car-legion,* ubi Sancti occisi sunt" referunt Annales Ult. ad ann. æræ com. 613. Sanctorum

[MS. Fol. 9, b. 1.]

K. *vii.* Tolua Ab. Cluana mc nois .i. do Corcomogha, *pausat stella visa est hora vii diei.*

K. *i.* Maelcoba mc Aedha m. ? i cath Toadh (§) la Luighne 7 Suibne mend ros marb. *Q.ies* Dermoda *t. cii Abbatis* Cl. Iraird. Cath Fidnaighi ic legg in riaddam. Bass Ronain mc Colmain R. Laing, *cui successit* Suibne mend.

K. *iii.* *Co.b'tio* B.chair.

K. *iiii.* *Cob'tio Donnainega hi xv Kl. Mai c. c.l. martirib' 7 vastasio* Toraighe 7 loscadh Conere. *Us. ad hunc an. Isidorus scribsit Cronicon suum, ita dicens—Heraclius dehinc quintum annum agit Imperii, hoc est in anno quinto Imperii Heraclii, 7 quarto Religiosissimi Principis Sisibuti, sunt ab exordio mundi usque ad Heraclii annum præsentem, i.e. quintum,* V.DCCC.XIII. (15)

A.C.

K. *vii.* Tolua Abbas Cluanæ-mc-nois, i. e. e Corcomogia gente, pausat. Stella visa est hora septima diei. 614

K. *i.* Maelcobha filius Aedhi mortuus est in prælio *Toadh*, occisus a Lughnensibus et a Subneo Men. (14) Quies Diarmitii tertii Abbatis Cluan-Irardensis. Prælium Fidnagense apud Petram Patibuli. Obitus Ronani filii Colmani Regis Lageniæ, cui successit Subneus parvus. 615

K. *iii.* Combustio Monasterii Benchorensis. 616

K. *iiii.* Combustio Donnanegæ, die xv Kal. Maii, cum 150 Martyribus, et vastatio Insulæ Toragiensis, (hodie Tory Island) et Combustio Conderiæ.—Usque ad hunc annum Isidorus scripsit Chronicon suum, &c. 617

(§) Ita Annal. Ult. ad ann. 615.    (‖) "In bello montis *Touth.*" Chron. Scot.

nomine intelligentes Monachos Britannicos Bangorenses, numero 1200, qui ab Æthilfridi exercitu, apud civitatem Legionum (nunc Cestriam) trucidati fuere, ut in Giraldi Descr. Cambriæ, l. 2. Hanc cædem ingrati tribuunt S. Augustino. Sed calumniantur, uti notat Smith ad Bedam.

(14) Aedho iii, *Uairiodneach* dicto, in regno Hiberniæ successit *Maelcobha* filius ejus, anno 612, *annis* 3, usque ad ann. 615, quo S. Comainus Breac in Hibernia obiit.—Maelcobho successit *Subneus Meann* anno 615. Vide Catalogum Regum Hiberniæ, in Rer. Hibernicar. t. 1. Ep. Nuncupat. p. lxxv, et confer Catalogum Eclipsium ibid, p. xc. *Aodhum Uairiodneach* confundit cum *Aodho Allano,* Usser. Primord. p. 1157, et p. 947.

S. Columbanus Bobiense Monasterium construxit in Italia anno 613, uti notant Mabillonius, Muratorius Rer. Ital. v. 1, p. 470, et Flemingus, item Paul. Diac. de gestis Longobard. l. 4, c. 15, id refert. Usser. ad. 614.

Obiit Columbanus anno 615, *xi. Kl. Nov.* unde corrigenda Suriana editio, et vetera quædam Martyrologia, quibus preferendus est Wandelbertus, qui cum Jona consentit. Mabil. Annal.

(15) Obiit *Sisebutus* anno D. 621, quo successit ei *Suinthila*, Magni Reccaredi filius.—Isidorus Hispalensis claruit anno 621, temporibus Heraclii, et *Suinthili*, Gothorum in Hispania Regis, ut constat ex iis verbis, quibus et Chronicon suum incipit, et quintum Originum finit, nisi alius ex Chronicis in Originum libros verba ista transtulerit. Bellarminus, de Script. Eccl. sentit, Chronicon Isidori ex quinto Originum libro descriptum esse. Sed contra factum colligit Vossius ex MSS. suis optimæ notæ, in quibus extrema ista libri quinti verba, quæ in Brentiana editione, et in Tigernacho legas, desiderantur. Suinthili Regis annus quintus fuit Christi 620. Mariana de reb. Hispan. l. vi, c. 5, 6.—Obiit Isidorus anno 630.

A.C.

618 K. *v.* Coemgen Glindálocha, *c. xx. anno ætatis suæ in Xpo. quievit.* Comgall Esp. 7 Eogán Esp Rátha sithe *q.everunt.*

*Jugulatio* Colgáin mic Suibhne bás Fiachrach mic Conaill in Ardmacha.—*Terre motus in Gallia*—bás Fergusa mic Colmáin moir, R. Midi o Aenfártach hu Mescán di .m. blatine. (¶) *un. dcm.*—

Mad domtisadh im mo teach
.h. mesca ba hanártach,
Ucht dorbach do ber do
Fo bith con ad Ferg'a
Cer tán do chorat buidhne cineol Colmán
Sech cuillne iarmi fo set
Dirsuidiu sil Meschán im blaitniu. Scribend in Cumin.

K. *vi.* *Liber* Abb. Achaig-bo. Cainigh.

619 Mors sillain Muige bile 7 Fingen mic Fiachrach. Aed bendán. R. Mumhan *q.*

Aed bendán do n Eoganacht iar luchair,
Mairg setaib dianadh Ri cenmair dia tuatáib dian buachail.
Arsiach in tán fo chrotha—abid badhu fo botha.

K.v. Coemgenus Glindalóchensis Abbas, anno 120 ætatis suæ in Christo quievit. (16) Comgallus Episcopus, et Eoganus Episcopus Rath-sithensis, (i. e. Munimenti Lemurum,) quieverunt.

Jugulatio Colgani filii Subnei. Obitus Fiachrachi filii Conalli in Ardmacha. Terræ motus in Gallia. Obitus Fergusii filii Colmanni magni Regis Midiæ, occisi per Aenfartach O'Mescan de clientela Blatinca, unde dictum est—

Si forte venerit in domum meam
O'Mescan audacia insignis,—
Pectus ægrum darem ei, propter mortem Fergusii,
Quocumque tempore redibit victoria. Clientelæ Colmani,
Nisi prava jubeantur sub pœna vitæ,
Bello prosequar Clientelam Meschani cum Blatiniis. Hæc scripsit Cumineus.

K. *vi.* Liberius Abbas Achaboensis Monasterii S. Cannici ... (obiit)

Mors Sillani Monasterii Campi Arboris sacri, et Fingini filii Fiachrachi. Aedhus Bendan Rex Momoniæ quievit—

Aodh Bendan de Eoganachtensibus Occidentalis Luachræ,
Dolendum est ab exercitibus eligi Reges supra populos, quasi boum custodes,
Eorum scuta tempore periculi, tanquam indumenta nobilia in stabulo boum—

(¶) "*do muintir Uaithine.*" Chron. Scot.

(16) Coemgeni obitum referunt Annal. Ult. ad ann. 617, i. e. æræ com. 618, anno ætatis 120. "Annis 120 "vitæ exactis, (inquit Usser. p. 956,) iii Nonas Junii, circa ann. 618, vel 622, ad Christum Coemgenus migra-"visse dicitur," et quidem Tigernachus infra ad ann. 621 habet—"Vel hoc anno quies Coemgene." Annal. Ult. eadem habent ad ann. 621, æræ c. 622.

A. C.

Ce sa becan for umum as diciu do ni ar mumun.

Fingen mc Aedha R. M. *m* ÷ *de* ; *conjux dx.*—In Muman re lind Fingen mc Aedha Bendan a bregha-rob dar lan a cuiledha—rob dar toirrtigh a trebha.

Cathal mc Aedha do gabhail Righe Mumun.

K. Aill mc Baedain m. Muircertaigh 7 Maeldunn mc Fergusa mc Baedain 7 Diuculla *occisus* ÷ a Mug slechta a crich Connacht. Bass Fiach. mc Ciarain mc Ainmireach mc Setna. *i. e. alius fundatorum* Daire Calgaidh.

K. *ii.* Senach garb Ab Cluanafearta m. ÷ Bass Aengusa mc Colmain moir. R. hi. Neill.—Dunchadh mc Eoganain 7 Nectan mc Canand 7 Aed obiert.—Fingin mc Fiachrach eneridhe *obit.*—*H. tempore constructa* ÷ *Ecclesia* Toraidhe. *Finit Esio enumerare andos i lib.s Etimologiar.*—Cath Cindelgthen *i* ; *ceci-der.t* da mc Libren mc Illaind mc Cerbaill. Conall mc Suibne *victor erat,* 7 Domhnall breacc *c eo.*—*l. In hoc anno q. es Co egin.* Conaing mc Aedain mc Gabrain dimers' ÷—Bi mudine eicear *cecinit*—

Quod si paululum prævalent timore,—est injuria quæ fit Momoniæ.

Fingenus filius Aodhi Rex Momoniæ mortuus est, de quo conjux ejus dixit.—In Momonia, durante regno Fingeni,—filii Aedhi Bendani Bregiæ,—fuere abundantes fructibus sylvæ, fuere fœcunda armenta.

Cathaldus filius Aodhi obtinet regnum Momoniæ.

K. Alildus filius Baodhani filii Murcer- 620
tagi, et Maelduinus filius Fergusii filii Baodhani, et Diuculla occisi sunt in campo Adorationis, in Regione Connaciæ. Obitus Fiachi, filii Ciarani, filii Anmirei, filii Sednei, id est alterius fundatoris Monasterii Derrensis.

K. *ii.* Sonachus torvus Abbas Cluan- 621
fertensis mortuus est. Mors Aengusii filii Colmani Magni Regis O'Niallorum. Dunchadus filius Eoganani et Nectanus filius Canandi, et Aodhus obierunt.—Fingin filius Fiachrachi dolosi cordis obit. Hoc tempore constructa est Ecclesia Insulæ Toriensis. Finit Isidorus enumerare annos in libris Etymologiarum. (17)

Prælium Cindelgthenense, in quo ceci- 622
derunt duo filii Libreni, filii Illandi, filii Cerbalii, Conallus filius Subnei victor erat, et Donaldus maculatus cum eo. Vel in hoc anno quies Coemgeni (juxta alios)—Conangius filius Aedhani, filii Gaurani, dimersus est—Bi-mudineus doctus cecinit hæc.

(17) Originum sive Etymologiarum xx libros scripsit Isidorus, quos cum reliquis operibus edidit Benedictinus Monachus Dom. de Brevil, Paris, fol. 1618.—Idem esse videtur ac Isidorus dictus Mercator, potius Peccator, qui Canonum et Decretalium Collectionem compilavit, ineunte sæc. vii, Id enim, affirmant Hincmarus Rhemensis in libro de Synodis, ante mille annos exarato, et alii plures.

Res gestas annorum 621, 622, et 623, congerit Tigernchi Codex Bodleianus in unum ann. 621. In Annal. Ult. annus æræ C. 622 incipit a prælio *Cindelgthen*, annus 623 ab obitu Fergnai *tertii* Abbatis Hiiensis, et annus 624, ab obitu Ronani. Apposuimus itaque annos istos in margine.

A.C.

Tonda mara morglann—Grian (*) rodotoicsitar ma crach.
Fleachadh find for Conaing cond co seatar—
In bean rola a mong find, in churac fri Conaing—
Is ro libi a gen andiu fri bili tortan.

Fluctus maris valde splendentes, et Sol (i.e. Dies) qui fluctus istos excitavit, mihi causa doloris,
Madefactus est Finnus in prælio (maritimo) a Conango Heroe, cum suo exercitu.
Mulier cui crines candidi fuere, in Navicula cum Conango!
Valde ludibrio habentur hodie apud Bile-Tortan.

Bass Mailebracha mc Rimedha mc Colmain, mc Cobtaigh, 7 Aill. mc Cellaigh. Cath Lindhais—Cath Cindgubai, i : cec. Colman mc Cobtaigh athair Guaire, la Ragallach mc Uatach. Bas Colgan mc Ceallaig.

Obitus Malebrachæ filii Rimedii, filii Colmani, filii Cobtagi, et Alildi filii Ceallagi. Prælium Lindasense. Prælium Cengubhæ, in quo cecidit Colman filius Ceallagi, pater Guarii, occisus a Ragallacho filio Uatachi. Obitus Colgani filii Ceallagi.

623 Bass Fergna Ab. Iae.—Q.es mc Laisre Abb. Ardmacha. [MS. Fol. 9, b. c.] *Expugnatio* Ratha Guala re Fiach. (†) *un.* Fiacha *dx.*—

Ro gabh tene Raith-Guala—
Tasca biu catha nuadha
Luaimemdh in nert asabadh—
Nir bo mda con gabhadh.

Obitus Fergnæi Abbatis Hiiensis. Obitus Lasrei Abbatis Ardmachani. Expugnatio Munimenti Gualai a Fiachnao filio Baodani unde Fiacha dixit—

Vastavit ignis Munimentum Gualai,
Unde rumor novorum præliorum.—
Heroum potentia defecit.—
Non fuit magna poetestas eorum quando expugnata est Arx.

624 K. *vi.* Mors Ronain mc Colmain 7 Colman stellan *obiit.* Gum Daire mc Aedha Allain. Failbe Fidbadh ro du gon, *qui cecinit.* (‡)

K. *vi.* Mors Ronani filii Colmani, et Colmanus Stellan obiit.—Cædes Darii filii Aedhi Allani, Falbeus-Fidbadh in eum vulnus inflixit, qui cecinit—

---

(*) Hi versus sic leguntur in Chron. Scot.—

*Tonna mara morglanna—Grian ro dail ig setair—*
*Inna cumran flesgach fand—For Conaing c. coir setar—*
*In ben ro la a muig finn—Innachurchan for Conaing—*
*Ascas ro tibe a a gen—In diure bila Tortain.*

(†) "*la Fiachna mc m Baedain.*" Chron. Scot.

(‡) "Unde mater ejus cecinit—*Ba guin sair—Ni bu toghail Insi Cail—Dia tomat gair na mbiodbadh—Im cend* "*Failbe Flainn fiodhbadh.*"—Hæc in Annal. Ult. referuntur ad ann. 623, Æræ C. 624.

Ce dana damsa gum daire—
Air in rabudha rene—
Isand ro airg cach a daeil—
Oro airg an diu lene—
7 ro mabad som in digail daire—
Un mr *ejus ait*—
Ba gain sair mba toghail insre cail—
Diain tomadh gair na in bidhbad
I cend Failbe Flaind Fidhbadh.

Cur audax dicor propter vulnus Darii?
Non enim fortes fuere hostes.
Ibi trucidatus est unusquisque Clientelæ ejus,
Postquam trucidatus est eorum Dux.
Et victoria ista ad vindicandum Darium.
Unde mater ejus ait—
Illustris fuit expugnatio Insulæ angustæ,
Ubi dimersi sunt commeatus hostium,
Simul cum Duce Falbeo-Flanno Sylvestre.

Bass (§) Adomnain Ab h Ie.

Nativitas Adamnani Abbatis Hiiensis. (18)

Thelians ipse Pestem Ictericiam in patria sævientem fugiens anno 588, ad Regem Cornubiæ Gerennium, qui Constantino successit, divertisse legitur ibidem, regnante in Cambria Malgone, sed hæc non conveniunt cum anno 664.—Adamnanus in C. 46, i. e. ult. o libri 2, ait "De mortalitate quæ, nostris temporibus, terrarum "orbem *bis*, ex parte vastaverat majore. Nam ut de cæteris taceam latioribus Europæ regionibus, hoc est "Italia, et ipsa Romana civitate, et Cisalpinis Galliarum Provinciis, Hispanis quoque, Piræneæi montis interjectu "disterminatis, Oceani Insulæ per totum, videlicet Scotia et Britannia *binis* vicibus, vastatæ sunt dira pesti- "lentia, exceptis duobus populis, hoc est Pictorum plebe, et Scotorum Britanniæ, inter quos utrosque Dorsi "montes Britannici, disterminі. Et quamvis utrorumque populorum non desunt grandia peccata, quibus "plerumque ad iracundiam æternus provocatur Judex, utrisque tamen huc usque patienter ferens, ipse "pepercit. Cui alio itaque hæc tribuitur gratia a Deo conlata, nisi S. Columbæ, cujus Monasteria, intra utro- "rumque populorum terminos fundata, ab utrisque usque ad præsens tempus, valde sunt honorificata, &c.

"Nos vero Deo agimus crebras grates, qui nos, et in his nostris Insulis, orante pro nobis nostro venerabili "Patrono, a mortalitatum invasionibus defendit, et in Saxonia Regem Aldfridum visitantes amicum, adhuc non "cessante pestilentia, et multos hinc inde vicos devastante, ita tamen nos Dominus et in prima, post bellum "Egfridi, visitatione, et in secunda, interjectis duobus annis, in tali mortalitatis medio deambulantes, periculo "liberavit, ut ne unus etiam de nostris Comitibus moreretur, nec aliquis ex eis aliquo molestaretur morbo."

Jam vero Adamnanus bis Legatus missus est ab Hibernis in Angliam, primo ad Egfridum, 2 ad Aldfridum ejus fratrem et successorem.—Causa primæ fuit, quod Egfridus Hiberniam invaserit, et Midiæ campum Temorensem spoliaverit, sine ulla causa, ut in IV Magistror. Annal. ad ann. 683 et 684, consentientibus Florentio Wigorn. ad ann. 684, itemque Matthæo Westmon. ad eundem ann. et Beda Hist. l. 4, c. 26.—Causa ergo restitutionis postulandæ, Adamnanus missus est prima vice Legatus ad Egfridum, uti narrant IV Mag. ad ann. 684, ubi et pestilentiam illam tribus annis durasse affirmant.—De 2da Adamnani Legatione ad Alfridum Regem, qui Egfrido mortuo anno 685 successit, plura habet Beda, l. 5, c 16, ad ann. 687.

Denique, Mortalitates hactenus in his Annalibus memoratæ, sunt, Mortalitas dicta *Blefed*, ad ann. 541. Mortalitas Magna quæ vocatur "*an buidhe Conaill*, ad ann. 549–50, et 551. Pestis quæ vocatur *Samtrusch* ad ann. 554. Hanc ultimam nonnulli confundunt cum illa, cujus meminit Adamnanus in Cap. ult. l. 2, quæ regnantibus Egfrido et Aldfrido Britanniam vastavit, ab anno 683 ad 688.—De hac dicta *buidhe Conaill* loqui videtur l 2, c 4, ubi "*vivente Columba* inquit, erupisse Mortalitatem, quæ gravia et purulenta humanis in corporibus, "et in pecorum uberibus nasci facit *ulcera*."

In antiqua vita Fursei, edita a Belfortio, et postea a Colgano, ad xvi Jan. hæc leguntur, c. 23—"fame et "mortalitate genus humanum esse vexandum, quod jam signo Solis, cum radios suos, *anno præterito*, abscond- "isset, in modum Lunæ splendentis significatum est."

De mortalitate anni 664 et de Eclipsi agit Beda, l. 1, c. 27, ubi inquit—"Hæc autem plaga Hiberniam "quoque insulam pari clade premabat." Confer notas nostras ad ann. 664, Annal. Ult. et Annal. IV Mag. et Chron. Saxon. ad ann. 664.

A. C. 664
*7 terræ motus in Britannia,* 7 Comgan mc Cuthaende 7 Berach *Abas* Bendchair . . . Baedan mc u Cormaic Ab. Cluana *m. n. obiit. In Campo* Ith *i* Fochairt, *exarsit mortalitas primo in Hibernia. a morte Patricii cc.iii.* (¶) *Prima mortalitas, x.xii.* . . .

Kl. *Mortalitas magna* (*) Diarmaid mc Aedha Slaine 7 Blathmac da Ri Er. 7 Maelbresail mc Maeleduin *mortui sunt.* Ulltan mc hi Cunga Ab Cluana h Iraird, . . .

*Dormitatio* Feichine Fabair (†) Fingen 7 Cugen mathair mc Cathail Ri Mumhan m.—Colga mc Failbe Flaind Ri Mumhan an. Blathmac Ri Tebtha, Aengus Ul. 7 Manchan leith Eps. *Abbatesque Regesque innumerabiles mortui fuerant.*—Colman mc Fualascaig *de* Corcomogha aen bl. Ab Cluana-mc-nois, (‡) Cumaine do Gregraige locha Teched Ab. Cluanamacnois *dormier.t.* Sechnusach [*MS. Fol.* 11, *col.* 1.] mc Blaithmic *regnare incipit.*

et Terræ motus in Britannia, et Comganus filius Cuthaendi, et Berachus Abbas Benchorensis . . . (obierunt.)—Baedanus filius O'Cormaci Abbas Cluanensis obiit. In campo Ithæ in regione Fochart, exarsit mortalitas primo in Hibernia. A morte Patricii anno cc.iii, prima mortalitas x.xii. (. . . quædam desunt.)

Kl. Mortalitas magna, Diarmitius filius Aedhi Slanensis, et Blathmacus, duo Reges Hiberniæ, et Maelbresal filius Maeleduni, mortui sunt. Ultanus filius O'Congai, Abbas Cluan-Irardensis quievit. Dormitatio Fechini Fobarensis. (68) Finginius, et Cu-gen mathuir filius Cathaldi, Rex Momoniæ, moriuntur. Colga filius Flanni Rex Momoniæ anno uno. Blathmacus Rex Teffiæ, Ængusius Uladensis, et Manchenias Lethensis Episcopus, Abbatesque, Regesque innumerabiles mortui sunt. Colmanus filius Fualascagi de Curcomoganno anno Abbas Cluan-mac-noisensis, Cumianus de clientela Gregragiorum Lacus *Techet,* (nunc *Loch-ui-Gadhra*) Abbas Cluanmacnoisensis, dormierunt—Sechnusachus filius Blathmachi regnare incipit. 665

(¶) "A morte Pricii post mortalitatem cexii."
(*) Kl. "Mortalitas magna in Hiberniæ .i. *in buidhe Conail.*"
(†) "*7 Eredain m. Egna, 7 Ronain mc B.aigh 7 Maeldoid mc Fingin 7 Cronain mc Silni.*" Chron. Scot.
(‡) "*aen bl.* t. bus dieb. tant. tenuit P.a.tu." i. e. uno anno, tribus dieb. tantum, tenuit Primatum.

(68) S. Fechini vitam ab Augustino Magriadan scriptam, qui obiit anno 1405, edidit Colganus. Aliam etiam edidit ex tribus antiquioribus Hibernicis a seipso compilatam, quæ in nonnullis parum sibi cohæret.

Fechini Monasterium, Latine Favoriam, Hibernice *Baille-leabhuir,* quasi *Kiriath-sepher,* aut Urbem-Librorum dixeris, appellatum invenio. Primord. p. 966, Josue xv, 15. Judith i, 11.

Eodem anno Mortalitatis, Christi nempe 665, obiit Aileranus sapiens, cujus ingenii unicum Monumentum reliquum habemus, cui titulus—"*Incipit Typicus ac Tropologicus Genealogiæ Christi intellectus, quem S. Aileranus "Scottorum sapientissimus exposuit.*" Invenitur in Sedulii Junioris Hibernensis Collectaneo in Mattheum, atque editum a Flemingo inter opera Columbani. Vide Annal. Ult. ann. 664, æræ com. 665.

A.C.

666 Kl. *Mors* Ailt Flainn-essa mc Domhnaill mc Aedha mc Ainmireach Ri Cruithne. Maeldun mc Scandail, Ri Ceneoil Cairpr. *obier.t.* Eochaigh Iarlaithe R. Cruithne Midhi. m. e. Dubhinracht mc Dunncha. R. h. m Briuin Ai m. ē (§) Mors Cellaig mc Ugaire. Cath Feirtse it. Ultu 7 Cruithne i. q̄ ceci Cathasach mc Luirchine. Baithine Ab. Benchair q. Faelan mc Colmain R. Laing m. ē.

667 Kl. *Mortalitas i. q. quatuor* Ab. Benchair *periere*. B. ach. c. i. e. Colum, 7 Aedha.

Cath Aine et. Aradho 7 h. Figente *u.* cec. Eogan mc Crundmail. Guin Brain find mc Mailochtraigh i. r. nan Deiri Mumhan.

668 Kl. *Navigatio Colmane Esp. c. reliq.s Scor. ad Insulam Vaccæ albæ, i q̄ fundavit Ecclesiam, 7 Navigatio filior.* Gartnaith *ad Hib.niam c. plebe* Scith. (¶)

Fearghus mc Muccedha mor. ē (*)

Kl. Mors Alildi-Flan-essæ, filii Donaldi, filii Aodhi, filii Anmirei. Maelcach filius Scanlani Rex Pictorum, Maelduinus filius Scandali, Rex clientelæ Carbreorum obierunt. Eochodius Iarlath Rex Pictorum Midensium mortuus est. Dubinreacht filius Donnchadi Rex *O'Briunio um-Ai*, mortuus est. Mors Cellagi filii Ugarii.—Prælium Fertsense inter Ulidios et Pictos, in quo cecidit Cathasach filius Lorchinei—Baitheneus Abbas Benchorensis quievit. Faelanus filius Colmani Rex Lageniæ mortuus est.

Kl. Mortalitas in qua quatuor Abbates Benchorenses periere, Berachus, Cumineus, Columba, et Aedhus.

Prælium Aræ inter Aradios et O'Figentios, ubi cecidit Eoganus filius Crunmalii. Cædes Branii Albi filii Maelochtragi, i. e. Regis Desiorum Momoniæ.

Kl. Navigatio Colmani Episcopi cum reliquis Scotorum, ad Insulam Vaccæ Albæ, in qua fundavit Ecclesiam; (69) et Navigatio filiorum Gartnathi ad Hiberniam cum plebe Scithica. (70)

Fergusius filius Mucedi mortuus est.

(§) "*Hi m Briuin Ai,*" i. e. Planitiei Connaciæ, a fluvio Senano ad Succam, &c. ut infra ad ann. 702.

(‖) "*Feirtse,*" hodie Belfast.

(¶) Anno 664, ut scribunt Usserius et alii, sed ut recte scribit Tigernachus anno 668.

(*) "*M.c.tach Iti Connacht .i. mc Guaire m.*" Chron. Scot.

(69) Discessit e Lindisfarnia Colmanus anno 664, ut scribit Beda. l. 3, c. 26, et rediit in Patriam Hiberniam ex Hiona anno 665. Ibi, Magionense Monasterio condito pro Discipulis Saxonis, qui eum ex Britannia secuti erant, secessit ipse cum Discipulis Hibernis in Insulam Vaccæ Albæ, in mari occidentali anno 668, non anno 665, ut scribunt Usserius et alii.

(70) Intelligendus est, ni fallor, *Gartnathus* VI. Rex Pictorum Albaniæ, quos gentem Scithicam appellat Beda. l. 1, c. 1.—Regnavit Gartnathus is, Domhnaldi filius, ab anno 662 ad 669, annis 6½, ut in Chron. Pict. successitque ei Drostus VI. annis septem, qui fuit pariter Donaldi filius ut ad ann. 672.

Successiones Regum istorum exhibuimus supra, in nota ad annum 657, usque ad Talorcanum filium Anfreti, ex Hibernico Nennio, servato a Gratiano Lucio, pag. 94.—Talorcano isto successisse ait *Garnad fil. Donel* annis 6½, et huic *Drustum*, vel *Drostum*, fratrem ejus, annis septem.

A.C.

Kl. *Obitus* Cumaine ailbe *Abatis* Iea 7 Critan *Abatis* Benchair 7 Mochua mc Chuist. *Mors* Mailfothartaig mc Subhne *Ri nepotum* Tuirtri. Starnan 7 Corindu *ap. Pictones defuncti s.t. Jugulatio* Mailedum *filii* Maenmaigh.

Kl. *Nix fca* 2 *occid. magna* escolt. (†) *Jugulatio* Maeledum *nepotis* Ronain. *Mors* Blaithmic mc Mailcobha, 7 *jugul.* Cuana mc Mailedum mc Cell. (‡) *Venit gens* Gartnait *de Hib.nia. Jugul.* Brain find mc Mailfothartaig. *Mors* Dunchadha *nepotis Ronain.*

Kl. *Mors Ossu* mc Etelbrith *R. Saxan.—Jugul.* Sechnusaigh mc Blaithmic *Regis Temoriæ, initio hiemis—*

Ba srianach ba heachlosach an teach ambith—
Ba himda fingall forslait in taigh ambidh mc Blaithmic. (§)

Dubduin Ri Genail Cairpre *jugul. illu.* Bran find mc Mailochtraigh Ri nan Deise Mumhain m. 2. Maelruba *in Britanniam navigat.*

Kl. Cath Dungaile mc Maeletuile Ri Ceneoil bogaine, Loingseach *victor fuit.* Dungal *ceci.*—Loscadh Airdmacha 7

669 Kl. Obitus Cumeani Albi Abbatis Hionæ, (71) et Critani Abbatis Benchorensis, et Mochuæ filii Chuisti. Mors Maelfothartagi filii Subnei Regis Nepotum Turtrii. Starnanus et Corindus apud Pictos defuncti sunt.—Jugulatio Maeleduni filii Maenmagii.

670 Kl. Nix facta occidit magna armenta. Jugulatio Maelduini Nepotis Ronani. Mors Blathmaci filii Maelcobhæ et jugulatio Cuani, filii Maeleduni filii Ceallachi. Venit gens Gartnathi de Hibernia. Jugulatio Brani Albi filii Moelfothartagi. (72) Mors Dunchadi Nepotis Ronani.

671 Kl. Mors Oswii filii Æthilfrithi Regis Saxonum. (73) Jugulatio Sechnusagi filii Blathmaci Regis Temoriæ, (i. e. Hiberniæ totius) initio hiemis—

Frœnata (legibus) et scutica ordinata fuit domus in qua habitabat Sechnusach—
Insignis erat justitia contra rapinam—
Domus ubi regebat filius Blathmaci.

Dubduinus Rex clientelæ Carbriæ jugulavit illum—Brannus Albus filius Maelochtragi Rex Desiorum Momoniæ mortuus est. Maelruba in Britanniam navigat. (74)

672 Kl. Prælium Dungali filii Maeletuli Regis clientelæ Boganiorum. Longsechus victor fuit, Dungalus cecidit.—

(†) Hæc de nive desunt ib. (‡) "*Cumdai mc Ceall.*" ibid.

(§) In Chron. Scot. versus isti sic leguntur—

"*Ba srianach, ba hechlacs gach—An tech-ambiodh Sechnasach—*
"*Ba imdha fudell f.slait—Isin tech ambiodh mc Blathmaich.*"

(71) Cummineus is *septimus* fuit Abbas Hiiensis, de quo supra ann. 662, n. 63, et infra ad ann. 676, et 692.
(72) Lege hic "juxta aliquos," alioquin repetitio est. Vide supra, ann. 667, et infra, 671.
(73) Oswii obitum refert Chron. Saxon. ad ann. 670, itemque Beda, l. 4, c. 5. Vide infra not. ad ann. 684.
(74) Fundavit is Ecclesiam de Abercrossan, ut infra ad ann. 673.

A. C.

tighi Telle. *Mors* Cumascaigh mic Ronáin. Cennfaeladh mic Blaithmic *regnare incipit*—*Expulsio* Drosto *de regno* 7 *Combustio* Bennchair *Britonum*.

Combustio Ardmachæ, et domus Tellei. Mors Cumuscagi filii Ronani. Cennfaeladius filius Blathmaci regnare incipit.(75) Expulsio Drosti (Regis Pictorum) de regno, (76) et Combustio Bennchoriæ Brittonum.

673 Kl. IIII.DC.LVIII. *Justinianus minor fl.s Constantini x. r.* Guin Domangairt mic Domhnaill Bricc R. Dailriata. *Navigatio* Failbe Ab Iea *in Ib.niam.* Maelruba *fundavit* 7. *l. siam Aporcrosan*—*Combustio* Muighe Luinge.

Kl. Justinianus minor filius Constantini, x annis regnat. (77) Cædes Domangarti filii Donaldi Maculati, Regis Dalriadæ—Navigatio Falbei Abbatis Hiensis in Hiberniam. Maelcoba fundavit Ecclesiam de Abercrossan. Combustio Campi Navium.

674 Kl. Guin Congail cendfota mic Dunchadha, R. Ul. o Becboirche mic Blaithmaic, Fergus mic Lethain Ri Ul.

Kl. Cædes Congali capitis longi filii, Dunnchadi, Regis Ulidiæ, per Bec-borcheum filium Blathmaci, Fergusius filius Lothani Rex Ulidiæ (creatus est.)

*H. anno nubes ten uis ac tremula ad sbecie. celestis arcus, iiii vigilia noctis v. f. an. Pasca, ab oriente, in sanguinem versa est.*

Hoc anno nubes tenuis et tremula, ad speciem cælestis arcus, quarta vigilia noctis, feria quinta ante Pascha, ab Oriente procedens, in sanguineum colorem versa est. (78)

675 Kl. Cath for Cendfael. mic Blaithmic

Kl. Prælium contra Cenfaeladium,

---

(75) Regnare incæpit *Cennfaelad* Rex Hiberniæ totius, anno 672 æræ com. ut in t. 1, Rer. Hib. p lxxx.

(76) Drostus VI Rex Pictorum Albaniæ, filius Donaldi, regnavit ab anno 669, annis *septem*. Chron. Pict. Vide infra ann. 678, et supra ad ann. 668.

Nennius Hibernice versus, exemplar antiquum, in O'Duvegani Miscellaneis insertum, in Codice MS. dicto Ballimotense, a nonnullis Sliguntino, cujus passim meminit Usserius, et Gratianus Lucius, pag. 74, et 93, Catalogum exhibet Regum Pictorum, supra memoratum pag. 109, n. 52, et in quo, post Talorcanum filium Ænfreti, qui regnavit annis 4, et Gornad, sive *Garnath*, filium Donel, qui regnavit ann. 6½, sequitur *Drostus* filius ejusdem Donel, et frater Garnathi annis 7; huic successit Brudens filius Bili, annis 20.

(77) Justinianus ii, sive Minor, Patri Constantino successit annis x, ab anno 685 ad 695, quo ei successit *Leontius*. Hoc imperante Carthago a Saracenis expugnata est anno 698, ut in Theophilo, Cedreno, Paulo Diacono, l. 9, Zonara. Vide l'Art de Verifier les Dates, t. 1, pag. 417--18.

(78) De similibus Prodigiis vide infra ann. 685, ex Chron. Saxon.—"*Hiberniam sanctis viris plenam fuisse*," scribit ad hunc annum Marianus Scotus, ex quibus *quartum* Sanctorum Hiberniæ ordinem constitui posse, scribit Usserius, pag. 1165--6. Eodem ævo, plurimi Hibernenses, notante Petavio, "Gallias exquisita sanctimonia "decorarunt. *Furseus*, *Foillanus*, *Ultanus*, qui ex Hibernia profecti, Cœnobia condiderunt." Rat. Temp. pag. 306.—In Codice Mariani præclarissimo, cujus supra mentionem fecimus ad ann. 432, Mariani verba ad ann. 674, sic scripta leguntur—"Hibernia Insula Scor. Scis et Mirabilibus perplurimis sublimiter plena habetur."—Hæc verba recte edita video in Primord. p. 736, ubi auctor subjungit—"Ita enim ex Francofurtensi Codice "locum restituit, in suis ad Vitam Kiliani notis, Nicolaus Serarius, quum in Mariani Chronico, quod Florentii

mc Aedha Slaine occigh .h. Maine in dail Cealtru re Find. sa Fleadhach. mc n Dunchadha *victor erat.* Fin. sa Fleghach *regnare incipit.* ***Mors ix*** mc Danel—***Mors filii Pantea.***

Kl. Columban (*lege* Colman,) · ***Esp. Insulæ Vaccæ albæ,*** 7 Finan m. a renam (¶) *pausant.* Coscradh Ailigh fri grend la Find. sa Flegach ***m. Donnch.*** Failbe ***de Hib.nia revertitur,*** [*MS. Fol* 11, *col.* 2.] Comgal mc Maeledum 7 *filii* Scandail 7 Urthuile *jugulati sunt.*

filium Blathmaci, filii Aodhi Slanensis, apud . . . . regionis Maniæ, in Divisione Caltræ, per Fianachtum Munificum.—Filius Donnchadi victor erat—Fianachta Munificus regnare incipit. Mors novem filiorum Danielis.—Mors filii Pendæ. (79)

Kl. Colmanus Eps Insulæ Vaccæ Albæ (80) et Finanus, fil. Arennani obiit. Destructio Arcis Alichiæ funditus per Fianachtum Munificum, filium Donnchadi.—Falbeus de Hibernia revertitur (Hionam) (81) Comgalus filius Maeleduni, et filii Scandali, et Urthuileus jugulati sunt. 676

(¶) "airmedain." Chron. Scot.

---

"Wigorn. Annalibus est intextum, legatur Hibernia, Insula Sanctorum, Sanctis et Mirabilibus perplurimis "sublimiter plena habetur."

De hoc Mariani textu, et de alio anni 611, ubi S. Columbanum memorat, Usserius inquit "Quo utroque in loco "Basilius Johannes Haroldus, qui ex Francofurtensi illo MS. Marianum primus in lucem edidit, et *Scotorum* "et *Sanctorum* voces penitus prætermisit, quas contracte scriptas, inter se facile permutari, vel Francofurtensis "editio Topographiæ Giraldi fidem fecerit, quæ Scotorum pro *Sanctorum* nobis exhibet merita, in Dist. i, c. 3."

Marianus de Columbano inquit, in Codice prædicto Cotton. "An. DCXI. Scs pater Columbanus ex Hibernia "Insula Scor. cum Sco. Gallo aliisque probatis Discipulis, venit in Burgundiam, ibique permittente Theodorico "Rege, Monasterium quod Luxovium dicitur ædificavit, exinde a Brunechilda fugatus.—DCXII. Alamanniam "ingreditur, ubi Scm Gallum reliquit, Ipse vero in Italiam transiens, Monasterium quod Bovium dicitur "ædificavit, ubi pater multorum Monachorum extitit." Hæc ego ipse ex Codice Cottoniano descripsi. Confer Notkeri Martyrol. editum a Canisio, Antiq. Lect. t. v. p. 747, ad v. Id. Junii.

(79) Oswaldus a Penda occisus est anno 642, ut in Chron Sax. p. 31. Oswaldo successit eo anno filius Oswius, qui regnavit ad ann. usque 670—Penda periit anno 655, et Peada filius ejus ei successit Merciorum Rex, Chron. Sax. p. 33. Peadæ successit anno 656 frater ejus Wulfherus, de quo hic.

(80) Liber MS. Ballimotensis, ab Usserio Sliguntinus dictus, de quo vide supra, ann. 673, inquit Monasterium *Mageo* (hodie *Maio*) a Colmano, pro Discipulis suis Saxonicis fundatum, priusquam Insulam Vaccæ albæ navigasset, et Cormaci et Adamnani ævo, 100 *Saxonicorum Sanctorum* fuisse habitaculum. Primord. p. 731, Gratian. Luc. p. 343. Bed. l. 3, c. 3, et 26, et l. 4, c. 2, et 4, et Smith in not. 3, ad locum istum. Colmanus post conflictum cum Wilfrido in Synodo Pharensi, anno 664, relicto Lindisfarnense Episcopatu, cui per triennium præfuerat, in Patriam reversus, "tulit secum (inquit Beda, l. 4, c. 4) omnes quos in Lindisfarnensi Insula "congregaverat Scotos. Sed et de gente Anglorum circiter xxx, qui utrique Monachicæ conversationis studiis "imbuti erant.—His primum in *Inis-bo-fin*, insula in mare occidentali, commune construxit Monasterium; "deinde, Scotis ibi relictis, in illo Hiberniæ loco, qui *lingua Scotorum*, *Magh-eo* nominatur, aliud Anglis posuit "Cœnobium, quod usque hodie ab Anglis tenetur incolis. Ipsum namque est, quod nunc *grande* de modico "effectum, *Maigh-eo* consuete vocatur."—Episcopatum Maionensem ibi constituerunt Colmani Discipuli, quod mansit usque ad annum 1559, quo Eugenius Mac Brehoan *postremus* Magionensis Eps. dictus fuit. Primord. p. 964.

(81) Cummineus Albus, *septimus* Abbas Hiiensis, obiit anno 669, ei successit *Falbeus* annis x, ab anno isto usque ad ann. 679, Abbas *octavus*. Licet Usserius eum *septimum*, et Cumineum *sextum* declaret.

A.C.

677 Kl. *Stella Cometes visa ē luminosa in mense Septemb. 7 Octobr.*—Dunchadh mc Ulltain Ri Oirgiall *occis'* ē (*) la Maelduin mc Maelfithrigh. Cath etc. Finachta 7 Laighnecha i. *loco. p.xio* Locha Gabra i q̄ Finnachta *victor erat. Congsio* Cuilemaine *ui. cecider.t* da mc Maileachdain. Beccan Ruimean *quievit i isula Britanni.*

Kl. Comita visa est luminosa in mens. Septemb. et Octobris. (82) Dunnchadus filius Ultani, Rex Orgialliæ, occisus est a Maelduino filio Maelfithrigi. Prælium inter Fianachtum et Lagenienses, in loco proximo Lacui Gabbra, in quo Fianachta victor erat—Congressio Coilmanensis ubi ceciderunt duo filii Maelcachdani. Beccanus Riumean quievit in Insula Britannia.

678 Kl. *Mors* Colgain mc Failbe Flaind Ri. Mumhan. Findgaine mc Concen mr Ri. Mumhann. (†) Dairchill mc hu Irite (‡) Esp. Glindi da locha. (§) Comane Esp. Maeldogar Esp. Fernann *pausant*, 7 Ferchair *fectio generis .i.* fotai, 7 *Britones q. victores erant* Loairn itir m. *(Locus corruptus)* Tuaim Snamha Ri Ossraidhi m ē la Faelan Senchostal. Bass Drosto mc Domhnaill. Cath i Calitros *i. q. vict'.* ē Domhnall Brecc.

Kl. Mors Colgani filii Falbei Flanni Regis Momoniæ. Fingaineus filius *Conni-Cenmathair* Rex fit Momoniæ—Darchillus filius O'Irritei Epis. Glindalochensis, Comaneus Episcopus, Maeldogar Eps Fernensis quieverunt. Interfectio generis Loarn, i. e. bellum inter Fercharum Altum et Britones, qui victores erant. Tuam-Snamha Rex Ossoriæ mortuus est, occisus a Faelano-Senchostol. Obitus Drosti filii Donaldi. (83) Prælium in Calathros, in quo victus est Donaldus Maculatus. (84)

679 Kl. *Q.ies Failbe Ab.* Iea (||) Cendfaeladh *sapiens pausat.* Cath Taillten re Findsneachta *c.a* Becc m Boirche. *Dormitacio* Nectain.

Kl. Quies Falbei Abbatis Hiiensis (85) Cenfaeladius sapiens pausat. (86) Prælium Taltinense gestum a Fineachta (Rege Hiberniæ) contra Beccum filium Barchii. Obitus Nectani.

(*) "in *Dun-Forgo.*" Chron. Scot.

(†) Desunt hæc de Fingino in Chron. Scot. (‡) "*Dairill mc Cuiretai.*" Ib.

(§) Chron. Scot. hic habet—"Mors *Drosto mc Domhnaill,*" et omittit cætera sub hoc anno.

(||) Pro Abbatis Iea Chron. Scot. habet "*Abbatissa.*" Miror! Dualdum Firbisium ita errasse!

(82) "A. 678. Hoc anno apparuit stella Cometa, in Mense Augusto, et effulsit per tres menses, omni mane, "tanquam radius Solaris." Chron. Sax. p. 44.

(83) De Drosto vide not. ad ann. 672, supra pag. 203, ubi de Regib. Pictis.

(84) Hoc anno 678 obiit "*Comanus Eps. Fernensis.*" Annal. Ult. qui videtur esse "Venerabilis Presbyter," ab Adamnano ut suus *coævus* nominatus, l. 3, c. 23.

(85) Vide supra ann. 676, unde constat Falbeum fuisse *octavum* Abbatem Hiiensem. Successit ei *nonus* Adamnanus annis xxv. Bed. l. 5, c. 16, et 22, l. 4, c. 25.

(86) De hoc Cenfaeladio vide annal. Ult. passim usque ad ann. hunc, et Catalogum nostrum Codicum MSS. Bibliothecæ Stowensis, vol. 1, Indice voce *Cennfaelad*, et Rer. Hib. t. 1, in Indicibus.

A.C

Kl. Colman Ab. B.chair *pausat*. Cathal mc Ragallaigh *m.* ? Guin Finamhla mc Mailetuile R. Laighin. 7 foid feachain (¶) dia muintir fein ro geodhain (*) ar Fins.a.—Cath Saxon *ui. cec Almuine fl.s Ossu. Mors* Maelefothartaigh Esp Ardsratha. Bran mc Conaill Righ Laig an. Cath i Bughna (†) *u. cec* Conaill Oirgnigh R. Ceneoil Cairpre—

Kl. Colmanus Abbas Benchorensis obit.—Cathaldus filius Ragallachi mortuus est. (87) Cædes Finamhlai filii Maeltulii Regis Lageniæ, et exploratores proprii exercitus vulneraverunt eum. 680

Prælium Saxonum ubi cecidit Almunius filius Oswii. (88) Mors Maelfothartagi Episcopi Ardsrathensis.—Brannus filius Conalli Rex Lageniæ anno. Prælium in Bughna, ubi cecidit Conallus vastator, Rex Clientelæ Carbrei.

*Lepr. gr.vissia v Hib.nia quæ vocal'* bolgach.

Lepra gravissima in Hibernia, quæ vocatur *bolgach*.

Kl. *Combustio Reg. i* Dun Ceithirn. i. Dungal mc Scandail R. Cruithnech, 7 Cendfaeladh R. Cianf.a Glindi-Gemin *in initio estatis* la Maelduin mc Mailefithrigh—Cath Blairslebe *p.tea* (‡) it. Maelduin mc Mailefithrig. 7 Fland mc Mailetuile la Cian. sa Glindi Gemin. —Bass Conaill chail mc Dunchadh, i Cindtire. Bass Sechnusaigh mc Airmidhaig 7 Conaing mc Congail. Ciar in. Duibre *q.*

Kl. Combustio Regum in Munimento Cethirni, id est Dungalus filius Scandali Rex Pictorum, et Cenfaelad Rex Ciannachtorum vallis Gemin, in initio æstatis, a Maelduino filio Maelfithrigi occisi sunt. Prælium Montis Lactis-coagulati postea inter Maelduinum filium Maelfithrigi, et Flannum filium Maeletulii, contra Ciannachtenses vallis Gemin. Mors Conalli Gracilis, filii Donchadi, in Cantiria. Mors Sechnusagi, et Conangi filii Congali—Ciara filia Dubriæ quievit. 681

Kl. Guin Cindfaeladh mc Colgan R. Conds 7 Ulcha d.g o Caellaighe do c mc ne cuile *occidit eum,* (§) iar n gabhail

Kl. Cædes Cinfaeladii filii Colgani Regis Connaciæ, et Ulchaus Rufus O' Ceallaighe, de Canmacna-Cuilensibus, oc- 682

(¶) "*foich Seachain.*" ib. * "*rodgeghuin.*" ib. (†) "*Bodhbghna.*" ib.

(‡) "In initis hiemis in quo interfectus est *Maelduin mc Maelfitrig la Ciannachta Glinne-Gemin 7 la Fland* "*Fionna mc Maelituile.*" ib.

(§) Paulo aliter Chron. Scot.—"*hi caill. e di Conmaicnibh Cuile*" occidit eum.

(87) De Cathaldo Ragallachi filio, vide supra ann. 649. Ragallacho successit *Guarius* Adhneus filius Conalli, anno 649, usque ad ann. 663, Rex *decimus* Christianus Connaciæ, cui successit xi *Cennfaelad*, anno eodem 663. Fuit is *Colchui* filius, et cum eo contendebat Ladgnenus Colonani filius, de quo supra ad ann. 656. Occisus est Cennfaelad anno 682. Vide notas nostras ad IV Mag. Annal. ann. 662 et 665. Juxta hanc notam corrige notam ad Annal IV Mag. ann. 665, pag. 223. Cenfaeladia xi successit *Donchadus* xii.

(88) "Anno 670 Ælfwinus (Egfridi frater) occisus est." Chron. Saxon. p. 44.

A. C.

tighe fair do. Conmacne. Dunchad Muirsce mc Maelduib R. ɔs an.—Cath Ratha moire Muighe line ɔt. Brittones u. cec. Cathusach mc Maeleduin R. Cruithne 7 Ulltan mc Dicholla.—*Obitus* Suibhne mc Mailumae *Principis* Corcaighi.—*Orcades deletæ s.t* la Bruidhe. (‖)

cidit eum, postquam expugnassent domum ejus Conmacnii. Donnchadus, Maritimus filius Maeldubii Rex fuit Connaciæ anno. (89) Prælium Munimenti magni Moilenæ, i. e. Campi Lenæ, contra Brittones, ubi ceciderunt Cathasachus, filius Maelduini, Rex Pictorum, et Ultanus filius Dechollæ. Obitus Subnæi filii Maelumæ, Principis Corcagiæ. Orcades Insulæ deletæ sunt a Brudeo Rege Pictorum. (90)

*Justinianus ab culpam perfidiæ, regni gloria privatus, exul in Pontum secedit.* (91)

683 Kl. *Leo iii an. regnavit. Papa Sergius in Sacrario B. Petri Ap.li, capsam argenteam, qui in angulo obscurissimo diutissime jacuerat, et in ea Crucem, diversis, ac pretiosis lapidibus adornatam, D.no revelante reperit, de qua tractis iiii petalis, quibus gemmæ inclusæ erant, miræ magnitudinis, portionem ligni salutiferæ Dominicæ crucis intus repositam inspexit, quæ . . . et e more annis omnib' in Basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, die exaltationis ejus, ab omni osculatur, atque adoratur populo.*

Donnch Muirsce m. Maelduib R. Condr. *jugulatus.* Feargal Aidhne mc Artgaile *R.* ɔs. Cath Corainn i. ꝗ *cec.* Colgu mc Blaithmic 7 Fergus mc Maeleduin R. Cen. Coirpre. [MS. Fol. 11, b. 1.] *Initium mortalitatis pueror. i. mense Octobris. Dormitatio* Airmedhaigh na Craebe.

Donnchadus Maritimus filius Maeldubii, Rex Connaciæ, jugulatus. Fergalus Adnensis filius Artgali Rex Connaciæ factus.(92) Prælium Coranense, in quo ceciderunt Colga filius Blathmachi, et Fergusius filius Maeleduni, Rex clientelæ Carbrei. Initium Mortalitatis puerorum, in mense

(‖) Res gestas hujus anni dividit in duos an. Chron. Scot.

(89) Donnchadus is, xii Connaciæ Rex Christianus, obiit juxta IV Mag. anno 681.

(90) Vide quæ de Pictorum Regibus dicta sunt supra ad ann. 657, et infra ann. 693. Hic Brudeus fuit filius Bili, qui juxta Chron. Pict. regnavit ab anno 676 annis xxi, et juxta Tigernachum, hoc anno Orcades delevit. Idem Brudeos fuit qui Egfridum Regem superavit anno 685.

(91) Justiniano expulso successit Leontius, ut diximus, anno 695.—L'Art de ver. les dates. t. 1, p. 418--19. Sed Constantino Patri successit anno 685, quod indicare vult hic Tigernachus, qui in rebus Chronologis exterarum gentium aliquando claudicat, vel ipse, vel Apographi.

(92) Fergalus is fuit Rex xiii Christianus Connaciæ, Nonnuilis xiv.tus. Vide supra ad ann. 680.

Colmain diairtiuch Ab Cluana. m. nois q.

Octobris. Obitus Armithagii Sylvarum. Colmanus de Arteachis ortus, Abbas Cluanæ-mac-nosiæ, quievit.

Kl. *Mortalitas parvulor.*—*Mors* Maine Ab n Aendroma. Cath Caisil findbhair. Loch n Echach da fodh a fuil.

Kl. Mortalitas parvulorum—Mors Manii Abbatis Antrimensis. Prælium Casseliæ Finbarensis. Lacus n Each in sanguineum colorem mutatus. (93) 684

Kl. *Ventus magnus 7 terræ motus in Hib.nia Insula. Saxones campum* (¶) *vastaver.t 7 Eccl.ias plurimas in mense Junii. Mors* Conaill mc Guaire. *Mors* Bresail mc Fergusa R. Cobha.

Kl. Ventus Magnus, et terræ motus in Hibernia Insula—Saxones Campum (Bregiæ) vastant, et Ecclesias plurimas, in mense Junii. (94) Mors Conalli filii Guarii. Mors Bresalli filii Fergusii Regis Covæ. 685

IIII.DC.LXVIII. Kl. *Tiberius an. r.* ... (*quædam ex Beda omittuntur.*) Cath Dunn Nechtain *xx. die m. Maii Sabbati die factum ē in q̄* Ecfrit mc Ossu *Rex Saxonum, xv anno Regni sui, ꝯ sumata magna c. caterva militum suorum, i. fectus ē* la Bruidhi mc Bili *Rege* Fortrein. Tolar aithnecain *obit.*—

Kl. Tiberius annis regnat ... Prælium Munimenti Nechtani, 20 die Mensis Maii, die Sabbati, in quo Egfrit filius Oswii, Rex Saxonum, xv. anno regni sui, consumata magna militum suorum caterva, a Brudeo, filio Bili, Rege Pictaviæ Albanicæ, interfectus est. (95) Tolarus Atheanensis, (i. e. Vadi Tributi) obiit. 686

(¶) "Campum *Breg.*" Chron. Scot.

(93) Chron. Saxon. ad ann. 685 inquit "Hoc anno in Britannia contigit sanguinea pluvia, Lac item et butyrum "conversa fuerunt in sanguinem."

(94) Chron. Saxon. ad hunc ann. 684 habet hæc—"Hoc anno mittebat Ecgferthus exercitum in *Scotiam*, et "una Brihtum suum Ducem. Ii autem misere Dei Ecclesias devastarunt et combusserunt." Eadem habet Beda, l. 4, c. 26. Pro *Scotiam*, habent *Hiberniam* Florentius et Adamnanus, et hic Tigernachus, recte, Bregiam in Midia. Eandem Hiberniæ vastationem per Ecgfridi Ducem Berctham, refert Usser. ad ann. æræ C. 684, quo a Theodoro Cantuariense *Tiwifordensis* synodus habita est, juxta fluvium *Alne*, cui *Trumwinus* Pictorum Eps. interfuit. Et quidem Anno 670, defuncto Oswio, (Bed. l. 4, c. 5.) successit filius Ecgfridus, qui, mox, post Patris obitum, Pictos deficientes denuo subegit, indeque anno 681, triennio post pulsum a sede Eboracense Wilfridum, Theodorus Trumwinum ordinavit ad *Provinciam Pictorum, quæ tunc temporis Anglorum erat Imperio subjecta.* Bed. l. 4, c. 12. At Egfrido a fratruele suo *Brideo*, Pictorum Rege, occiso, ut in Ninii continuatore, et in Chron. Saxon. anno 686, quo successit ei frater ejus Aldfrithus, Picti terras suas ab Anglis recuperaverunt, et Trumwinus, cum suis qui erant in Monasterio *Abercurnig*, ab eis recessit. Bed. l. 4, c. 26.

Chron. Saxon. de Trumwino inquit ad ann. 681, "Hoc anno consecratus est Trumwinus ad Pictos, ii enim huc "*eo tempore* partinebant." p. 45. Subscripsisse fertur, ut testis, Chartæ Donationis a Rege Ecgfrido concessæ S. Cuthberto anno 685, Charta extat in Cottoniana. An genuina inquirent alii.

(95) Hæc habet Chron. Saxon. ad ann. 685—"Hoc anno occisus est Ecgferthus Rex (Osweoi filius) juxta "mare boreale, et magnus exercitus cum eo, xiii. Kal. Junii. Fuit xv annis Rex, et Aldfrithus ejus frater, post "illum capessit Regnum."

Tiberii regnum quod attinet, transpositio est e loco proprio, amanuensis incuria. Leontio enim Imperatori

A.C.

Domhnall breacc mc Each. buidhi do tottim la hAan Righ Breatan i Cath Sratha Carn. *Jugulatio* Rotechtaigh 7 *Dargarto filii* Findgaine. *Mors* Banbain Oscach ferlegind Cilldara. Foreron Ab Cluanamacnois *q.* (*)

687 Kl. *Jugulatio* Feradaigh mc Conghaile. *Q.ies* Documaigh an occ Abb. *Vallis* da lacha. *Dormitatio Roseni Ab.* Corcaighe moire. *Mors* Oseni Eps. *Monast.i* Finntan .i. Mundu mc Tulcain. Adomnan' *captivos reducsit ad Hiberniam lx.*

688 Kl. *Q.ies* Seigine Eps. Airdmacha. *Occisio* Canon mc Gartnain. Finnechta clericatum *suscepit.* Cath Imleacha fich re Niall mc Cernaigh Sotail for Congalach mc Conaing, *u. cec.* Dubdainber R. Ardacian.sta 7 Uairecridhe h

Donaldus Maculatus filius Eochodii-Flavi cecidit, occisus ab Hoano Rege Brittonum, in prælio Srath-carnense.—Jugulatio Rotechtagi et Dargurti filii Finginei. Mors Banbanii de Oscach, Prælectoris Kildarensis. Forcronius Abbas Cluanæ-mac-nois quievit.

Kl. Jugulatio Feradagi filii Conguli. Quies Documagi Junioris Abbatis Glindalochensis. Obitus Rosseni Abbatis Corcagiæ Magnæ. Mors Osseni Epi. Monasterii Fintani, i.e. Monasterii Munnui filii Tulcani. Adamnanus Captivos reduxit ad Hiberniam lx. (96)

Kl. Quies Segieni Ep.i Ardmachani (97) Occisio Canoni filii Gartnani. Finneachta (Rex Hiberniæ) clericatum suscepit. Prælium Imleachense gestum a Niallo filio Cernagi-sotalii, contra Congalachum filium Conangi, ubi ceciderunt Dubdainber, Rex Ard-ciunachtæ, et Uarcrideus

(*) Quæ sub uno anno 685 habentur in Cod. Bodl. dividuntur in Chron. Scot. in duos annos, 685 et 686, ita ut annus 686, incipiat a vocibus "*Domhnall breac,*" et desinat in voce *quievit*, unde sequitur annum 686 Codicis nostri Bodleiani, esse annum 687 Chronici istius.

---

Orientis, successit, anno 698, Tiberius Aspasius, de quo hic, qui Imperavit annis *septem* usque ad 705, quo Justinianus II restitutus est, qui Imperavit secundo annis sex. L'Art de verifier les dates, t. I. p. 419--21.—Beda inquit Tiberium regnasse ann. ix. De sex ætat. pag. 32.

(96) Nempe captivos quos Berchta, Ecgfridi Dux, inopinato incursu, et absque ulla prævia injuria ei facta, (uti Beda testatur) abstulit ex Midia. Vide supra, ann. 685.

Adamnani meminit Ceolfridus Abbas, in Epistola ad Naitanum Regem anno 710 scripta, et a Beda servata, l. 5, c. 21, pag 215. "Adamnan Abbas et Sacerdos Columbiensium egregius, qui cum Legatus suæ "gentis (i. e. Hibernensium) ad Aldfridum regem missus, nostrum quoque Monasterium videre voluisset," &c.

Hoc anno 687 Kilianus primus Wirtzburgensis Eps. factus est. Vita Kiliani in H. Canbii antiq. Lect. t. 4, pag. 639, et Marianus Scotus ad ann. 687 in editis exemplaribus, sed in præstantis°. MS. Cotton°. 686, his verbis "S. Kilianus, Scottus de Hibernia Insula natus, Wirzburgensis Eps clarus habetur"—Consentit eadem vita antiqua p. 629. "Scotia, quæ et Hibernia dicitur, Insula est maris Oceani, fœcunda quidem glebis, sed "sanctissimis clarior viris, ex quibus Columbano gaudet Italia, Gallo ditatur Alemannia, Kiliano Teutonnica "nobilitatur Francia."—Item Notkerus Balbulus S. Gallensis, sæc. x, in Martyrol. ad viii Id. Jul. "Passio "S. Kiliani primi Wirzburgensis Civitatis Epi, et duorum Discipulorum ejus, Colonati scil. Presbyteri, et "Totnani Diaconi, qui ab Hibernia, Scotorum Insula, venientes," &c.

(97) De alio Segieno vide infra ad ann. 692.

A.C.

hOssine R. Conaille Congalach mc Conaing *fugitiv' evasit.*

Kl. Finnachta *rev.tit. ad regnum. Johan.* Esp. Cindgalarat *obit.* (§) *Jugulatio* Diarmata mc Airm7haigh (||) .i. R. Midhi, la h Aed mc n Dluthaigh R. Fercul. *Mors* Cathasaigh h. Domhn. brecc mc Feradhaigh mc Tuathail mc Mailedum mc Conaill Crandomnai. (¶) *Obscurata est pars Solis, Adomnanus reduxit captivos in Hiberniam.*

Kl. Congal mc Mailedunn mc Aedha b.an R. Mumhan (*) 7 Aill. mc Dungaile 7 Eilne mc Scandail *jugulati s.t.—In hoc anc Beda fecit libram de Temporibus* (†) 7 i pagin 7 necht lecc 7 coblait *filia* Canond [MS. Fol. 11, b. 2.] *mortua* ē Dabhecc Cluana h Iraird *q.*—Brann mc Conail R. Laing *morit.' Justinianus minor fil.s Constantini annis x.*—Guatnad Ab. Cilledara *dormivit.* Cell.

O'Ossine Rex Conalliæ. Congalachus filius Conangi fugit.

Kl. Finnachtaus revertitur ad regnum. 689
Johannes Eps Cingalarathensis obit.—Jugulatio Diarmitii fil Airmethagi, id est Regis Midiæ, manu Aedhi filii Dluthagi, Regis Fercaliæ. Mors Cathasagi nepotis Donaldi Maculati, fil. Feradagi, fil. Tuathalii, fil. Maelduini, fil. Congalli Crandamnensis. Obscurata est pars. Solis (98) Adamnanus reduxit captivos in Hiberniam. (99)

Kl. Congalus filius Maeleduni, filii 690
Aedhi Benani, Rex Momoniæ, et Alildus filius Dungali, et Eilneus filius Scandali, jugulati sunt.—In hoc anno Beda scripsit librum de Temporibus, et . . . . (1) et Coblata filia Canoni mortua est.—Dabeocus Cluanirardensis quievit—Brannus filius Conalli Rex Lageniæ moritur.—Justinianus Minor filius Constantini regnat annis x. (2) Guatnadus Abbas Kilda-

(§) "*Tolan* Eps *Gasad* obit." Chron. Scot. (||) "*Aimrechta.*" ib.

(¶) Post vocem *Domhn. Bric*, Chron. Scot. habet—"Mors *Feradh m Tuathalain* Mors *Maeleduin*, &c. ut supra, Chron. Scot.

(*) "ab uno Scolastico interfectus est, 7 *Dunch. m. Oircdoith* 7 *Aill. mc* mc *Dungaile Ri Cruithne* jugulati "sunt." ib.

(†) "de natura rerum et temporibus, 7 *in pagin* 7 *in figell.* Mors Finginni longi, 7 *Feradh. Meith mc Necht* 7 "*Cobla* filia Canonn," &c. ib.

---

(98) Vide notam nostram ad Annal. Ult. ann. 688, æræ com. 689, unde constat Eclipsim hanc revera incidisse in annum æræ com. 689, ac proinde Chronologiam nostram, in margine numeris Arabicis appositam, cum Tigernachi mente plane consentire, etsi a corruptis feriarum numeris, Kalendis Jan. ab Amanuense imperito appositis, ubique fere dissentiat.

(99) Vide supra, annum 685.

(1) Quid sibi velint hæc Bedæ adscripta, nequeo indagare—Catalogum Operum Bedæ, a Bellarmino editum, legi in libro de Scriptoribus Eccl. 8° Coloniæ 1631, in quo nihil inveni quod explicat voces Hibernicas "*pagin* 7 "*necht lecc*,"—Legi pariter Indiculum Operum Bedæ ab ipso editum. Sed aliqua opera scripsit, post scriptum Indiculum, quorum nomina et tituli interiere. *Pagin* Denarium puto, Anglice a *penny*, *Necht-lecc* Martyrologium.

(2) Vide supra, not. ad ann. 686.—Justinianus II. regnavit 2do, ab anno 695.

A. C.

Cualand mc Gerthighe R. Laighen an.

691 Kl. Cronan mc Cuculne Ab. bendchair *obit. Theodorus Eps Scs Britanniæ quievit.* Fichell mc Flaind R. h. Maine. *m.* ?

692 Kl. *Adomnanus xiiii an. post pausam Failbe Iea, ad Hib.niam p.gid. Luna in sanguineum colorem in natali S. Martini.*

693 Kl. *Justinianus s.o cum Tiberio filio regnat an. vi.* Bruidhe mac Bile Rex Fortrend *mor.* 7 Alpin mc Nechtain. (†)

rensis obiit.—Cellachus Cualanensis filius Gerthigii Rex Lageniæ anno. (3)

Kl. Cronanus filius Cucalnei Abbas Benchorensis obit. Theodorus Ep.s sanctus Britanniæ quievit. Fichellus filius Flanni Rex Hi Maniæ mortuus est.

Kl. Adamnanus xiv anno post obitum Falbei Hiiensis, ad Hiberniam pergit. (4) Luna in sanguineum colorem versa est, in Natale S. Martini.

Kl. Justinianus secundo cum Tiberio filio regnat annis vi. . . . . (quædam omittuntur nota ex Beda et aliis.) Brudeus filius Bili, Rex Pictorum Albaniæ, mortuus est, et Alpin filius Nechtani. . . . . (5)

---

(†) Quæ hic in annum unum 693, in Bodleiano Codice congeruntur, in duos distribuuntur in Chron. Scot. ita ut annus 1694 incipiat a vocibus *Mors Dirath*, in Chronico isto.

---

(3) Hoc anno 690, Aldhelmus scripsit Epistolam de Paschali Controversia et tonsura, ad Geruntium Regem Cornubiensium, inter Bonifacianas, No. 44.

(4) Nempe ut visitaret Monasteria Hibernica, quæ Hiiensi subdita erant, ut in Vita Giraldi Saxonis. Primord. p. 1168. Antea redierat cum captivis, ad quos reclamandos missus erat a Rege Hiberniæ Fianachta, ad Regem Saxonum Aldfridum, ut supra ann. 687. quo tempore præsentavit eidem Aldfrido librum suum de Locis Sanctis, ut ipse testatur in Vita Columbæ. Vide infra, annos 697 et 704.

Adamnanus nonus erat Abbas Hiiensis—De *Baithenco* 2do. Abbate, vide supra pag. 160, not. 90. De *Laisreano* 3tio Abbate, pag. 179, ann. 605, ejus obitum referunt IV Mag. in Annalibus ad ann. 601. De *Fergnao quarto* Abbate, pag. 186, ann. 623.—Hujus obitum referunt IV Magistri ad ann. 622, itemque Usser. pag. 702, ubi tamen in Fergnai annis enumerandis errare deprehenditur, quatenus ait Fergnaum regere cæpisse ut Abbas anno 598, et rexisse annis xxv, existimans Baitheneum uno tantum anno rexisse, eique Fergnaum proxime successisse.—De Segineo *quinto* Abbate, vide supra ann. 634, et pag. 192, ann. 652. De Subneo *sexto* Abbate, defuncto anno 657, vide ann. 657, pag. 201. De *Cumminco* Albo *septimo* Abbate, quem Usserius sextum numerat, vide ann 669 quo obiit, supra pag. 207. De successore ejus Falbeo *octavo* Abbate vide ann. 677.—De *Adamnano*, filio Ronani, *nono* Abbate vide ann. 704 quo obiit. De *Conaino*, sive potius *Conmalio*, Falbei filio, *decimo* Abbate, vide ann. 707, et 716. Conmalio *Dunchadum* successisse anno 707, Abbatem *undecimum* scribit Tigernachus, deinde *Dorbenum* duodecimum, mensibus quatuor, anno 713.—Sed errorem irrepsisse patet ex ipso Tigernacho, obitum enim Dorbenei iterum memorat ad ann. 715. Dorbeneo xiimo. Abbati successisse ait *Faelchuonem* xiiim. qui obiit anno 716, ut infra ad ann. istum, et deinde *Donchadum*, Cennfaeladii filium, quem obiisse inquit anno 717. Itaque Donnchadum bis memorat Abbatem, primo ad ann. 707, ante Dorbencum, et 2do. ad ann. 717.—Ordinem successionis accuratiorem exhibemus infra ad ann. 707.

Cum Adamnani opere de Locis SS. conferatur Itinerarium Johannis de Hose Presbyteri, ab Hierosolyma, anno 1489, MS. inter Waræi Codices, ut in ejus Manuscriptorum Catalogo, Dublin. 1648, p. ii, No. 12, ubi plures fabulæ narrantur de quibus silet Adamnan. De locis SS. scripsit *Eusebius* opus, quod e Græco Latinum redidit S. Hyeronymus, et typis edidit et notis illustravit *Bonfrerius*, Paris. 1631 et 1659, fol. ad calcem Commentariorum suorum in Josuam. Adamnani libros tres, excerptos ex ore Arculphi, Episcopi Gallicani, edidit Nicolaus Serarius, et postea Mabillonius, Prologum vulgante Labbeo, in tomo 1 Bibliothecæ novæ Manuscriptorum, p. 667, &c.

*Mors* Dirach Esp. Fernand. 7 Bran mc (‡) Faelain Ri Laing *mortui s.t.*— Cath et. Osraidhi 7 Laing 7 isand ro marb Faelcar h. Mailodrai. Sith fearchana illaighnib cosaibhe na srethaib re teora la 7 teora aidhche. (§)

Mors Dirathi Episcopi Fernensis, et Brannus filius Faelani Rex Lageniæ mortuus est. Prælium inter Ossoriensis et Lagenienses, et ibi occisus est Faelcur O'Maelodra.—Pluviarum inundatio in Lagenia, it aut rivuli exuberarent postea tribus diebus et tribus noctibus.

Kl. Cronan becc Ab. Cluanamacnois do t ? tail i. Cronan bec a Cuailgne a Cenel. Domhnall mc Avin *Rex* Alochluaithe *mori*. Bass Cronain Bailne.

Kl. Cronanus parvus, Abbas Cluanæ-
macnois disparuit, i. e. Cronanus parvus 694
e Cualgniis originem trahens, (obiit.)
Donaldus filius Avini, Rex Alcluidensis, mortuus est. Obitus Cronani de Balna. (6)

K. Finds mc Duneadha mc Aedha Slaine, Ri. Er 7 Bresal *fils e jugulati s.t* i cath ac Greallaigh Dollaith do Aedh mc Dluthaig Ri. Fearceal mc Aill. mc Aedha Slaine (¶) 7 do Chongal mac Conaing mc Congail mc Aedha Slaine. *Quies* Mind Bairind Ab. Achaigbbo—

K. Finachta filius Donchadi, filii Aedhi
Slanensis, Rex Hiberniæ, et Bresalus 695
filius ejus, jugulati sunt in prælio apud Greallach-dollath, per Aedhum filium Dlutagi, Regem per Fercaliæ, filium Alildi, filii Aedhi-Slanensis, et per Congalum filium Conangi, filii Congali, filii Aedhi Slanensis—Quies parvi Barini Abbatis Achhaboensis.

Moling Luachra andso ar Find.sa—

Ba dir san do Finacht, indiu laighidh
cro lighe—
Nom be la siru inine—

Im Dilse da boraime—Adomnan cec.

Molingus Luachræ hæc scripsit de Fiannachtao Rege—

Heu! durum id Finachtao, ut hodie
debilis, virtute deficiente—
Occisus esset ab inimicis, postquam
remisisset bis tributum boum—
Adamnanus cecinit—

---

(‡) "*Nepos Faelain,*" Chron. Scot.
(§) "*cath ⁊. a. fi. Pantae.* Pluvia sanguinea in Lagenia fluxit." ib.
(¶) "*o Aedh mc Dlutaig mc Ailla m. Aedha Slaine.*" ib.

(5) De hoc Brideo vide supra ann. 681, 686. Post *Nechtani*, lege regnat. Nennius in Gratiano L. p. 94.

(6) Hoc anno Ecbertus, Anglus, ex Hibernia discedens, ubi sacris studiis operam dederat, in Germaniam ad Frisones et Saxones convertendos proficisci voluit. Sed eo impedito, Willibrordus, in Hibernia similiter institutus, et xi Socii ejus, ex Hibernia ad Rhenum enavigantes, opus istud egregie spatio paucorum annorum perfecerunt. Bed. l. 5, c. 10.

A. C.

Finsa mc Duncadha ro maith, mor do naem—
Tri l. ced bo slabraidh, is gach bo con a laeg.

Fianachte fili Donchadi optimi, ingens erat tributum tuum—
Ter 50 centenæ boves, catenis assuetæ, et quævis bos cum sua vitula comitante.

Moling cc
In bern for sin bith Finsa—Imo reith dis rig radhae—eadh con deth cernsa do chuill atas ro laice nis radha.

Molingus cecinit
Prælium in quo occisus est Fianachta—
Post pacem bis initam Regiam—(7)

Marbh Taidhg mc Failbe in glend in croccind. Loingseach *regnare incipit.*

Occisio Thadæi filii Falbei in valle Crocind. Longsechus regnare incipit.

696 Kl. *Jugulatio* (¶) Conaill Crandomna. Findghaine mc conecn mri Ri Mumhan *mortuus.* Aill. mc conecn mri r. Muman. Fergal Aidne mc Artgaile (*) 7 Fianamail mc Maenaig *m.* ?. Lochene mend .i. dume ecnaidh Abb Cilledara *jugul.* ? Cumeni Mogdorna *pausad.* ɔgal. mc ɔaing m ɔgaile m Aedha Slaine *m.* ?. Muiredhach Muilletan R. ɔs *an.* ....

Kl. Jugulatio (8) Conalli-crandamna. Fingineus filius Conni-cen-mathair Rex Momoniæ moritur.—Alildus filius ejusdem Conni Rex Momoniæ moritur. Fergalus Adneensis filius Artgalii, et Fianamal filius Maenagi, mortui sunt—Lochenius parvus, Vir doctus, Abbas Kildarensis, jugulatus est. Cumineus Mogdornensis obiit. Congalus filius Conangi filii Congali filii Aedi Slanensis mortuus est. Muireadhach Muilletan Rex Connaciæ annis . . . .(9)

(¶) "Jugul *Domhnaill mc Conaill,*" &c. Chron. Scot. Annal. Ult. 695, æræ C. 696.

(7) Scripta sunt versus isti S. Molingi, Idiomate vetusto Poetarum Hibernensium, quod *Bearla Filidhe* dicebatur. Aliorum esto sensum eruere—Verba ad literam translata vix ullum sensum referunt—Res gestæ ad quas respiciunt sunt istæ—S. Molingi intercessio ne amplius adigerentur Lagenienses ad solvendum Boum tributum, quod eis imposuit Tuathalius, ut supra memoratur a Tigernacho, pag. 29, et Remissio istius tributi concessa a Rege Fianachta, intercedente S. Molingo, itemque mors Finachtai.

Censum illum boarium fabulose enarrant alii. Gracianus Lucius inquit—"Constabat ex *quindecies mille* bobus, "totidem suibus, totidem velaminibus, totidem vervecibus, totidem catenis argenteis, totidem lebetibus æneis, "vel cupreis, tam capacibus, ut eorum singulos magnitudinem lebetis Teamorici, in quo 12m. boves, totidem-"que sues una coquebantur, exæquare oportuerit. His adjungebantur 30 candidæ vel rubræ boves, quarum "singulas suus vitulus, colore matri conformis, comitabatur. Totidem etiam ænea vincula, quæ boum, sub tecto "stabulantium, colla, et alia totidem etiam ænea, quæ pedes eorum, dum mulgerentur, astringerent. Hanc "mulctam a *Tuathalio Magno* Rege primum irrogatam, quotannis Lagenienses 40 Hiberniæ Regibus, e "Tuathalii stirpe procreatis, pendebant." Cambr. evers. pag. 76!

(8) "Jugul. *Domhnaill* filii *Conalli Crandamhni.*" Annal. Ult. ann. 694, æræ C. 695.

(9) Ab hoc Rege Connaciæ, Reges isti, et eorum posteri, *Clan Muredaig* non raro appellantur, uti notant Chron. Scot. infra pag. 221, Colganus, et alii. Muredachus is *Fergalo Adneo* successit, ut supra, et infra ad ann. 702—Chron. Scot. Fergali obitum ad hunc annum referens, ait—"*Fergal mc Ardgail m. Guaire Aidhne m. e.*"

A.C.

697

Kl. Tarachin ar na scrisf asa flaithius—Fearcar fota mor. Adomnan tuc recht leisa in Erind an bl. sea. Imairec c.nela u. (MS. Fol. 12.) cec. Feradhaig mc Mailedoit. Moling luachra *dormivit .i.* im Britonen. 7 Ultu *vastav.t campum* Muirtheimne.

Kl. Tarrachin expulsus e regimine. Fercarus longus moritur, (in Dalriada Albanica) Adamnanus rediit cum pace hoc anno in Hiberniam. (10)—Prælium Crounchæ ubi cecidit Feradhach filius Maeledotagi. Molingus Luachraensis Monasterii Abbas, obiit, i. e. inter Britones, et Picti Hiberniæ vastaverunt Maritima (i. e. agri hodie dicti Louth.)

698

Kl. Cath i Telaigh Garraist i Fernmaigh u cec. Concobur macha mac Mailedui ri na nairt. 7 Aed Oiread righ Dalaraidhe. Cath et. *Saxones* 7 *Pictos u. cec. filius* Bernith *q. dicebat'* Brechtraig. M. Forandain *Ab.* Cille dara.

Kl. Prælium in arabilibus regionibus Garrastiorum, in Fernmagia, ubi ceciderunt Concobarus-Macha filius Maeleduni Rex Arteriorum (i. e. Orientalium) et Aed-Oired Rex Dalaradiæ—Prælium inter Saxones et Pictos, ubi cecidit filius Bernithi, qui dicebatur Brechtraig. (11) Mors Forandani Abbatis Kildarensis.

699

Kl. *Philippicus anno uno 7 mens. vi. reg. Bovina strages in Saxonia.*

Kl. Philippicus anno uno et mensibus vi regnat. (12) Bovina strages in Saxonia.

700

Kl. *Accensa est bovina mortalitas in Hibernia Kl. Febr. in Campo* Trego, i Tebhta. (†) *Q.ies Anacoritæ* Aedha o

Kl. Accensa est bovina mortalitas in Hibernia Kalendis Febr. in campo Trego in Teffia.—Obitus Anachoretæ Aedi de

(†) " i *Muig Breagh a Teathbha.*" Chron. Scot.

(10) Ad Hiberniam iterum revertisse, septem annis saltem ante obitum suum, indicat Vita antiqua Giraldi, Maioensis, quæ narrat S. Adamnanum " rexisse Ecclesiam istam annis *septem* post obitum Giraldi, volumina " conscribi faciens, atque manu propria librum quatuor Evangeliorum scribens. Campanas etiam ad reverentiam " Ecclesiæ fabrifaciens. *Inde ad Ionensem pervenit Abbatiam*, et ibi feliciter obiit, et in Christo sepultus est."

Notat Usserius ex dictis metachronismo errare Annal. Ult. ad ann. 731, æræ C. 732, ubi inquiunt S. Giraldum eo anno obiisse. Et certe ambo consistere nequeunt; et Annales potius quam Vitam Giraldi corrigendos esse, indicat Adamnani mora in Hibernia, ab anno 697 usque ad ann. 704. Anno enim isto, Borealium Hibernorum plurimos, et fere omnes qui ab Hiiensium Dominio pendebant, in Connacia, Ultonia, et Insulis adjacentibus, ad Romanum Paschalis observantiæ ritum perduxit. Bed. l. 5, c. 16, et l. 5, c. 22.

Post Pascha Canonicum in Hibernia servatum, anno 704, Hiionam reversus, obiit die 23 Octobris anni istius, vel anni 705, Abbas nonus, cui successit *Conainus* filius Falbei, *decimus*, annis vi, (Bed. l. 3, c, 16, et 22,) usque ad ann. 710. Vide notam supra ad ann. 692, et infra ad ann. 704 et 705.

**An. M c ix.** Kl. *enn. for ainai, ac iv uathaid furri, 7 bliadain tanaisi fuir bis. ac. an vi bl. x.x ar C. ar M. o incollogud. Cuirmc ua Etersceoil* m. e. *In t Epscup ua Ruaduisa* q. in Xpo. *Cerball ua Harractain* q. in Xpo. *Mc Cerbaill ua Ciarmecc* m. e. *Sadb ingen ua Conchobair Ciarraige* q. *illismor fo buaid ailitre ocus a terge. Enna m. Diarmata ri Laigen* m. e. *Sluaged la Terdelbac ua Conchob. i Laignib co tuc giallu Lagen, 7 u Censelaig, 7 co tuc a mc i riga Atacluid. Crech beagail la cenuil Conail i Connachtaib daraes. Mor argain do Connachtaib itir Conail co ructatar ruith boiboth. Crech la m. Ruadri fein i Mumain co riacht Monaimoir co tuc brait, 7 bogabu. Ua Dubda ri ua Amalgada do badud co lucht da carach immaile fris. Coblach la mc Ruadri, acus a t . . . sigect du Murcertaig.* [Kal. Jan. die jejunii, et ivta lunæ, et annus IIdus post Bissextilem, et VItus annus et XXmus supra MC ab Incarnatione. Cormac O'Etersceoil mortuus est. Episcopus O'Ruidiusa quievit in Christo. Cerbal O'Harrachtan quievit in Christo. Filius Cerballi O'Ciarmec mortuus est. Sadba filia O'Conchobari Ciarragiæ quievit apud Lissmoriam mœrore peregrinationis, et peccatorum. Enna filius Diarmitii Rex Lageniæ mortuus est. Exercitus cum Tordelbaco O'Concobar Lageniam, et abstulit obsides Lageniæ, et Censelachiæ, et evexit filium suum ad regnum Dublinii. Exercitus prædatorius cum Tirconnallensibus Connaciam postea. Magna strages Connachtensium in Tirconnallia, donec dederunt boum tributum. Exercitus cum Roderico ipso Momoniam usque ad regionem Monemoriæ, donec abstulit captivos et boum prædas. O'Duffi Rex Amalgadiæ dimersus cum gente duarum navicularum secum. Classis cum filio Roderici et . . . . per Murchertachum.]

**An. M c x.** Kl. *enn. for Sadurdac, 7 xv forri. Cormac m. m. Carthaig ri Desmumain do athrigad do n uib n Echaib fen, co necuid illismor, 7 co dernait urbada mora daes. Sluged la m. Ruadri co riact co Chorcaic, 7 co ruc giallu Munnech, imd Innsulich ri locha Len. Impoth do Chonchobor u Brian, 7 do*

*Tairdelbac da bratair for m. Ruadri, co tuc sat Chormc a Lissmor, 7 co tuc sat rige Muman do. Murcath ua Segdai, 7 in Gilla mantach ua Falbe, 7 Catal ua Catuil* j. s. *Murcertach ua Murcerthaig ri Lochu-Len, 7 da mc Taidg mc mic Carthaig, ·i· Dondcad 7 Donall, 7 ua Caim do innarba i Connachtaib. Cath do cur do Ultaib eturrru fen co torcratar a da rig ann. Edon ua Matgamna, 7 mac Dundslebe co dergar Ulad. Sluged l. m. m. Lochlaind in Ultaib co tarat giallu Ulad. Gilla Crist ua Maileoin Ardcomarba Cl. m. nois, cainell eanaig, 7 derci Lethecuinn* i. Xpo. q. *Lactnan m. Concailli* m. e. *Gilla Crist ua Dubdui do cenuil Eogain elaig* m. e. *Maelsechnaill ua Cineda* j. e. *Murcertach ua Cinaeda rigdamna ua Liatain* j. e. *Coblach la mc ind Innsulig u Murcertaig a hucht m. Ruadri co inis Catig, coro brissi set araill do loggaib Matgamna ua Conchobuir Ciarraige, 7 co ro gaib ua Concobuir Corcumruad luing doib soin, 7 co ra marb a for ind an Chathal c. derg ua Domhnaill . . . . rig ua n Echach, 7 in . . . mc Gollsci . . . .* [Kal. Jan. die Sabbati, xvta lunæ. Cormac filius filii Carthagi Rex Desmoniæ expulsus e regno per Eachios suos, et ivit Lissmoriam, et factæ sunt vastationes ingentes postea. Exercitus cum filio Roderici per regiones usque Corcagiam, et abstulit obsides Momoniæ cum Innsuligio Rege Lacus Lene. Insurrexerunt Concobar O'Brian et Tordelbac, duo fratres, contra filium Roderici, et abstulerunt Cormacum Lissmoriam, et dederunt regnum Momoniæ ei. Murcath O'Segda, et Gildas edentulus O'Falbeus, et Cathal O'Cathal jugulati sunt. Murcertach O'Murchertaig Rex Lacus Leniæ, et duo filii Thadei filii filii Carthagi, et O'Caim expulsi Connaciam. Prælium inter Ultonienses invicem, in quo occisi sunt eorum duo Reges Edon O'Mathgamna, et filius Dunslebii, et vastata est Ultonia. Exercitus cum filio filii Lochlini Ultoniam, donec dederunt obsides Ultonii. Gildas Christus O'Malone summus Vicarius Cluanæ mac nois, lumen munificentiæ et eleemosynarum Septentrionalis Hiberniæ, in Christo quievit. Lachnan filius Conalli mortuus est. Gildas Christus O'Duffi de Tironensibus Elagiis mortuus est. Maelsechnal O'Cennedi jugulatus est. Murcertach O'Cennedi futurus Rex O'Liathanorum jugulatus est. Classis cum filio Innsuligii O'Murcertaig, contra filium Roderici usque Insulam Cathaig, et fractæ sunt plures e navibus Mathgamni O'Conchobar Ciarragiæ, et comprehendit O'Concobarus Corcomroensis navem e navibus istis, et occisus est ibi Cathal dictus *rubræ-manus*, O'Donnell . . . . Rex Eachorum, et . . . . filius Gollsci . . . .]

**An. M c xi.** Kl. *enn. for Domnuch, 7 xxvi furri. Aed ua Cerbaill ri Eoganacht locha Lein domarbad do uib Man . . 7 d ui Bruin a fill. Turus la Donnchat m. m. Carthaig, 7 la m. Indsulig ua Murcerta . . . .* [Kal. Jan. die Dominica, et xxvi lunæ. Aed O'Carroll Rex Eoganachtæ Lacus Lene occisus ab Hy-Maniis et Hy-Bruniis dolose.—Iter Donnchadi filii filii Carthagi, et filii Insuligii O'Murcerta . . . ]

**An. M c xii.** Kl. *enn. . . . 7 ix bl. ar xx ar C. ar M. o inchol.* [Kal. Jan. . . . . et ixnus annus supra xx supra MC ab Incarnatione.] *Gilla Mocutu ua Rebacain Comarba Mocutu* [Vicarius Moctei] mortuus est.—*Maelbrigte ua Flannain an tuasal Senoir illismor Mocutu* q. [Venerabilis Sacerdos apud Lissmoriam Moctei quievit.] *Maelbrenain ua Rebacain* quievit. *Ua Increosan Comarba Senain* [Vicarius Senani] mortuus est. *Cellach Comarba Patraic.* [Celsus Vicarius Patricii] quievit in *Ardpatraic Mumain,* 7 sepultus est *illismor. Cumglun. m. Donnchada u Eochada ri Ulad, i tich tened o. e. o Ultaib* [Rex Ultoniæ. in domo combusta occisus est per Ultonienses.] *Maidim la feraib Fernmuige for aertur Mide in ramarbad Flannan Cellaich ri Breg,* 7 al. m.lti. *Samrad te isin bl. sa in ra trumac sat uisce Eren, 7 ra bi . . . Crech mor la Concob m. m. Lochlain in Ulteib. Arcan Inse Taite la Ultu in ra marbit gel m. m. Lochlaind, 7 . . . Cainellainn,* 7 al. m.lti. *Crech mor la Ultu in Dalnaraide. Da in Crech sin ra marbad ua Amrain acc anmus Comcaill. Bas rig Aelig m. m. Lochlaind,* i. e. *Magnais. Mathgamain ua Briain* q. [Victoria parta per Fernmoyenses de Orientali Midia, in qua occisus est Flann-Cellach Rex Bregiæ, et alii multi. Æstas torrida anno hoc, in quo exsicatæ sunt aquæ Hiberniæ, et fuit . . . . . . . . . . . . Exercitus ingens cum Concobaro filio filii Lochlini in Ultonienses. Devastatio Insulæ Taite per Ultonienses in qua occisi sunt obsides filii filii Lochlini, et . . . . Canellan, et alii multi. Exercitus magnus cum Ultoniis, in Dalnaradiam. Per exercitum istum occisus est O'Amran, cum vituperatione Comgalli. Mors Regis Alichiæ, filii filii Lochlini, i. e. Magnusi. Mathgaman O'Brian quievit,] et sepultus est *ic* [apud] *Lissmore Mocutu.*

**An. M c xiii.** Kl. *enn. for cetain, 7 xviii furri. Maccraith ua Concobuir mac rig Ciarraige Luachra domarb. Argain tened ar macc Cathbairr u Domnaill i Cill* m. *n Enain. Ar fer Murian in Albain. Maidim Catha la Conchob. m. m. Lochlaind la cenel Eogain for Ultaib, 7 ro gab a giallu ra taib . . . .*

[Kal. Jan. die primi jejunii, et xviii lunæ. Maccrathius O'Concobar filius Regis Ciarragiæ juncosæ occisus. Destructio ignea cecidit super filium Cathbarii O'Donnel in Ecclesia filiorum Euani. Strages Virorum maritimorum in Albania. Victoria in prælio (parta) per Concobarum filium filii Lochlini, et per Tironenses de Ultoniis, et obtinuerunt eorum obsides simul cum . . . . . . . . . .

### Cætera desunt usque ad An. M c lx.

An. M c lx. Kl. *enn. for aine*, 7 *xx forri*, 7 bissextilis annus, 7 secundus in Decennovenali Ciclo, 7 millesimus centesimus sexagesimus ab Incarnatione Domini. Ab exordio vero mundi quinque millia et xcii anni. *Concubar m. Domnaill u Anmcada* occisus est a filiis fratris sui. *Aed ua Honsin Ardeps. Connacht* quievit in Xpo.

An. M c lx i. Kl. *enn. for Domnuch*, 7 *I for ri.* Millesimus C. sexagesimus 7 unus annus ab Incarnatione Dni. Ab exordio vero mundi quinque millia xciii. Tertius in Decennovenali Ciclo. *Aed ua Caiain domarbad la Tuadamain* [occisus a Thomoniis.] *Aed m Amlaib ua Donchada Ardri Ceneoil Legaire*, 7 *Eoganachta locha Lein domarbad* i. t. t. Kl. Jul. *ar ai la ti Inis Greni i cetain* vero *ari lati Sachtmann. Maelsechnall mc Cellachain . . . nell gascid na Desmuman* o. e. in eod. loco. *Maelbreind ua Ronain Ardeps iartar h Erend in mc og, cancrabad derce iartar Erend*, m. e. *in Ecinis.* [Aed filius Amlafi O'Doncha summus rex Clientelæ Laegarii, et Eoganachtæ lacus Leniæ, occisus tertio Kal. Julii . . . . . . . Maelsechnall filius Cellachani Palæstra præstantissimus Desmoniæ occisus est in eodem loco. Maelbrenanus O'Ronan Archiepiscopus Occidentalis Hiberniæ, castimoniæ clarus, præcipuus pietate Eleemosynarius Occidentalis Hiberniæ, mortuus est in Ecinis] Kl. Octob. 7 sepultus est in *Ardmacha*. *Domhnall m. Maelruanaed ri ceneoil . . . 7 cossnaid ua n Eachach, 7 a mc, domarbad la hu Muthgamna.* [Rex Clientelæ . . et Defensor Eachorum, et ejus filius, occisi ab O'Mahono.]

An. M c lx ii. Kl. *enn. for luan*, 7 *xii for ri. M. C. xxxii* (lege lxii.)—*Donchad ua Cinaeda* quievit in Xpo *i Cluanuama*. *Dondcad m. Dondcada do chumrech la m. Cormaic*, 7 *aelad as in chuimruch sein focetoir.* [Donchad filius Donchadi Conventionem habuit cum filio Cormaci, et se subduxit clam ex ista conventione sine mora.]

An. D c lx iii. Kl. *enn. for mart, 7 tres xx forri. Murchertach ua Dondchada ri Eoganachta* occisus est. *Mac Find ua Cerbaill* occisus est. *Murchad ua Cennethi* occisus est. *In t Epscop ua Lagenain Comarba Elbi* [Vicarius Albei] quievit in Xpo in *Imlig. Doncad m. Doncada ua Cartaig cainnell aenig, 7 engnaa, 7 bagi Desmuman domarbad affill la m. Cormac ua Cartaig* [Donchad filius Donchadi O'Carthi lucerna munificentiæ, et liberalitatis, et benevolentiæ Desmoniæ, occisus dolose a filio Cormaci O'Carthi.]

An. D c lx iv. Kl. *enn. for cetain, et iv forri. Maelsechnall m. Domhnaill ua Cartaig do impud ar m. Cormaic, 7 crech in Gilli caich u Carmec do denam do, 7 a brith do leis in Eoganacht locha Len. Mc Cormac 7 Desmuman do tinol ar a ammus co ro gabsat longport engrencaib innadaig sein, coro as debaid etru, coromarbad Domhnall m. Domhnaill and,* 7 alii. *Sid do denamh iarsein . . . . andaga do argain du Congali in tansin. Ua Congall do argain iarsin conar fac a bec a cri tri firt Dc 7 Faitlind. Tardelbach ua Briain ar creich tria drium ingin coruc bu imdai lais. Comarba Ailbi a mac* o. e. [Kal. Jan. die primi jejunii, 7 iv lunæ. Maelsechnall filius Donaldi O'Carthi convertit se contra filium Cormaci, et deprædatio Gildæ cæci O'Carmec facta per eum, et captus est ab eo, et ablatus usque Eoganachtam lacus Lene. Filius Cormaci, et Desmonia impetum faciunt improviso in eum, et castrametantur apud Grencab contra eum, et gestum est prælium inter eos, et occisus est Donaldus filius Donaldi ibi, et alii. Pax inita postea. Dagadii vastati a Congallis eo tempore. O'Congalli vastati postea, ita ut non relinqueretur . . . . . . per miracula Dei et Fathlinnii. Tordelbac O'Brian ivit prædandum . . . . . . . . . . et abstulit boves plurimos secum. Vicarius Albei ejus filius occisus est.] *Comarba Mulaca* occisus est. *Amlaib m. meic Amlaib u Chindfaelad, 7 a brathar domarbad.* [et ejus frater occisi.]

An. D c lx v. Kl. *enn. for aine, 7 xv forri. Murcertach m. Tairdelbaig do impud ar a athar, 7 rigi Tuadmuman do gabail do, 7 Tairdelbac do dul i Cildalua, 7 issaide collesmoir i tech meic Cormaic co tuc braigdi do an sin. Mc Domhnaill ua Cartaig do inarba illaignib. Concub. ua Diarmata* o. e. *Dondcad m. Taidg m. Domhnaill do dallad. Gilla na Trinnoti ua Dalaig Ollam Desmumhain* o. e. *Morsluaged la Ruadri ua Concubar, 7 la Murcertach m. Tairdelbaig i Desmumain coro marbad Gilla Ailbi ua Dedaid leo. Dondcad m. Cennetig u Cinfaelad* o. e. *Flaithbertach ua Domnaill* o. e.—

*Senguala do loscad, 7 a tempul, 7 daim imdai.* [Kal. Jan. die jejunii, et xv lunæ. Murcertach filius Tordelbachi insurgit contra suum patrem, et regnum Thomoniæ arreptum ab eo, et Tordelbach ivit Cildaluam, et inde Lissmoriam in domum filii Cormaci, et dedit captivos ei ibi. Filius Donaldi O'Cartaig expulsus Lageniam. Concobar O'Diarmata occisus est, Donnchad filius Thadei filii Donaldi oculis orbatus. Gildas Trinitatis O'Daly Poeta supremus Desmoniæ occisus est. (1) Ingens exercitus cum Roderico O'Concobar, et cum Murcertacho filio Tordelbachi Desmoniam, et occisus est Gildas Albeus O'Dedad ab eis. Donnchad filius Cennethi O'Chinfaelad occisus est. Flahertac O'Donnell occisus est. Senguala combusta, et ejus Ecclesia, et domus plurimi.]

**An. M c lx vi.** Kl. *enn. for Sath, 7 vi forri. Comhthinoll Clerech Lethi Moga co Lessmor im Legait, 7 im in da Epscop dec archena, go nernad Senad leo andsin, 7 go b. nachad in tempul leo. Gilla meic Aiblen ua h Anmchada Comarba Brenaind* q. i. Xpo. *Maelsechnaill m. Domhnaill u Cartaig domarbad la mc Cormaic. Eochud m. Duindsleibi ri Ulad n Eochada do dallad la mc Lochlaind. Muircertac m. meic Lochlaind ri h Erend domarbad la ua Cerbaill, 7 la h Ergiallaib. Diarmait m. meic Murchada ri Laigen do innarba dar muir sair ar n impod do Gallaib Athacliath, 7 do Laignib foar. Ferna do loscud. Ruadri ua Concob. do Gabail rigi Erend.* [Kal. Jan. die Sabbati, et vi lunæ. Conventio Ecclesiasticorum dimidii Moghæ, i. e. dimidii Australis Hiberniæ, Lismoriam, cum Legato, et cum duodecim Episcopis similiter, donec fecerunt Synodum ibi, et consecraverunt Ecclesiam. Gildas filius Ablenii O'Anmchada Vicarius Brendani quievit in Christo. Maelsechnal filius Donaldi O'Carthi occisus a filio Cormaci. Eochaid filius Dunslebii Rex Ultoniæ Eochadorum oculis orbatus est a filio Lochlinni. Murcertach filius filii Lochlinni Rex Hiberniæ occisus ab O'Carroll, et ab Argialliis. Diarmitius filius filii Murchadi Rex Lageniæ expulsus trans mare ad Orientem, insurgentibus Alienigenis Dublinii, et Lageniensibus, contra eum. Fernensis civitas combusta. Rodericus O'Concobar obtinet

---

(1) Vide quæ de hoc Poetâ dicta sunt in Prolegomenis.

regnum Hiberniæ.](1) Johannes Cardinalis venit ad Hiberniam.

**An. M c lx vii.** Kl. *enn. for Domhnuch, 7 vii huath forri. Diarmait m. Murchada do tiadacht tharis annall, 7 u Censelaig do gabaill do.* [Kal. Jan. die Dominica, et viima Lunæ. Diarmitius filius Murchadi venit rediens e locis transmarinis, et Regio Censelach obtenta ab eo.] (2)

**An. M c lx viii.**—(3)—*Murchertach m. Taerdelbaig u Briain* o. e. *la Conchobar mac meic Conchobuir u Briain, 7 in Conchob. isein domarbh du celain dia tri la ar sain, 7 ara mora ar cena do chur do thuma etarru fein. Enna m. meic Murchada do dallad la h Ossraigi. In t Epscop ua Cerbaill* q. i. Xpo. *illismor. Domnall m. Tairdelbaig do gabail rige Tuadmumain. In Gilla Lethderg ua Conchob.* o. e. *Brian m. Tairdelbaig u Briain do dallad la Domhnall ua Brian.* [Murchertach filius Tordelbaci O'Brian occisus est a Conchobaro filio filii Conchobari O'Brian, et Conchobarus iste occisus est a servis post tres dies postea, et cædes plurimæ factæ similiter . . . . inter se. Enda filius filii Murchadi oculis orbatus ab Ossoriensibus. Episcopus O'Carroll quievit in Christo Lissmoriæ. Donaldus O'Tordelbac obtinet regnum Thomoniæ. Gildas Lethderg O'Concobar occisus est. Brianus filius Tordelbachi O'Brian oculis orbatus a Donaldo O'Brian.]

---

(1) Eadem habent ad eundem annum IV Magistri.

(2) Diarmitius de quo hic agitur, is est cujus ope Angli plurimas Hiberniæ regiones sæculo 12mo subegere. Rodericus vero ultimus fuit Rex Hiberniæ Hibernicæ originis.—Hoc anno, ut scribunt IV Magistri, civitas Ardmachana deplorando incendio combusta est, a cruce S. Columbæ ad crucem S. Eugenii, et inde ad crucem portæ Rathensi affixam, cum Ecclesiis intermediis, excepta summa Basilica SS. Petri et Pauli. Ex alia etiam civitatis parte, omnia ædificia quæ erant inter duas longe dissitas cruces S. Secundini et S. Brigidæ periere.—Eodem anno Mauritius O'Lochlin Rex Hiberniæ Eochodii Regis Ultoniæ oculos erui mandavit, et Donchad O'Carrol Rex Orgialliæ eum, ob violatam pacem, cum 9000 armatorum aggressus, apud *Letterluin*, in celebri Ultoniæ saltu dicto *Fiodh hua n Echach*, interfecit.—Synodus habita est anno hoc in oppido *Athbuidhe Tlachtga* per Rodericum O'Concobar Regem Connaciæ, qui, mortuo Mauritio O'Lochlin, supremus Hiberniæ Rex renunciatus est. "Interfuere in eo conventu *Gildas mac Liag* Hiberniæ Primas, *S. Laurentius O'Tuathail* (O'Tool) Lageniæ Archiepiscopus, *Cadla*, seu Catholicus *O'Dubhthaig*, Archiepiscopus Connaciæ, *Eochodius O'Dunsleibhi* Rex Ultoniæ, *Diarmitius O'Maeleachlin* Rex Midiæ, *Tigernanus O'Ruairc* Princeps Breffniæ, *Donnchad O'Cearbhcoil* (O'Carrol) Rex Orgialliæ, *Reginaldus* Reginaldi filius Rex Dublinii, *Donchad O'Foelan* Princeps Desiorum, et alii multi, cum tredecim millibus equitibus et 6000 peditibus Connaciæ, 4000 Brefnensibus, 2000 Midensibus, 4000 Orgialliis, 2000 Desiis, et 1000 Alienigenis Dublinii." Ita *IV Magistri.*

(3) Desunt hic notæ chronicæ, et anni initium, quod meo periculo inserui, quia aliter rationes temporum minime convenirent.

An. M c lx ix. Kl. enn. *for cetain*, 7 *xxix for ri. Donnchad ua Cercaill ri Airgiall* m. e. [Kal. Jan. die primi jejunii, et xxix lunæ. Donnchad O'Carroll Rex Argialliæ mortuus est.] (1) *Dondchad m. Mailsechnaill meic Cellechain* occisus est. *Murchad ua Donnchada* mortuus est.

An. M c lxx. Kl. *enn. for dardain, 7 x forri. Ar mor ur Gallaib Puirtlairg lais in loingis Allmarig. Port lairge do argain do na h Allmarcaib g. gabsat f-bas an, coro tinol sat Desmuman, 7 m. Cormc, co cured ar na n Allmair. leo. Cathal ua Doncada, 7 Ragnall ua Rigbardain, 7 mac Imair u Cathail domarbad do na h Allmarchaib andsein. Mc Murchad, 7 na Gall cetna do argain Athacliath. Midi uli itir Chill 7 Tuaith d argain, 7 do loscud do na h Allmarcaib beos. Cocad mor ettir Tuadmuman, 7 Connachtaib.* —[Kal. Jan. die inter duo jejunia, et x lunæ. Strages magna Alienigenarum Waterfordiæ, a classe transmarinorum.—Waterfordia vastata a transmarinis, qui obtinuerunt eam expugnatam, donec venerunt Desmonii et filius Cormaci, et facta est strages transmarinorum ab eis.—Cathal O'Donchad, et Ragnall O'Rigbardain, et filius Imari O'Cathal, occisi a transmarinis ibi. Mac Murchad et Alienigenæ iidem devastant Dublinium. Midia tota, tam Ecclesiæ quam Sæcularia, vastata, et combusta a transmarinis pariter. Bellum magnum inter Thomonios et Connachtenses.]

An. M c lxx i. Kl. *enn. for aine, 7 xxi forri. Diarmait m. Murchada ri Laigen* m. e. *Domnall ua Focarta* o. e. *Eammanach ua Ruairc domarb. i cath la Gallaib glassa. Mac na perisi do tidac in h Erind go ro gab ac Purt-largi gonnecaid m. Cormaic 7 m. Tairdelbaig in a theg endsin, 7 assein do go Athcliath go ra bi fri re in gemrid in sin.* Petrus *Eps Cluana ferta Bren. do badud isin tenaim* i. sex Kl. *Enair.* [Kal. Jan. die jejunii, et xxi lunæ. Diarmitius filius Murchadi Rex Lageniæ mortuus est. Donaldus O'Focarta occisus est. Eammanach O'Ruarc occisus in prælio ab Alienigenis viridi coloris. Filius Imperatricis venit Hiberniam, et terram obtinet apud Waterfordiam, et ierunt filius Carthagi et filius Tordelbachi in ejus castra ibi, et inde profectus est Dublinium, et mansit ibi durante hyeme.(2) Petrus Episcopus Cluanfertæ Brendani dimersus in Senano 6to Kal. Januarii.]

---

(1) Obitum ejusdem Donnchadi O'Carroll referunt IV Magistri ad ann. 1168.
(2) Angli primo in Hiberniam irruerunt, hortante Diarmitio filio Murchadi Rege Lageniæ, anno 1169.

An. ℳ c lxx ii. Kl. *enn. for Saturnd, 7 aile huath for ri. Donend mor isin bl. sa coromarb ur mor cruid fer n Erind.* [Kal. Jan. die Sabbati, et prima lunæ. Inundationes ingentes hoc anno, ita ut occiderent numerum magnum dolendum virorum Hiberniæ.] *Mac meic Domhnaill ua Briain domarb do* [occisus per] *mac u Conaing i* [apud] *Cluain Comardai. Tigernan ua Ruairc domarb la Gall* [occisus ab Alienigenis.] *Gilla Eda* Eps. *cen crabaid Erend* [Præcipuus Religiosorum Hiberniæ] quievit in Xpo. *Muiredach h. mc Ceallacain* mortuus est.

---

Primus appulit Robertus Stephanides mense Maio, prope Wexfordiam. Postridie Mauricius de Prendelgast. Mox ab appulsu literas miserunt Diarmitio, undecimo Maii datas, ut notat Giraldus. "Robertus *Stephani* filius cum 130 militibus de proximis et alumnis suis, nec non et aliis 60 loricatis, "sagittariis quoque pedestribus quasi 300 de electa Gualliæ juventute, circa Cal. Maii in tribus navibus apud Banum applicuit. In eadem comitatu *Herveius de Monte Maurisco* explorator potius "quam expugnator advenit. In crastino vero vir probus et strenuus *Mauritius de Prendelgast*, Stephanidem sequens, in Dermitii auxilium, cum x militibus et sagittariis plurimis, ibidem in duabus "navibus applicuit. Cum igitur in Insula *Banuensi* subductis se navibus recepissent, nunciis ad "Dermitium missis, nonnulli ex partibus maritimis confluxerunt. Murchardides autem cum viris "quasi quingentis, præmisso Duvenaldo naturali ejus filio, ad eos statim ovanter accessit." Exp. Hib. c. 3, p. 761 et 2.

Postea anno 1170 Richardus *Strongbow*, Comes Penbrochiæ, aliquando *Striguliæ*, et *Chepstow* Comes dictus, Waterfordiam cepit die 25 Augusti.—Tum Hiberniæ Magnates "Convocato apud Ardmacham totius Hiberniæ Clero, et super Advenarum in Insulam adventu tractato diutius et deliberato, tandem communis omnium in hoc sententia resedit, peccata scilicet populi sui, eoque præcipue quod Anglos olim tam a mercatoribus quam a prædonibus atque pyratis emere passim, et in servitutem redigere consueverant, Divinæ censura vindictæ hoc eis incommodum accidisse, ut et ipsi quoque ab eadem gente in servitutem vice reciproca jam redigantur. Anglorum namque populus, adhuc integro eorum regno, communi gentis vitio, liberos suos Venales exponere, et in Hiberniam vendere consueverant. Decretum est itaque prædicto Concilio, ut Angli ubique per Insulam servitutis vinculo mancipati, in pristinam libertatem revocentur." Girald. Expug. Hibern. l. 1, c. 18, p. 770.

"Henricus 2dus Rex Angliæ Waterfordiam appulit in vigilia Festi S. Lucæ anno 1171, cum "classe navium 240." *IV Magistr.* ad ann. 1171. Item *Hoveden*, *Stow*'s Chronicle, Lond. 1631, p. 152. *R. de Diceto* in x Script. Lond. 1652, p. 558. Mirum itaque in re tam nota errasse *Lelandum*, cujus verba sunt—" The King's forces were landed on the feast of S. Luke in October "in the year eleven hundred and seventy-*two*." Leland's Hist. 4to, v. 1, pag. 68. Dubl. 1773, editio Auctoris! In eundem errorem incidit *Gough* in Camdeno, vol. 3, p. 468! In ipso itaque limine titubantes, et in *rebus præcipuis*, quid in minutioribus sperandum sit accurate scriptum, quid critico acumine ad trutinam revocatum, vix divinari relinquunt.

**An. M c lxx iii.** Kl. *enn. for luan,* 7 *xiii for ri. Tidm mor* i. h. anno, *corro marb lan mor do dainib.* In *t. epscop ua Meicstia Comarba Aelbi* q. i. Xpo. *Leismoir d argain do Gallaibglassa. Cathal ua Domhnail,* 7 *mac Torgair domarbh do na Gallaib cetna beos. Tadg ua Care domarb la Gal.* [Kal. Jan. die Lunæ, et xiii lunæ. Contentiones magnæ hoc anno, ita ut occisi fuerint plurimi homines. Episcopus O'Meicstia Vicarius Albei quievit in Christo. Lissmoria vastata ab Alienigenis viridis. Cathal O'Donnel, et filius Torgarii occisi ab Alienigenis iisdem præterea. Thadeus O'Care occisus ab Alienigenis.]

**An. M c lxx iv.** Kl. *enn. for mairt,* 7 *xxiv for ri. Gilla meic Liac Comarba Patraic* q. in Xpo. *Sluaged la Gallaib glassa go tancatar in h Eli coro tinolsatar Domnall ua Briain* 7 *Tuadmum. gu Durlus u Focarta coro cuired cath etarru, co romaid ar Gall. Glassa in cath,* i. q. Dcc l. paulo plus ceciderat. *Constapla Puirt Lairgi* c. ducentis aliis ceciderat *la Gall in duni fein* . . . . [Kal. Jan. die Martis, et xxiv lunæ. Gildas Mac Liag Vicarius Patricii quievit in Christo. (1) Exercitus cum Alienigenis viridis venit in Eliam, et congregaverunt Donaldus O'Brian et Thomonii apud Durlus Focartorum, et gestum est prælium inter eos, et victoria parta est de Alienigenis viridis in prælio, in quo 700 vel paulo plures ceciderunt. Constabularius Waterfordiæ cum 200 aliis cecidit occisus ab Alienigenis in propria Arce.]

**An. M c lxx v.** Kl. *enn. for cetain,* 7 *v for ri. Sluaged la Domhnall ua Briain in Eoganacht locha Lein,* 7 *assaide i Ciarraige coro arcestar cella Ciargi. Mac Taidg u Briain* 7 *Mathgamain u Briain do dallad la Domhnall*

---

(1) Hic est Gildas ille Mac Liag de quo plura habentur in Prolegomenis, ubi de ætate Codicis Harleiani Hibernici IV Evangeliorum disserui. "Obiit anno ætatis 87, Christi 1174, die 27 Martii, feria quarta post Pascha, postquam Dorensi Monasterio annis 16 in munere Abbatis, ac postea Metropoli Ardmachanæ, in officio Primatis Universæ Hiberniæ, 38 annis præfuisset."

Ita IV Magistrorum Annales ex Authore quodam coævo qui res tanquam visas, exacte observavit. Dominica enim Resurrectionis anno 1174, quo Gildam hunc, die 27 *Martii, feria quarta post Pascha,* obiisse referunt, incidit in diem 24tum Martii, ergo et subsequens *feria quarta* in diem 27m ejusdem mensis, quo S. Gildæ natalem celebrari refert etiam Marianus Gormanus in suo Martyrologio Hibernico, eodem sæculo scripto, paulo post mortem Gildæ, itemque Cathaldus Maguir, et Martyrologium Dungallense MS. apud Colganum.——Porro Gildæ hujus temporibus plura concilia in Hibernia habita fuisse testantur IV Magistri ad annos 1148, 1152, 1157, 1158, 1162, 1167, 1170.

*ua Briain. M. Cormaic do gabail da mc fein, 7 osslucud de fochetoir, 7 braighdi dar a chen, 7 a eran fein do gabil do* p.t . . . *Imar m. Mailmoraid* o. e. *Gaill-glassa do dul ar Luimnech. Doncad ua Conchobuir Ciaraige* o. e. [Kal. Jan. die primi jejunii, et quinta lunæ. Exercitus cum Donaldo O'Brian in Eoganachtam lacus Lene, et inde Ciarragiam, et vastaverunt Ecclesias Ciarragiæ. Filius Thadei O'Brian et Mathgaman O'Brian oculis orbati a Donaldo O'Brian. Filius Cormaci captus a filio suo, et liberatus est confestim, et captivi facti propterea, et terras suas obtinet postea. Imar filius Maelmoradi occisus est. Alienigenæ virides proficiscuntur Limericum. Donchad O'Concobar Ciarragiæ occisus est.]

**An. M c lxx vi.** Kl. *enn. for dardain, 7 xvi for ri. Maelduin ua Clochuai* q. i. Xpo. *Gaillglassa, 7 m. meic Murchada, 7 ua Gillai Patraic do tiacht o Athcliath gu Luimnech, 7 assin i Muscraige edda go ro arcsedar Belach Atha 7 Cuilemni. Mc Cormac do denam sida friu, 7 braigti Deismuman do acbail doib aiggi. M. Cormac do gabail da mc fein, 7 Conchobur ua Domhnaill, 7 Maccraith ui Suiliubain, 7 Gilla na neam ua Duinlebi,* 7 al. m.lti o. s. c. his. *Cormac do gabail rigi Dessmumain. Gaillglassa do facbail Lumnig, 7 a muiriud la Tuadmain fochetoir* p.t. *Cormac m. Diarmata ua Chartig ardri Desmuman do marb a fill,* [Kal. Jan. die inter duo jejunia, et xvi lunæ. Maelduin O'Clochua quievit in Christo. Alienigenæ virides, et filius filii Murchadi, et O'Gildas Patricius venerunt a Dublinio Limericum, et inde Muscragiam Eddæ, et vastaverunt Belachatha et Culemni. Filius Cormaci conciliat pacem inter eos, et captivi Desmoniæ relicti ab eis ei. Filius Cormaci captus a filio suo, et Conchobar O'Donnel, et Macrath O'Sullivan, et Gildas Sanctorum O'Dunlevi, et alii multi occisi sunt cum his. Cormacus obtinet regnum Desmoniæ. Alienigenæ virides derelinquunt Limericum, quod destruxerunt Thomonii confestim postea. Cormacus filius Diarmitii O'Carthag supremus Rex Desmoniæ occisus dolose,] et pater ejus postea regnavit. *Machar ua Finniacain* quievit in Xpo. *Corc ua Murcertaig* occisus est.

**An. M c lxx vii.** Kl. *enn. for Sathurn, 7 xxvii forri. Corcach do inriud la m. m. Domhnaill ua Charthaig, 7 la Gallaib glassa. Forbais la Milid Cocain 7 la m. Stemni i Corcaig. Turus la budin dib go h Achaddaeo gora badar da la, 7 da edchi inti, 7 assin go Corgag aris doib. Iarsin doib arommus Phuirt-*

*lairge go ro thinolsatar na Gedil cucu illanairde Lismor go ro marbait ule* pene. *Coccad mor itir Tuadamain, 7 Desamum* i. h. anno, *go ro fassiged o Lumniuch co Corcaig, 7 o chlar Dairimor go cnoc Brenain itir chill, 7 tuaith go rancatar i mc Caillai, 7 u Liathain in iarthar h Eren, 7 go rangatar Eoganacht locha Lein go Ferdrum in uibh Eachach, 7 gorangatar Ciarigi Luachra, 7 Tuadamain, 7 gorancatar i Chonaill, 7 i Charbri go h Eoganacht locha Lein. Turus la Domhnall ua Doncada 7 la Culean ua Culean la mathib Dessmuman ar creich na machiri go tucsatar bu imdai leo. Sid do denamh do m. m. Cartaig, 7 du i Briain* p.t. [Kal. Jan. die Sabbati, et xxvii lunæ. Corcagia vastata a filio filii Donaldi O'Carthi, et ab Alienigenis viridis. Expugnatio Corcagiæ per Milerum de Cogan, et per Fitz Stephen. Peregrinatio facta ab ambobus eorum usque Achadoe, et manserunt ibi duobus diebus et noctibus, et inde Corcagiam iterum ab eis. Postea proficiscuntur præ timore Waterfordiam, donec congregaverunt Hiberni contra eos in limitibus Lissmoriæ, et occiderunt omnes pene. Bellum magnum inter Thomonios et Desmonios in hoc anno, donec vastaverunt a Limerico Corcagiam, et a planitie Derrimorense usque montem Brendani, tam Ecclesiastica quam Sæcularia, et vastaverunt regionem filiorum Callai, et Liathanios in Occidentali Hibernia, et vastaverunt Eoganachtam lacus Leniæ usque Ferdrum in regione Eachorum, et vastaverunt Ciarragiam juncosam, et Thomoniam, et vastaverunt Conallios, et Carbreos usque Eoganachtam lacus Lene. Iter Donaldi O'Donchada, et Culeani O'Culean, et Magnatum Desmoniæ, ad deprædandum planitiem, et abstulerunt boves plurimos secum. Pax inita a filio filii Carthagi, et ab O'Briano postea.]

**An. M c lxx viii.** Kl. *enn. for Domnuch, 7 ix forri.* [Kal. Jan. die Dominica, et ix lunæ.] *Conchobar ua Donchada domarb.* [occisus.] *Murcertach m. m. Donaill u Charthaig domarbad a fill la* [occisus dolose per] *Ua n Eterscceoil. Domnall ua Donchada r. Eoganachta, 7 ua n Echach,* occisus est. *Cormac m. Mailsechnaill m. Donaill ua Cartaig* occisus est. *Ed ua Nochtai* quievit in Xpo.

**An. M c lxx ix.** Kl. *enn. for luan, 7 xx forri. Mac Find u Etersceoil* occisus est. *Ardferta Brennain do loscud.* [Ardferta Brendani combusta.]

**An. M c lxxx.** Kl. *enn. for Mairt, 7 oen huath forri.* MCLXXX mus annus ab Incarnatione Dni. nri. Ab exordio vero mundi quinque Millia

cix.—*Daronad isin bl. so gnim is mor tocrad do Chleirchib h Eren huli, ·i· Inis Faithlind do arcain do Maelduin m. Donaill hu Doncada ocus hir ra bi inti d immas segulda ar comirge an Enib, 7 a Clerech, 7 a Tempul cossecartha do brith do lais. Rothechaim cn or 7 arget scringeda, 7 brattu, 7 mathu Jarmumman, cennach re mechad do Dia na do dainoib lais, acht nir leic trocaire De do daine domarb, no aitime eclastacda, l. libru do lomrad as in pharthus in Tamligthech. Ardferta Brenain do arcain do chlaind Charthig, 7 cacha fuaradar de chrud beo inti rucsadar leo. Romarsadar daine mathi imda ar lar an ennd, 7 a relgi. Acht is doig ro digail Dia sain, ar romarbait sochaidai dibseoin ro h arcit fochetoir. Conchubur ua Cellaig r. ua Maine* o. e. *Muirgius ua h Edin r. ua Fiachrach* o. e. [Factum est hoc anno facinus valde nocivum Clero Hiberniæ totius, i. e. Inisfalen (Monasterium) vastatum est a Malduino filio Donaldi O'Donchad, et quidquid erat in eo divitiarum sæculi sub protectione ejus Patroni, et Cleri, et Ecclesiæ consecratæ, direptum est ab eo. Diripuit ejus aurum, et argentum Scriniorum, et divitias, et bona Occidentalis Momoniæ, absque ulla reverentia debita Deo aut hominibus. At non permisit misericordia Dei ut homines occideret, vel Ecclesiæ clauderet, vel libros dissiparet ex .... Cæmeterii. Ardferta Brendani vastata a clientela Carthagi, et quidquid invenerunt armenti vivi ibi abstulerunt secum. Occiderunt Magnates plurimos in ipso medio Asyli et ejus Cæmeterii. At cito vindicavit Deus id, nam occisi sunt plurimi istorum qui vastaverunt confestim. Concobar O'Kelly Rex Hy Maniæ occisus est. Murgisius O'Hedian Rex Fiachrachorum occisus est.

**An. ꝑ c lxxx i.** Kl. *enn. for dardain, 7 xii for ri. Murchertach m. Taide m. Cellachain domarbad, 7 Murchad a brathair do dallad. In Legait ua Tuathail* q. i. Xpo. *Cath et. Connachta 7 Chenel Conaill.* [Kal. Jan. die inter duo jejunia, et xii lunæ. Murchertach filius Thadei filii Cellachani occisus, et Murchad ejus frater oculis orbatus. Legatus O'Tool quievit in Christo. Prælium inter Connachtenses et Tirconnallenses,] in quo multi nobiles Connachtorum ceciderunt.——"Laurentius O'Tuathail Archieps quievit in Xpo."—*(Hæc manu recentiore.)*

*Deest hic unum folium, continens res gestas ab anno* 1181 *ad ann.* 1190.

* * * * Ultima verba anni 1189 sunt—*Conchobur Moenmugi r. Connacht* [Rex Connaciæ] occisus est. *Concobar ua n Jarmada* occisus est postea. *Coctha mora, 7 galara, 7 donen mor isin bl. so.* [Bella ingentia, et morbi, et inundationes magnæ in anno hoc.] *Amlaib ua Falbi* occisus est.

**An. M c xc.** Kl. *enn. for luan, 7 h oen xx for ri. Gaillglassa do dul ar crech go Durrus, 7 crech mor di thabart doib as. Domhnall m. meic Carthig, 7 Desumu di brit orru, 7 maidm ar na Gallaib, 7 da ced domarb. ann im mac Cinnchulin, 7 in crech d impoid. In Simon dec issin bl. so. Sid maith isin bl so itir Tuadhamain 7 Dessamain.* [Kal. Jan. die lunæ, 7 xxi lunæ. Alienigenæ virides eunt prædandum usque Durrus, et præda rapta ab eis inde. Donaldus filius filii Carthagi, et Desmonii assequuntur eos, et victoria parta de Alienigenis, et 200 occisi ibi cum filio Cinnchulini, et præda reparta. Simonius obiit anno hoc. Pax bona anno hoc inter Thomonios et Desmonios.]

**An. M c xc i.** Kl. *enn. for Mairt, 7 h eliuathaid for ri. Muirchertach m. Cathail u Dir domarb. la Gallaibglassa affill. In t Abb. m. Mugi* q. i. Xpo. *Geathach mor issin bl. so go ro bris templu, 7 tigi, 7 caillti, gor chuir ar mor ar dainib, 7 ar chroa fer n Eren im gech sin. In t Eps. ua Muarcertaig* q. i. Xpo. [Kal. Jan. die Martis, et ultima lunæ. Murchertach filius Cathaldi O'Dir occisus ab Alienigenis viridis dolose. Abbas filius Mugii quievit in Christo. Ventus magnus in hoc anno confregit Ecclesias, domos, et sylvas, et fecit stragem magnam hominum et armentorum Hiberniæ, simul cum cæteris istis. Episcopus O'Murcertaig quievit in Christo.]

**An. M c xc ii.** Kl. *enn. for cetain, 7 xiii forri. In t Eps. ua Mongaig* q. i. Xpo. *Legalecht Erenn do tabart du Enni, 7 Senad mor do denam du Enni go Maithib h Erenn immi in Athcliath, 7 Imlech do loscud isin bl. si con a tempul. Ar mor la hua Briuin ar Gallaib ac Ath Durlais ua Focharta. Casstel imda do denam ar feraib Muman issin bl. so. Chrechta mora inenci la Gallaib ar Thuadamain. Machtamain ua Murcertaig mc Muirethaig domarb du ib Echach issin bl. cethnai beos. Do chuad Fingen mc meic Chartaig on n Ecclais fris Tuaith* [Kal. Jan. die 1mi jejunii, et xiii lunæ. Episcopus O'Mongag quievit in Christo. Legationis Hiberniæ officium datum Enneo, (i. e. Viviano,) et Synodus magna habita per eum, cum Magnatibus Hiberniæ secum, apud Dublinium, et Imlecensis civitas combusta anno hoc cum sua

Ecclesia.—Strages magna facta per O'Brianos de Alienigenis apud vadum Durlassiæ O'Focartorum. Arces plurimæ constructæ per regiones Momoniæ anno hoc. Deprædationes magnæ simul factæ ab Alienigenis in Thomonia. Machtaman O'Murchertaig filius Murethagi occisus ab Eachiis in anno eodem præterea. Ivit Fingin filius filii Carthagi ab Ecclesia ad statum sæculi,] sine consilio Monachorum et Clericorum.(1)

**An. ℗ c xc iii.** Kl. *enn. for . . . 7 xxiv for ri. Castel Briguiss do denam la Gallaib go gomentaid i Brian,* ut al. dic.t, 7 *do lot Desmuman ass . . . . .* [Kal. Jan. die . . . . et xxiv lunæ. Castellum Briguis constructum ab Alienigenis, ut alii dicunt, et ierunt Desmonii inde. . . . . . . .]



(2)

[Nemo honoratur sine nummo, nullus amatur.]

*Domnall ua Connairchi Esp. Jarmuman* [Episcopus occidentalis Momoniæ] quievit in Xpo. *Cadthal O'Dur mc Cellachain meic meic Carthaig domarb hi fill do* [occisus dolose per] *Domnall m. m. Carthaig* in hoc anno, 7 alii multi. *In brecc ua Murchertaig domarb da brathair* [occisus dolose a suo fratre.]

**An. ℗ c xc iv.** Kl. *enn. for Saturn, 7 v huath forri. Fingen m. m. Carthaig do impuen ar a brathair, 7 a brathair da gabail fochetoir a hathli na crechi dedenchi da roni for Ciarraige, 7 ar ua Nieda. Domnall ua Briain r. Muman* m. e. i. h. anno, 7 *a mc do gabail rigi fochetoir dareis. Murchertach m. Domhnaill u Briain do dallad do Gallaib a fill. Tadg m. Mathgamna u Briain domarbh do Gallaib i Cassiul ar cnech in Legaid 7 Phatraic. Gilla Ailbi ua Caim, 7 a brathair domarbh do Gallaib tria chettugud m. meic Carrthaig.* [Kal. Jan. die Sabbati, 7 quinta lunæ. Fingen filius filii Carthagi

(1) Hoc anno Rodericus Rex Hiberniæ, missa in Angliam Legatione, ab Henrico 2do conditiones accepit, quarum exemplar edidit Rymerus, Fædera tom. 1, p. 41. Instrumento præfigitur Titulus "Finis et Concordia quæ facta fuit apud Windeshoveres in Octavis S. Michaelis, anno ab incarnatione Dni 1175, inter Dominum Regem Angliæ H. filium Matildis Imperatricis, et Rodericum "Regem Connactensem, per Catholicum (O'Duffy) Archiepiscopum Tuamensem, et Cantordem "Abbatem S. Brendani, et Magistrum Laurentium Cancellarium Regis Connactensis." An. 21. H. 2. *Ex Ben. Ab in Biblioth. Cotton.*

(2) Hæc scripta sunt Characteribus Oghamiis, eodem manu et atramento quo totus Codex usque ad ann. hunc.

insurgit in fratrem suum, et frater ejus captivus factus extemplo in vindictam propter prædas ultimas ab eo factas de Ciarragiis, et de O'Niadis. Donaldus O'Brian Rex Momoniæ mortuus est in hoc anno, et ejus filius obtinet regnum confestim post eum. Murchertach filius Donaldi O'Brian oculis orbatus ab Alienigenis dolose. Thadeus filius Mathgamni O'Brian occisus ab Alienigenis in Casselia, etsi esset sub præsidio Legati et Patricii. Gildas Albeus O'Caim et ejus frater occisi ab Alienigenis, cum licentia filii filii Carthagi.]

**An. M c xc v.** Kl. *enn. for Domnuch, 7 xvi forri. Issin bl. sin tanic Cathal crobdearc r. Connacht i Mumain, gur a disgilestar Castelu imda, gia ra hadnuagit daridissi, 7 ra suil cach gumnisduil fed gullu uli don turus sein, 7 ro dalgudic fac daridissi, 7 ni tanic. Isin bl. cetna tanic Pilip an cerra taris daridissi. Isin bl. cedna is marb O Conuinc Epscop Cillidalua ar na innarba don Legait assa archius. At tig ingin i Brian attbath, aggus a Corcuig ra adninced. Meas mor issin bl. seo gu cotcheann suen.* Quies *Domnaill u Finn* Ab. *C.ferta Brennin.* [Kal. Jan. die Dominica, et xvi lunæ. In hoc anno venit Cathaldus rubræ manus Rex Connaciæ Momoniam, et expugnavit ac confregit Castella plurima, quæ renovata fuere iterum, et transiit per omnia munimenta Alienigenarum omnium in isto itinere, et abiit iterum, et non reversus est. Anno eodem venit Philippus scabiosus, i. e. Philippus de Wighorn, e locis transmarinis iterum. Anno eodem occisus est O'Conuincius Episcopus Kilaluensis, postquam expulsus esset a Legato ex ejus gubernaculo. In domo filiæ O'Briani occisus est, et in Corcagia sepultus. Messis abundans anno hoc generaliter. Quies Donaldi O'Finn Abbatis Cluanfertæ Brendani.]

**An. M c xc vi.** Kl. *enn. for luan, 7 xxvii forri.* Millesimus centesimus nochagesimus sextus annus ab Incarnatione Dni. *Donnchad O Donnagan domarbhad du Brian O'Dondchad tria cettugud Fingin mec mec Carthaig.* [Donnchad O'Donnagan occisus a Briano O'Donchad cum permissione filii filii Carthagi.] Dominus vindicet hoc factum. (1)

---

(1) Quamvis plura alia habeantur in hoc Codice usque ad ann. 1215, quæ ab eodem auctore scripta dicuntur, tamen ab istis abstinendum putavi, non solum quia a proposito alienum est Res Hibernicas ab Anglorum adventu gestas attingere, verum etiam quod res ab anno hoc descriptæ alia manu exaratæ sunt. Cætera ab anno 1215 ad annum 1319 ab alio Auctore recentiore scripta fuisse alibi indicavi *Testimonia*, supra p. 1.—Vox *vindicet* indicare videtur Auctorem respexisse futura contingentia, et forsan vixisse anno hoc.

## *DE INSCRIPTIONE OGHAMIA.*

In libro Ballimotense, a 500 annis exarato, quem a Ballimotense Regulo sibi comparavit *Aedh-dubh ua Domhnaill* anno 1552, prætio boum 400, ut supra monui p. xiv, hæc habentur.

"*Fiachra mac Eocha Muighmeadon righ Er do guin san g cath ro shroin for Muineachuibhe* "*i Geaenrc. Aecc dia gonaibh iar tteacht go hui mac Uais Midhe. Ro cladh a leacht, 7 ro laigh a* "*fheart for air scriobh a ainim Oghaim.*" [Fiachra, filius Eochi Muigmedonii Regis Hiberniæ, vulneratus est in prælio quod gessit victoriose contra Momonienses apud Caonry. Obiit a vulneribus postquam pervenit usque regionem Uasiorum in Midia. Constructus est ejus tumulus, et erectum Saxum sepulchrale, cui inscriptum est nomen ejus literis Oghamiis.]

Regnavit Rex iste ab anno 358 ad 366, et gestum est prælium istud anno C. 380.(1)

De vocis Ogham origine docti discrepant. Omnes autem in profundissimæ antiquitatis tenebris involutum esse fatentur. Primus vocem istam memorat Lucianus in Hercule Gallico, ubi inquit *Celticam* esse,—" Herculem Celtæ lingua *vernacula* Ogmium vocant, senemque fingunt, qui ho-" minum ingentem multitudinem trahit, omnes ab auribus revinctos. Vincula quibus id facit " tenues sunt catenæ, auro electroque confectæ, pulcherrimis monilibus assimiles, quibus perforata " summa Dei lingua, unde catenularum summas anses Pictor necteret, ex hac illos trahi facit alacres, " ducentem laudantes, ultro festinantes omnes, et, quod antevertere velint, vinculum laxantes, per-" inde quasi graviter læturi si solverentur. Hæc ego diu constiti intuens...... Sed *Celtus* quidam " astans, gentis illius ut puto Philosophus, Ego tibi, inquit, hospes, Picturæ istius ænigma explicabo. " Orationem nos *Celti* nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verum " illam Herculi tribuimus, quia Mercurio longe robustior fuit. Ab auribus vinctos ad linguam tra-" hit hic Hercules, nempe *Oratio*.... Nos Herculem quidquid egit, id *Oratione* confecisse, utpote " virum sapientem, et pleraque persuasione sibi subegisse dicimus. Hactenus Celtus, atque hinc " Hercules a Celtis *Ogmius* dicitur."(2)

Quod si vocis etymon spectemus, non is sum qui ad linguas peregrinas Lectorem referam, ut sola pronunciatione, vel orthographia, similitudinem quandam captans, meipsum aliosve decipiam. Illud autem rationi consentaneum est, ut non aliunde vocis Celticæ originem et sensum quam ex ipsa lingua Celtica expiscare debeamus, eodem modo quo vocum Hebraicarum sensum ex lingua Hebraica ipsæ Sacræ Scripturæ derivant, (3) et quo plurimæ voces antiquissimæ tam Græcæ quam Latinæ, quæ in istis linguis nihil significant, in Hebraica, Chaldaica, aliisque antiquissimis linguis plene et plane intelliguntur.

Rowlandus vocem *Ogham* in Wallica lingua ignotam esse declarat, et nullibi gentium jam usurpari nisi in sola Hibernia, (4) in qua Vox *Og* Poetam significat, ut "*innilibh Og*" [tribus tota Poetarum.] Vox hæc in genitivo scribitur *Og*, ut "*O Duinn fer na n ergna n Og*," [O'Dun vir scientissimus Poetarum.] Eandem vocem, utpote antiquitate pene obsoletam, O'Clerius aliis recentioribus explicat in Vocabulario sic, "*Oc ·i· fil, ·i· innilibh Oc, ·i· iomadh na bhfileadh.*" [Oc, i. e. Poeta,

---

(1) Vide Prolegom. pag. liii et cvi, ex Tigernacho, Coemano, Eochodio, et Flanno.

(2) Luciani Opera Græco-Lat. Varior. Amstelod. 1687, t. 2, p. 365-6-7. Confer Acta Acad. Regiæ Dublin. v. 1, Antiq. p. 4, et Archæol. vol. xiv. Lond. 1803, p. 244.

(3) Genesis ii, 7, et iii, 20.

(4) Mona Antiq. Lond. 1766, p. 110.

ut multitudo Poetarum, alias, tota tribus Poetarum.] (1) Eandem vocem iisdem verbis explicat ex Clerio Llhwydus in Archæologia, et Avus quondam meus, in nota marginale MS in Exemplari Stowense Vocabularii Hibernici, inquit, "*Ogma* nomen proprium viri, quod sapientem significat et "fortem, ut *Ogma Grianan* Sapiens Solaris, et hinc Ogmius Hercules inter Celtas." (2)

Ad eandem radicem refertur vox Hibernica *Uighe* Scientia, ut "*gan uighe gan intleacht,*" [absque peritia absque ingenio.] Item *Uighe* Poema, *Oige* Poema, vel ipsa Poematis compositio.(3) Unde *Og-Ham*, vel *Og-Cham*, est Scientia *Chami.* Habemus itaque in lingua Hibernica radicem vocis *Ogham*, non longius petitam, non a Sinensibus, vel a Japonensibus, sed ex ipsa lingua Ceitica, quæ primæva est, et abundat antiquissimis vocibus, tam religiosis quam historicis, quæ ab eodem fonte Druidico derivantur, unde Religio *Baalim* in Insulis Britannicis derivanda est. Accedit quod Druidum ordo, quorum unus vocem *Ogham* Luciano explicare conatus est, in Insulas Britannicas a Phœnicibus originem habuisse dicendus sit. Euphorion in Stephano Byzantino inquit Minervam a Phœnicibus *Ogkam* appellari. Hesychius eam ita appellari inquit in Thebaide. Antiquissimam esse hanc Minervæ appellationem demonstrat in Mythologicis Bannier, et a voce Hibernica *Ogham* derivari, Keysleri auctoritas manifeste confirmat. (4) Bochartus docte demonstrat linguam Celticam quam multa habuisse Vocabula Punica sive Hebraica antiquissima, ut indicant Deorum, dignitatum, et officiorum nomina, quæ licet non probant linguam Celticam fuisse Punicam, vel Phœniciæ dialectum, nam Galli cum Pœnis non agebant absque interprete,(5) tamen aperte probant, sive per crebra commercia, sive per Phœnicum colonias, quas ubique terrarum miserunt, multa vocabula Punica apud Gallos in usu fuisse, quod et de Wallis et Hibernis testantur Usserius, (6) Borlaseus, Baxterus, et doctissimi Anglorum. (7)

Nomina vetusta Deorum Ethnicorum Hiberniæ erant plane Punica, ut *Baal*, *Baal-Samen*, *Grian*, *Re*, *Carn*, *Cromh*, *Tin*, &c. In fragmentis Sanchoniathonis, quos ex Punica lingua traduxit Philo-Biblius, et servavit Eusebius, legimus *Bel-Samen*, i. e. Cœli Dominum, et *Zopha-Semen*, i. e. Cœli Contemplatorem, præcipuos fuisse Phœnicum Deos. Atqui ii fuere pariter Dii præcipui Ethnicorum Hiberniæ, (8) nec ab alio fonte vox Celtica *Ogham* derivanda videtur, quam ab eo unde derivatur vox vetustissima Hibernica *Grian* Sol, unde Homeri Apollo *Grynæus*, et vox *Carn* Agger sacer, et *Carneach* Sacerdos, unde *Dea Carnea* Latinorum, itemque vox *Draoid* Magus, unde Druida, aliæque plures ad Punicas origines referendæ, ut alibi indicavi. (9)

Taceo de oratione Punica Hannonis in Plauti Pœnulo, quia etsi a crassioribus mendis purgata exhibeatur a Petito et Bocharto, valde tamen corruptam et incertam esse necesse est, nec minus detorta sunt verba Hibernica quæ cum iisdem collata exhibentur. (10)—His penitus sepositis, plane constat tam literarum quam Druidicæ Religionis initia, a Phœnicibus ad Europeos, annis 1500 ante

---

(1) O'Clery *Senasan nuadh, na focloir dfoclaibh crusidhe,* i. e Vocabularium Vocum difficilium Hibernicarum. Lovanii 1643, p. 100. (2) O'Brien Vocab. Hibern. Exemplar Stowense, p. 372-3.

(3) Vocab. Hibern. pag. 504, ibid not. marg. Confer Bullet Mem. sur le Langue Celtique a Besancon, fol. 1760, t. 3, p. 314, et Mac Curtin Irish Dict. Paris, 1732, p. 714.

(4) Keisler Antiq. Celt. Confer Observ. on the Alphabet of the Pagan Irish. Archæol. t. 7, No. 31.

(5) Bochart ibid. (6) Primord, c. v, ubi de voce *Caer* Civitas.

(7) Borlase's Cornwall. Baxter's Glossary. Llhwyd Archæol. Davis Welch Dict. Postel. l. de 12im Linguis. Boxhorn Orig. Gal. c. 7. (8) Dissert. de Relig. Ethnicor. Hiberniæ, et Prolegom. p. lix, lxxix, et xciii.

(9) Ibid. (10) Essay on the Antiq. of the Irish Lang.

natum Christum profluxisse. (1) Cadmum, Thebis in Ægypto oriundum, regnante *Ogugo*, literas ibi didicisse antequam in Græciam navigaret, scribunt Nonnus et Herodotus, qui præterea inquit, Iones, antiquissimos Græciæ incolas, literas a Phœnicibus didicisse, et se vidisse inscriptiones, quibus nihil habuit Græcia antiquius, quæ apud Thebas Bœotias in Templo Apollinis servabantur, et literis *Cadmæis* incisæ erant, antiquis Ionicis similes.(2) Sed cujus formæ fuerint nescimus.

Cadmum non alium fuisse opinor, quam *Hamum* Noemi filium, a quo Ægyptiorum Jupiter *Ammon*, et terra ipsa Ægypti terra *Hami* et *Chami*,(3) et Phœnicia terra *Chanaan*, et Carthago ipsa *Cadmeia* appellata est.(4)

Alii Cadmum Ægyptium fuisse scribunt, alii Chaldæum. Ignoramus etiam quis fuerit Phœnix, cum alii pariter Ægyptium fuisse scribant, alii Chaldæum.(5) Quis literarum inventor fuerit nemo hactenus indagavit. Plinius, collatis invicem antiquorum testimoniis, *æternum* esse literarum usum opinatur; neque gentes ante Diluvium absque literis fuisse credendum est.

A Noemi filio *Hamo*, dicto *Chamo*, *Cadmo*, *Hammone*, et *Amone*, literas Chaldæis traditas fuisse, a Chaldæis Phœniciis et Ægyptiis, et a Phœniciis Celtis, omnia quæ manent vestigia demonstrant. Literas Druidis Britannis notas fuisse celebre J. Cæsaris testimonium declarat,(6) et Phœnicum commercia cum Insula Sacra *Ierne*, prope Britanniam sita, Hannonis ipsius verba ab Avieno servata testantur.(7) Hinc vetustissima Hibernorum traditio, *Fenium-fear-Saoidhe*, i. e. Fenium Virum Sapientem, Scotorum Majores duxisse ab oriente Ægyptum, unde transiere Africam et Iberiam, et postea Hiberniam, et literas eis docuisse dictas *Bethluisnion an Ogham*. (8) Itaque etsi Pœnuli interpretatio Hibernica penitus rejicienda esset, vel quia Scribarum errores decipiunt, vel quia recta vocum pronunciatio nos fugit, vel propter mutationes quas linguæ fere omnes subire coguntur, vel demum propter peregrina vocabula quæ in Pœnorum linguam irrepsere, cum tamen Religio *Baalim* absque dubio in Insulis Britannicis extiterit, et cum traditio prædicta a mille et amplius annis scripta sit, ac versibus servata vetustissimis Hibernorum, nullam video rationem cur vox *Ogham* non sit ab iisdem originibus repetenda. Ægyptiorum characteres ab initio *lineis rectis* descriptos fuisse, indicant etiam figuræ Hieroglyphicæ quæ ubique ad lineam rectam accedunt.

Quod si objiciatur characteres Oghamios longe distare a Phœniciis; subveniat antiquissimos Phœnicum et Ægyptiorum characteres desiderari. Ipsi Hebræi suarum literarum formam et

---

(1) Scaliger ad Euseb. n. 1617. Plutarchi Sympos. l. 9, Problema 2 et 3. Gibbon Decl. and Fall, v. 1, c. 1, p. 25, et not. 83, p. iv. Lond. 1776. Bochart Geog. Sacr. v. 1, p. 325.

(2) Herodot. Terpsichore c. 58, ed. Wesseling, p. 398.

(3) Jacob accola fuit in terra *Cham*. Psal. civ, 22.

(4) " Cadmus's father Agenor is represented by Nonnus (l 3, c 23, p 481,) as residing at Thebes in Egypt in the " reign of King *Ogugus*. Here it was that he learned the characters attributed to him, which he carried to Sidon and " Syria, where he reigned in conjunction with Phœnix before he passed into Greece, as Eusebius states in his Chro- " nicle. From the Greek islands he passed into Lybia, where he is said to have founded 100 cities *far West* in " Africa. But the achievements attributed to Cadmus, like those attributed to Perseus and Hercules, were not of " one person or of one age, but of the Phœnician Colonies."—Bryant Mythol. t. 2, p. 143.

(5) Omnia quæ de Cadmo feruntur fabulis involuta sunt. *Cadmus* unum est ex nominibus Mercurii.

(6) " Disciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc qui diligentius eam " rem cognoscere volunt, plerumque illo *discendi causa* proficiscuntur," &c. Cæsar de Bel. Gal. l. 6, c. 13.

(7) Vide Annal. Ulton. Annot. p. 161, et Prolegom. p. xxxvii, xlii, lx.

(8) Confer Fiechi Sleptensis poema Hibernicum Sæculi 6ti editum a Colgano, cum Maelmurii fragmentis metricis Sæculi ix in Prolegomenis pag. xxvi, xxxviii, xlii, lxiii, lxxiv, lxxxviii, et cum Codice *Psalterio Cassil* ab 800 *annis exarato*. Astle Orig. of Writing p. 120.

linguam ipsam in captivitate perdidere; literæ enim Samaritanæ editæ a Waltono, antea erant Hebraicæ, utroque populo communes; Esdras autem, post reditum, Sacros Codices literis Assyriis, seu Chaldaicis, populo magis notis, describens, priores Samaritanis dereliquit.

At etsi formas in captivitate perdiderint, in usu tamen antea fuisse nemo negabit.—A pari extitere ab initio formæ Cadmeiæ, nunc deperditæ et ignotæ, quæ procul dubio simplicissimæ fuere, et rectilineæ ni fallor, ut omnes fere figuræ antiquissimæ Ægyptiacæ, quæ lineis rectis plerumque depictæ visuntur, quod amicus doctissimus *Zoega*, in Opere egregio de Obeliscorum Origine, notavit. (1)—Ardua imprimis res est rerum inventores indagare.—Ut dicam quod sentiam, minime arridet doctissimi viri sententia, qui literarum originem refert ad Ægyptios, non alia certe ratione suffultus, nisi quia *Obelisci* antiquissima sunt inscripta generis humani monumenta. Literarum inventio, ut reliqua quæ spectant ad antiquissimas rerum origines, latuerunt Græcos Romanosque Scriptores æque ac nos, et sonos pingere res videtur ita difficilis, atque ita extra communem cogitationum tramitem posita, Zoega ipso fatente, ut vix putemus aliunde quam ab ipso Cœlo originem habere potuisse. Ea etiam apparet inter omnium Alphabetorum elementa affinitas, ut ad communem omnibus originem referri posse videantur. Prætereaquod omnes gentes, quas antiquitus Alphabeto usas novimus, unum terræ tractum continuum occupavere, Mare Mediterraneum circumjacentem, et in Orientem inde porrectum. Qui ulteriora tenuerunt, utpote literarum expertes, Barbari dicebantur. Quod ad *Runas* attinet, ii qui ingentem eis tribuunt antiquitatem egregie refelluntur a *Joh. Ihre*, in Dissertatione de Runarum in Suecia antiquitate, ubi negat evinci posse probabili aliquo argumento, quod Runæ ullæ extiterint ante Sæculum Christi quintum, nec aliud esse Runas asserit, quam literas Latinas Septentrionalium gentium usui accommodatas, quod et *Zoegæ* auctoritate confirmatur.

Antiquissima rerum humanarum memoria quam gentes exhibent, ea est quam Observationes Astronomicæ Chaldeorum præbent, quas Beli Sacerdotes Alexandro obtulere, laterculis coctilibus incisæ, quo tempore ingens Beli templum, in media Babylonia situm, bimestri 10,000 hominum labore restauravit.(2) Observationes istæ retro ductæ ascendunt ad annum centesimum a Diluvio, ante Babyloniam ab Alexandro captam 1903. Earum meminere Ptolomæus, et Hipparchus, æque ac Plinius. (3) Periere autem characteres, neque possumus ex Chaldaicis quæ extant asserere antiquiores non fuisse formæ longe diversæ, Herodoto testante antiquas literarum formas immutatas esse et deperditas.(4) Nec mirum, cum nostra ætate Shuckfordus corrupte ediderit inscriptiones

---

(1) Romæ in folio, 1797. Sect. 4, p. 464, &c. p. 498, &c. p. 525, &c. p. 550, &c. Traité de Diplom. t. 1, p. 603.

(2) Porphyrius apud Simplicium in Comment. in l. 2 Arist. c. 46.

(3) " Literas semper arbitor Assyrias fuisse. Sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. . . . . Anticlides in Ægypto invenisse quemdam nomine Menona tradit, xv annis ante Phoronæum, " antiquissimum Greciæ Regem, idque monumentis approbare conatur. E diverso Epigenes apud Babylonios Dccxx " annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptos docet, gravis auctor in primis; qui minimum Berosus " et Critodemus ccccxc annorum." Plin. l. 7, c. 56. ed. Harduin v. 1, p. 415. Porphyrius annorum fuisse scribit 1903.

(4) Herodot. Terpsic. c. 58, p. 398. ed. Wesseling.—Athenienses novum admisere Alphabetum Olympiade 95. Harpocrat. apud Euseb Chron. et Chandler Inscript. in Asia Minor, part. 2, n. 1, 28.—Nullo modo constat cujus generis fuerint sacræ literæ in Meroe et in Babylone, quibus scripsisse Democritum auctor est Laertius, l. 9, § 36. Ejusdem figuræ fuisse cum vetustissimis Ionicis, characteres tabellæ repertæ apud Haliartios, in Alcmenes tumulo, de quo Plu-

Deli, Herodis, et Sigeam, ita ut antiquæ literarum formæ in ejus Archetypo desiderentur.(1)—Quæ cum ita sint, ignorare me fateor, qua ratione doctissimi viri doctrinam labefactare possimus, qui literas Cadmeias Celtis Galliæ antiquitus traditas fuisse declarat.(2) Quod si extarent literæ Babylonicæ quibus observationes cœlestes inscriptæ erant, vel eæ pariter Cadmeiæ quæ ante Joshuæ tempora in usu erant in terra Chanaan, unde et Civitas Dabir, *Cariat Sepher*, i. e. Civitas Literarum, dicta fuit,(3) tum forsitan e re demonstrata diversas esse Oghamias appareret. At e re demonstranda nulla illatio, nec a nostra opinione de Oghamiarum antiquitate discedendum censeo, donec probatiora afferantur. Celtorum Galliæ et Britanniæ Druidibus literas non ignotas fuisse, J. Cæsar locupletissime testatur.(4) Druidibus Hibernis pariter notas fuisse, non solum liber Ballimotensis supra memoratus, et IV Magistri, sed et Tigernach, (5) et Monumenta vetusta Scottorum, a Tigernacho citata, confirmant.—Extat specimen ineditum Alphabeti Hibernici *Ogham*, servatum a J. Clynno,(6) cujus exemplare, a meipso accuratissime ex Codice Clarendoniano descriptum, simul cum interpretatione, literis Romanis subnectere operæ pretium existimavi.




Horum characterum nomina et ordinem exhibet Codex Lecanus, ex quo sequentes versus descripserunt Flaherteus in Ogygia, et Mac Curtinus, ut in fine Vocabularii leguntur:—

Beith *na haonar dom laimh dheis*—Luis *dis gan cisleis.*
Fearann *triur*, Sail *ceathrar gan chear*—*Is* Nuin *con a coigear.*
Uath *na haonar dom laimh chli*—Duir *dis go n deighni.*
Teine *triur, ceathrar do* Choll—Chneirt *na coigear ni chealam.*
Muin *fiartharsna mor an modh*—*Dis do* Ghort, *triur do* Niatol.
Straith *na ceathrar gan doilge*—Ruis *na coigear comhsoighthe.*
Ailm *na haonar tarsna a nuas*—Onn *dis go ndeagh chnuas.*
Uir *triur*, Eagadh *ceathrar na ceal*—*Is* Ioghadh *cona coigear.*
Eabhadh *na cruis um an g craoibh*—Oir *na buaile bhuig bhlath chaoin.*
Uileann *na luib dom leath deas*—*Mar thuig ughdar is oircheas.*
*Ceithre fleasga a* Nifin *ard*—*Dom leath deas bhaineas gach Bard.*
*A hocht* Ambharcholl *male*—*Do leataoibh cle na craoibhe.*

---

tarchus (De Socr. Gen. p. 577) opinatur Wesselingius in not. ad Herodot. ib. Non sum nescius Scaligerum in notis ad Euseb. et Salmasium in Inscript. Herodot. in diversa tendere. Sed Herodoti narratio placet doctissimis, ut in Bouberii Epist. ad Maffeium Antiq. Gall. p. 169.

(1) " A peine y reconnoit on l'Inscription Sigeenne, celle de *Delos*, et celles d'*Herode* le Rheteur. Plusieures ca-" racteres y sont alteres, et meme entierement corrompus." Traité de Diplom. des Bened. de S. Maur, a Paris, 1750, t. 1, p. 586.

(2) La Relig. des Gaulois t. 1, p. 43. Confer Renaudot Memoire sur l'Origine des Lettres Grecques, Mem. de l'Acad. t. 2, p. 249. (3) Joshue v, 5. (4) Cæsar de Bel. Gal. l. vi.

(5) Codex Bodleianus Rawl. 489, *fol.* 6, col. 3. Confer Proleg. p. lxii.

(6) J. Clynnus in Annalibus MS. et in Codice Harleiano. Codex Clarend. Biblioth. Harl. No. XLIV; Catalogi Ayscough, No. 4791, *fol.* 157; et in Elencho Contentor. No. 14.—Appellatur communiter *Ogham-Craobh*, i. e. Alpabeta Oghamia ramorum, quia quævis litera arboris ramum, et linea media arboris formam, vel truncum, exprimit.

*Beith* (est) una (linea) a manu dextera (rami)—*Luis* duo sine............
*Fearan* tres, *Sail* quatuor sine errore—et *Nuin* (scribitur) cum quinque.
*Uath* una est a manu sinistra—*Duir* duo veraciter.
*Teine* tres, quatuor *Collo*—*Queirtio* quinque non nego.
*Muin* vere per medium transit more magno—Duo *Gorto*, tres *Niatolo*.
*Straith* habet quatuor sine dubio—*Ruis* quinque similiter obliquas.
*Ailm* una per medium perpendicularis—*Onn* duo equaliter unitæ.
*Uir* tres, *Eaghadho* quatuor non nega—et *Iogad* habet quinque.
*Eabhadh* in forma crucis per medium rami—*Oir* more lactarii circularis ubi vaccæ mulguntur.
*Uileann* more dimidii circuli a parte dextera, ut intelligit auctor peritissimus.
Quatuor virgæ *Nifino* alto—a parte dextera tribuit quisque Bardus.
Octo *Amarchollo* intertextæ—a parte sinistra rami.

Hinc sequitur Ordinem et Nomina Literarum esse

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | B | *Beith*...... | Betula ........ | The Birch-tree. |
| 2 | L | *Luis* ....... | Ornus........ | Quicken-tree. |
| 3 | F | *Fearann* .... | Alnus ........ | Alder. |
| 4 | S | *Sail*........ | Salix.......... | Willow. |
| 5 | N | *Nuin* ...... | Fraxinus....... | Ash. |
| 0 | H | *Uath*...... | Oxyacantha .... | Whitethorn. |
| 6 | D | *Duir*...... | Ilex........... | Oak. |
| 7 | T | *Teine*....... | Aquifolium.... | Holly-tree. |
| 8 | C | *Choll*...... | Corylus........ | Hazel. |
| 0 | Ch | *Chueirt*.... | Pomus........ | Apple-tree. (1) |
| 9 | M | *Muin*....... | Vitis .......... | Vine. |
| 10 | G | *Ghort*...... | Hedera......... | Ivy. |
| 0 | Ng | *Niatol*..... | Arundo ....... | Reed. (2) |
| 0 | St | *Straith*.... | Spinus | Blackthorn |
| 11 | R | *Ruis*...... | Sambucus..... | Elder. |
| 12 | A | *Ailm*....... | Abies......... | Fir-tree. |
| 13 | O | *Onn*....... | Genista ....... | Furze. |
| 14 | U | *Uir* ....... | Erix | Broom or Heath. |
| 15 | E | *Eaghadh* ... | Tremula...... | Aspen. |
| 16 | I | *Ioghadh*.... | Taxus ........ | Yew. (3) |

Deinde sequuntur Dipthongi e vocalibus præcedentibus compositi:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ea | *Eabhadh*.... | Tremula...... | The Aspen. |
| Oi | *Oir*........ | Evonymus..... | Spindle or Spine-tree. |
| Ui | *Uileann*.... | Caprifolium ... | Honeysuckle. |
| Io | *Nifin* ....... | Grossula...... | Gooseberry. |
| Ae | *Amharcholl* | Fluvii Calamus | River-reed. |

(1) Explicatur in Codice Clarendoniano Latinis literis *K* et *Q*. (2) Deest in Codice Clarendoniano, et recte.
(3) Atqui literas Cadmeias *sedecem* numero fuisse, scribunt Nonnus l. 4, et Plinius l. 5, c. 12, et l. 7, c. 56. Confer quæ de literis Hibernicis dicta sunt in Prolegomenis p. vi, &c.

Literarum istarum formas sequenti schemate exhibent Flaherteus, Mac Curtinus, Molloyus, et alii, qui omnes ex uno fonte, Codice nempe Lecano, suam de hac re notitiam derivasse, et Clynni Codicem penitus ignorasse videntur.




Harum quinque sunt Dipthongi, a recentioribus, procul dubio, e literis primævis 16 compositi, postquam ad linguæ Latinæ notitiam pervenerunt. Literæ consonantes J, K, P, Q, V, W, Y, X, et Z, sunt a lingua Hibernica penitus alienæ, ut alibi notavi.(3) Pro K et Q Hiberni scribunt C et Ch; et quamvis literam P, utpote a recentioribus usurpatam, O'Brianus in Vocabularium admiserit, ipse tamen nullatenus inter literas antiquas Hibernicas numerandam esse fatetur.—Literam Z ut Oghamiam numerat Flaherteus, ejus potestatem tribuens nomini *Straith*, quod perperam scribit *Ztraif*. At deest Z in vetustiore Codice Clynni, et in omnibus vocibus Hibernicis scriptis ante sæculum 16tum, tam in Vocabulariis quam in Codicibus, et manifeste componitur e duobus simplicibus elementis *St*, vel *Sd*, vel *Sr*, ut *Straith*, *Sdraith*, vel *Sraith*, quas literas exprimit, eodem modo quo *Ngetal'*, vel potius *Ngetal'*, exprimit literas simplices *Ng*.

Detractis itaque quinque Dipthongis, et Consonantibus supra memoratis, qui nullibi in lingua Hibernica extant, non remanent plures quam *sexdecim simplicia elementa*, quot fuisse antiquissimas Cadmeias, Plinnius, et Nonnus, et antiquissimi Scriptores una voce testatum reliquere.

Plurima specimina Oghamia exhibentur in Codice vetusto Harleiano, a quingentis annis exarato,(5) et in alio de quo Waræus inquit, "His refertum habeo libellum membraneum antiquum," cujus ætas ignoratur.

Recens est, et chartaceus, Codex Stowensis, in quo extat Poema Hibernicum cujus Auctoris nomen sic subscriptum lego—




*Ollam Breifne.*

[Cornon O'Cornon cecinit.—Archipoeta Brefnensis.]

Flaherteus quidem, et ex eo Harrisius, scribunt 18 fuisse simplicia elementa Hibernorum; at, errore manifesto admittunt literas P, quam *Peth-boc* appellant, et H, quæ in nullo Vocabulario vel Codice extat ut litera, sed tantum ut accentus. Flaherteus inquit non dari expositionem

(1) Hanc literam Harrisius appellat literam y. Ware's Antiq. Dubl. 1745, p. 20. Mac Curtinus r. Ambo erronee, ut patet ex Codice Clynni, et ex ipsa litera quæ nusquam in nostris codicibus invenitur. Vide Prolegom. p. vi.
(2) Hanc Harrisius appellat ui, Mac Curtinus ua. At in 16 *simplicibus* conveniunt omnes Antiqui.
(3) Prolegom. p. vi, et Characteres *Oghamiæ* in Codice Ballimotense, de quo vide Prolegom. p. xiv.
(4) P and B were originally the same. P was not used in Irish before our knowledge of the Latin. Vocab. p. 382.
(5) Cod. Harl. in Catalogo Ayscough. inter Codices Clarendonianos.

vocis *Peth-boc*. Si dixisset non esse nomen arboris, recte quidem. At O'Brianus, in Vocabulario, vocis istius originem indicat plane recentem, nihil enim aliud esse, inquit, quam *B-boc*, i. e. B mollis. Ego penitus rejiciendam esse assero, utpote a lingua Hibernica alienam; neque extat in Clynni Alphabeto Oghamio, neque in ullo Vocabulario vel Codice invenitur, nisi in vocibus recentioribus, quæ a Latinis post S. Patricii adventum introductæ fuere. Litera H nullibi extat ut litera, sed pro accentu ubique.—Non remanent itaque plures quam 16*m* *simplicia elementa*, quibus antiqui Hiberni in scribendis vocibus Hibernis utebantur.

Vallanceus quidem, in Grammatica p. 16, et ex eo Auctor Opusculi de Conani sepulchro, in tomo 1mo Actorum Academiæ Regiæ Dubliniensis, Antiq. p. 10—15, Literas Hibernicas asserunt esse *numero* 17*im*, et Auctor prædicti Opusculi præterea subjungit, literas F et N ab Hibernis scribi solitas promiscue, ita ut una pro altera substitueretur! Miror equidem rem hactenus inauditam, absque ulla Veterum auctoritate, absque ullo Codice vel Vocabulario, quo fides rei tam novæ conciliaretur, in medium afferri! Res enim non solum nova est, non solum nullo antiquorum testimonio probatur, verum et omnium gentium usui, et traditionibus plane repugnat. Quis unquam audivit, quis scripsit literas F et N substitui posse viceversa unam pro altera?

Alii scribunt (Ogyg. p. 237) 18*m* esse literas Hibernorum, quot fuisse antiquas Græcas ex Aristotele testatur Plinius.—At duplici errore id asserunt; neque enim 18m sunt literæ Hibernicæ, neque 18m literæ antiquissimæ Græcorum, sed 16m, ut scribit, ex Antiquorum testimoniis, Plinius in loco laudato l. 5, c. 56, p. 412. "Utique in Græciam intulisse e Phœnice Cadmum *sedecim numero*."

Herodotus numerum literarum Cadmeiarum minime prodit, sed antiquissimas totius Græciæ fuisse testatur.—"Phœnices qui cum Cadmo advenerunt, in Græciam literas induxerunt, quæ "apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerunt, et primas quidem illas quibus omnes etiam "Phœnices utuntur, sed progressu temporis una cum sono mutaverunt, et *modulum literarum*."(1) Eundem numerum indicat Salmasius in præclaro Opere de Inscript. Herodis p. 34, et Auctores Benedictini in tomo 1mo Operis egregii *Noveau Traité de Diplom.* p. 585, et quidquid a Scaligero super literis Cadmeis dissidet Salmasius, consentiunt tamen ambo in Græciam illatas fuisse primo non plures quam *sexdecim*, quod et Suidas asseruit, et Wesselingius sua auctoritate confirmavit.

Caveant itaque nonnulli, ne dum mira fabulantur, ea etiam quæ vera sunt, inter fabulas amandanda persuadeant.—Scriptorum rixas de literarum numero, origine, et forma, neque est otii, neque instituti exscribere. Ad Benedictinorum Opus refero; ad ipsa Herodoti ac Plinii verba; ad Opus singulare Hermanni Hugonis de prima Scribendi Origine, et rei literariæ Antiquitate, et ad Harduini Disquisitionem de nummis qui literis Samariticis inscripti sunt.

Illud unum monere liceat, quo Antiquitatum Hibernicarum cultores, veritati, et Patriæ consulant, ne in literis nostris declarandis, vel a numero, vel a forma, vel a nominibus literarum *Oghamiarum* discedamus; neque in literarum potestate declaranda, unam substituamus pro alia; neque ullam substitui posse promiscue asseramus, quin ista assertio Veterum testimoniis, vel gentis Hibernicæ scriptis traditionibus confirmetur.—Stolida est enim jactatio antiquitatis, cujus nullum argumentum,

---

(1) Herodot. l. 5, ed. Wesseling. p. 399.—Pausanias inquit Arcam Cypseli servatam Elidi, insculptam fuisse characteribus ignotis *rectilineis*, l. 5, c. 16. Easdem *figuras* memorat Dio Chrysost. Or. xi, p. 163, et Wesseling. in not. 48 ad Herodot. l. 5, p. 421.

nullum vestigium reperiri potest, et qui rem aliquam commentitia antiquitate nobilitare nititur, id tantum efficit, ut quas illustrare debuerat veras antiquitates, non solum incertas reddit, et obscuras, verum et si quando vera dixerit, ab iis ipsis quorum gratiam captat, etiam invitis, rideatur.

Flaherteus, de characteribus *Oghamiis* scribens, inquit, Dualdum Firbissium, rei Antiquariæ Hibernorum unicum columen, habuisse penes se tabulas, e betulla arbore complanatas, *Oraiun*, et *taibhle fileadh*, i. e. tabulas Philosophorum dictas, in quibus characteres dicti *Craobh Ogham*, i. e. ramorum characteres *Ogham*, inscripti legebantur, (p. 233.)—Atqui, de tabulis ligneis, in quibus Acta publica antiquitus insculpta erant, plura habent Calmetus in Opere cui titulus "*Dissert. sur la forme des Livres*," et Auctores Benedictini Operis "*Nouveau Traité de Diplomatique*," ex quibus constat nonnullas tabulas ligneas, actis publicis inscriptas, adhuc servari in Musæis, et probabiliter ligno incisam fuisse illam Synesii Genealogiam, de qua ipse scribit—" Heu Cyrenem! Cujus pub-" licæ tabulæ ad me usque stirpis Herculeæ successionem deducunt."(1)

Vallanceus Specimen exhibet literarum *Ogham* ex libro *Forcherni*, qui apud Eamaniam Ultoniæ Regiam, Poeseos præcepta, et varia Carminum genera, circa æræ communis initia descripsit. Hujus libri duo extant exemplaria, a Vallanceo memorata in Grammatica p. 13. Tertii meminit Flaherteus p. 221, ubi titulum sic Latine interpretatum exponit. " Incipit liber Forcherni—Locus " libri Eamania—Tempus, Conquovaro filio Nessæ (Rege Ultoniæ,) Persona Forchernus *fileadh*, " i.e. Philosophus.—Fenius Farsaidh Alphabeta prima Hebræorum, Græcorum, Latinorum, et " *Bethluisnion an Oghuim* composuit." Jam vero, quamvis librum istum, *Uraiceacht na n Eaigios*, [Præcepta Poetarum] inscriptum, Cennfaela filius Olilli interpolaverit anno 628, ut alibi indicavi,(2) et quamvis exemplaria prædicta, utpote recentiora, parvi facienda existimem, si tamen cum reliquis hactenus expositis in unum argumentum conflari sinamus, procul dubio id confirmant, quod satis jam demonstratum esse confido, vocem Celticam *Ogham*, in antiqua Hibernia, ad literarum elementa exprimenda usurpatam fuisse, et veteres Hibernos, ut scribit Waræus, præter characteres vulgares, alios *Ogham* dictos habuisse, quibus libellum *antiquum membraneum refertum* penes se habuisse testatur.(3)

Quod si literæ istæ a forma primæva deflexerint, quid inde? Nemo literarum vicissitudines miretur, qui ipsarum linguarum casus, alibi notatos, parumper perpenderit.(4) Numæ libros, aliquot transactis sæculis repertos, testante Plinio, et Tagis sortes, et Etruscorum auguria, et lintea volumina, a Plinio pariter memorata, nemo qui intelligerit inventus est.(5) Belgæ, Aquitani, et Celtæ, *lingua, institutis, legibus* inter se differebant, testante Cæsare. Attamen ne unius jam idiomatis vestigium extat. Extant Anglico sermone scripta ab Eadfrido, Episcopo octavo Lindisfarnense, annum circiter 700 exarata, testante Camdeno, quæ valde diversa sunt a sermone hodierno.(6) Anglosaxonici sermonis quam variæ fuerint commutationes, Camdeni Analecta demonstrant.

Periere antiquæ Inscriptiones Cadmeæ et Ionicæ, quas Scaliger, irrito conatu, restituere et ex-

---

(1) Synesii Catastasis p. 302, et Epist. 57, p. 197, edit. Petav. " A pure and illustrious pedigree of 1700 years," Gibbon Decl. and Fall, t. 2, 4to, p. 225, not. 126.—Confer Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 15, p. 432.

(2) Prolegom. p. lxvi, ubi de Fortcherni ætate disserui.

(3) Antiq. Hib. Lond. 1654. c. 2, p. 11. (4) Prolegom. p. lxxv.

(5) Plin. Hist. l. 13, c. 13, t. 1, p. 692. Liv. l. 40. Plutarch. in Numa p. 74, ex Pisone. Cic. de Divin. l. 2, c. 23.

(6) Camden's Remains p. 19 et 22. Lond. 1657.

plicare tentavit. Periit epistola quam Sarpedon e Troja scripsisse fertur, quamque autographam, in papyro Ægyptiaco scriptam, et in quodam Lyciæ templo appensam, Mucianus ter Consul, referente Plinio, se vidisse declarat.(1) Periere item literæ in papyro exaratæ quarum meminere Isaias, Hesiodus, Homerus, et Herodotus, ut plane demonstrat Guilandinius in Opere de Papyro et Membranis Antiquorum. Periere Columnæ illæ, si quæ fuere, rerum Cœlestium disciplina inscriptæ, quas alii Enocho, alii Setho Adami filio tribuere, quamvis earum unam suo tempore superstitem fuisse, Josephus asseverat. (2) Periere Prophetiæ Enochi, quarum meminit Epistola Judæ, quamvis Origenes asserat quosdam Enochi libros de Siderum cursu, nominibus, ac motibus, in Arabia Felice, regnante Regina Saba, repertos, quos Tertullianus se vidisse affirmat, et S. Augustinus inquit—"Scripsisse nonnulla divina Enoch illum septimum ab Adam, negare non possumus."

Quæ cum ita sint, quis affirmare poterit, vel negare, quænam fuerint literarum formæ primævæ, quæ nomina? Et cum nulla sit in orbe lingua antiquior *Celtica*, et nulla vox quæ alphabetum exprimat antiquior voce *Og-Ham*, et nulla literarum nomina antiquiora iis quæ arborum nomina pariter exprimere dignoscuntur, me ignorare fateor cur ista non sint, æque ac Religio *Baalimitica* Ethnicorum Hiberniæ, ad Babylonis initia, et humani generis dispersionem referenda.

Operæ pretium existimo observare, quam late lingua Hibernica distat a Latina quoad literam P. Inversa enim est ratio utriusque. Veteres Latini antiquitus solebant literam P ponere pro B. Hiberni autem literam P rejicientes, etiam post introductam linguam Latinam, in vocibus ipsis Latinis, literam B substituere solebant pro P. Sic pro *Apstol* Apostolus, scribebant *Abstol*; pro *Epscop* Episcopus, *Ebscob*; pro *Epstil* Epistola, *Ebstil*. Abhorrebant a scribenda vel enuncianda voce *Pascha*, quam scribebant et enunciabant *Casca*. E contra vero Latini antiquiores scribebant *apstinere* pro abstinere, *opservari* pro observari, ut notant Pichena, et Ughellus in Cenotaphia Caiana, et Norrisius in Cenotaphiis Pisanis.(3) Quintilianus inquit veteres literam B sono literæ P pronunciasse.(4) Hinc cum plerique, quos inter Augustum fuisse, scribit Suetonius, eodem quo loquebantur modo scribendum putarent, ponebant P pro B.—Ita in duplici elogio dicitur "Stips anno novo Augusto *apsenti* data." In antiquiori lapide C. Marius dicitur Consul III *apsens* creatus. In fragmento Legis Agrariæ v. 40, legitur *optinebit*; item in S. C. antiquissimo apud Norrisium, et Gruterum c. 19, lit. B. Terentius Scaurus, in collectione Putschii pagina 2261, scribit non constare *obscurum* utrum per *ob* an per *op* debeat scribi, nec minus *observo*, *obsideo*, cum in illis B litera evidenter sonum suum vindicet.—E contra, Hibernici Annales habent *scribsit* pro scripsit, et alia similia, ut alibi notavi.(5) Llhwydius inquit se vetustissimum vidisse Vocabularium Hibernicum, in quo litera P penitus desiderabatur, et plurima Vocabula Wallica incipientia a litera ista, extare etiam in lingua Hibernica, sed incipere a C, ut *praed* cur, Hibernice *cread*; *pryv* vermis, Hibernice *cruimh*; *prenn* arbor, Hibernice *crann*; *pen* caput, Hibernice *ben*, et *ceann*.

Illud etiam notandum existimo, literas C et G in lingua Hibernica sæpe poni promiscue, unam pro altera, idque in pluribus vocibus, ita ut si vox antiqua incipiens a G vel C, non inveniatur sub

---

(1) Plin. l. 13, c. 13, t. 1, p. 693. Idem dicendum de Vaticiniis Sybillinis.
(2) Joseph. Antiq. Jud. l. 1.
(3) Oper. t. 3, p. 763.
(4) Quintil. l. 1, c. 7, "ut cum dico *obtinuit*. Secundam enim literam B ratio poscit, aures magis audiunt P."
(5) Prolegom. p. vi.

istis literis in Vocabulariis, inveniri poterit substituendo unam pro altera. Atqui hunc antiquissimum Celtarum scribendi morem, inter antiquos Italos in usu fuisse, patet ex Columna *Duiliana*, in qua C pro G scribitur, ut *Lecciones*, *Macistratos*, *Cartacinienses*, *pucnando*.(1) Quintilianus inquit, quædam aliter scribi, aliter enuntiari, " nam *Gaius*, inquit, C litera notatur." Antiquus Scriptor de Nominibus Romanorum, qui Appendicis loco ponitur in volumine Valerii Maximi, " Alii, inquit, " *Neum*, alii *Gneum*, alii *Cneum* scribunt." Terentianus Maurus inquit—" Vel priores Latini G " nondum ab apice finxerant. Caius prænomen proinde C notatur, G sonat."—In Cenotaphio Lucii Cæsaris " *Cabino ritu*" scribitur pro *Gabino ritu*. Marius Victorinus, de Orthographia Veterum inquit, " Apud antiquos C poni solitum, ut pro agro Gabino, *Cabino*; pro lege *lece*; *acna* " pro agna."—Istas literas promiscue scriptas fuisse, patet ex vetustissimo Mediceo Codice Virgilii —" Ipse *Cyrinali* trabea, cinctuque *Gabino*—." (2)

Notanda est in isto Virgilii versu, vox *Cyrinali* scripta pro Quirinali, more Græcorum, qui *Quirinum* scribebant *Cyrinum*, ut patet ex capite ii Evangelii Lucæ, et pro Latino Q reponebant K. Atqui Cummianus Hibernus, in Epistola Latina ad Segienum scripta anno 640, eum quem Hiberni appellant lingua Hibernica " *Cieran* Abbatem de Cluanmacnois," appellat "*Queranum* Coloniensem."(3) Unde *Cierani* Hibernensis idem nomen est ac Querani, sive Kerani, *Cyrenii* in Evangelio Lucæ, et Quirini in Romana Historia.(4) Sic Sedes Episcopalis S. Cierani de Cluan-mac-nois, in vetere Provinciali Romano appellatur *Dun-Ckerarensis*. Sic etiam quem Hiberni *Cilianum* Wirzburgensem appellant, Sigebertus ad annum 674, in nova Chronici editione, appellat *Kilianum*, in vetere editione *Quilianum*. Unde patet literas K et Q, æque ac P, fuisse a veterum Hibernorum orthographia penitus alienas, et literas C et G invicem substitui solitas esse, more antiquissimo, qui inter Latinos ab aurea Augusti ætate desuevit, ac proinde non a Latinis in Hiberniam introductus est, qui non ante quintum sæculum pedem ibi posuisse dicendi sunt.

Porro, quod de literis C et G dictum est, æque convenit literis T ac D, quæ sæpe in Vocabulariis Hibernicis mutuo substituuntur. Atqui Quintilianus asserit id moris fuisse antiquissimis Latinis. " In vetustis urbis nostræ, et celebribus templis, leguntur Alexan*t*er et Cassan*t*ra."(5) In Inscriptione posita Imperante Tiberio, apud Gruterum, legitur *quodannis*, et paulo postea *quotannis*.(6)—Veteres Latini frequenter scribebant *quod* pro *quot*. In Oratione Claudii Imperatoris de Civitate Gallis danda, legitur " *In quod* formas Respublica deducta sit," pro in quot. (7)—Angelus Politianus in Epistola ad P. Poscum plura testimonia adducit, quibus motum se dicit ad scribendum *quodannis* pro quotannis. Etenim, præter vetusta epigrammata, ait in antiquo Virgilii Codice Romano, qui in interiori Palatina, seu Vaticana Bibliotheca servabatur, *quodannis* semper legi, ut " Pocula bina novo spumantia lacte *quodannis*."(8) Attamen in vetustissimo fragmento Gruteri habetur *quotannis*, (9) et in Codice Mediceo Virgilii non eadem ubique orthographia servatur. Scri-

---

(1) Gronov. Thesaur. Antiq. Rom. t. 1.
(2) Eneid. l. 7, v. 612, et iterum v. 682 *Cabinæ*.
(3) Sylloge Epist. ed. Usser. p. 33, et Prolegom. p. cxx.
(4) Sueton. in Tiber. c. 49. Tacit. Annal. l. 3. Litera G non ante sextum a Roma condita sæculum a Romanis usurpata fuit, teste Plutarcho in Quæst. Rom. apud Norris. t. 3, p. 746.
(5) Quintil. l. 1, c. 4.
(6) Apud Gruter. p. 228, item p. 47-3, 578-1, 571-1.
(7) Apud Gruter. p. 502.
(8) Politian. l. 4, ep. 9.
(9) Gruter. p. 506, v. 15.

bitur enim *quotannis* l. 1, Georg. v. 198, et *quodannis* in Æneid. VI, v. 20. *Adque* scribebatur antiquitus utroque modo ad libitum. Sic in vetustis Inscriptionibus—" Securitatem *adque* Gloriam," (1)—" Pio *adque* inclito," (2)—" Maximi *adque* invicti,"(3)—" Amplissimus *adque* clarissimus."(4) Ibidem etiam in versu sequenti scribitur *atque*, et iterum prope finem; ita ut palam fiat conjunctionem istam promiscue scriptam fuisse literis *d* et *t*, usque ad ætatem Augusti; sed nusquam a Patribus Christianis sæculi quarti vel quinti, a quibus solis Hiberni, Romanorum armis nunquam debellati, linguæ Latinæ cognitionem receperunt.—Vetustos Codices non nisi caute appello, quia toties exscripti non multum fidei merentur. Antiquissimum autem Virgilii Codicem Mediceum nemo rejiciendum existimabit, et Velius Longus, qui ante Antonini Pii Imperium floruit, ut patet ex Gellio, Virgilii versum—" Quod prius æratæ steterant ad litora naves," (5) emendat, dicens *quod* antiquo more scribi pro quot.

Alibi notavi literam X non esse Hibernicam, et Hibernos ejus loco, etiam in vocibus exteris, in quibus scribitur, substituere solitos *gs* et *cs*, ut *Sagsan* et *Sacsan*, pro Saxonus.(6) Atqui id etiam dicendum est de vetustioribus Latinis ante sæculum Augusti, sed non postea. Diomedes Grammaticus inquit, " Ante literam X inventam, G et S, vel C et S *veteres* scriptitabant." (7) Petrus Diaconus in Epistola ad Imperatorem Conradum, quæ præmittitur ejus libro *De Notis Literarum*, ait, " X litera ante Augusti tempora *non erat*, sed pro ea C et S scribebant."

Fateor quidem in vetustioribus inveniri lapidibus, ut in legibus Agrariis, et in columna Duiliana.(8) At fatendum est etiam id perraro inveniri antea. Marius Victorinus in initio libri de Orthographia inquit, Nigidium Figulum, Ciceronis amicum,(9) nunquam, in plurimis libris quos scripsit, literam X usum fuisse.(10) " Litera X, inquit Quintilianus, carere potuimus, si non quæsissemus."(11) Vossius communem esse opinionem fatetur, literam X non tantum CS verum et GS valere, et voces quæ in genetivo, aliisque casibus, retinent C, habuisse eamdem literam olim in recto. Sic *Ducis* rectus non erat Dux, sed *Ducs*. Sic in iis in quibus G scribitur, ut frugis, regis, legis, rectus erat non frux, rex, lex, sed *frugs*, *regs*, *legs*. Nominativus *nicis* erat *nics*.—Varro diserte scribit ex *c* et *s* crux, ex *g* et *s* frux, quarum vocum diversitas, in casibus obliquis crucis et frugis plane declaratur.(12) *Nigs* etiam et *senecs* antiquitus scribebantur pro nix et senex, ut patet ex Prisciano.(13) Probus, qui Imperante Trajano floruit, inquit, " nox, lex, pro *nocs*, *legs*."(14) Sic, ante inventam literam X, Romani scribebant *macsimus* et *ancsius*, pro maximus et anxius; item *ecsequor*, *ecsilium*, *ecscribo*, *ecspecto*, *ecsolvo*, *ecsangue*, et cætera istiusmodi, quæ nunquam ita a Patribus Latinis scripta fuisse, lippis atque tonsoribus notum est.

---

(1) Ibid p. 256-1. (2) Ibid p. 281-1. (3) Ibid p. 284-7.
(4) Ibid. p. 408. Item in Cenotaphio Lucii apud Norris. p. 711, et in Caiano lapide ibid.
(5) Æneid. l. 9, v. 121.
(6) Prolegom. p. vi, &c. Id ostendunt item omnes Vocabularii et Codices in Vocibus Hibernis.
(7) Diom. l. 2 Art. Gram. (8) Apud Gruterum, et Gronovium Thesaur. Antiq. Rom. t. 1.
(9) Cicer. Epist. Famil. l. 4, Ep. 13. Sueton. in Aug. c. 94.
(10) Marius Victor. initio libr. De Orthogr. (11) Quintil. l. 1, c. 4.
(12) Varro l. 8, apud Norris. t. 3, p. 703. (13) Priscian. l. 6 ib.
(14) Apud Pierium Valerian. in Comment. ad l. 7 Æneid. p. 125.

Non ergo a Latinis modum istum literas *cs* et *gs* scribendi pro *x*, Hiberni derivasse dicendi sunt, sed ab antiquissima scribendi et enunciandi methodo, quæ inter gentes Celticas ab initio invaluit, et a qua Hibernos avellere, nec ipsa Religio Christiana potuit, nec lingua Latina, qua a sæculo quinto communiter usi sunt, nec metrorum Latine scribendi ars, quam ad linguæ Hibernicæ indolem, quasi servam, et captivam redigere, ac Bardorum legibus debellatam subjicere, et *Celticam* reddere conati sunt, ut supra indicavi,(1) eodem ipso modo, quo Anglos in Hiberniam venientes, et Anglorum mores introducere conantes, ad Hibernicum vivendi morem, et linguam paulatim redegerunt.

Præterea, nomina Hibernica, æque ac Chaldaica, quæ librum et partes libri exprimunt, exprimunt etiam arbores, vel ramos, aut folia, aut sylvas, eodem modo quo Calmetus notavit, nec unum inveniri verbum de libris in Pentateucho, quod non possit etiam de literis *ligno incisis*, explicari.(2) Sic exempli gratia, *Fiad* Liber, *Fiadha* Historiæ, quæ vox extat, eo sensu, in vetustissimo Fiechi Sleptensis Poemato Hibernico, edito in Triade p. 3, exprimit Sylvam, et Sylvas; unde recte observat Flaherteus Literas ab antiquis Hibernis dictas fuisse *Fiadha*, i. e. Sylvas. (3) Cur autem arborum nomina pro literarum nominibus usurparentur ab Hibernis extra mundum positis, et tot sæculis ab Orientalium gentium notitia seclusis, et qui nunquam in tabulis ligneis scribere assueti erant? Cur literæ Hibernicæ convenirent numero 16 cum Cadmeis, nisi quædam extaret antiquissima traditio Druidica, qua literarum scientia, æque ac Religio *Baalim*, ab immemorabili, a generatione una ad alteram tradita, et servata colebatur? Vox quidem Latina *Liber* ita dicitur a cortice arboris, ut notat Servius in Virgilium; *liber* enim dicitur *interior corticis pars quæ ligno adhæret*, e qua primævi codices efficiebantur.(4) At, quænam affinitas inter vocem Latinam liber et Hibernicam *Fiadh*?

Vix ulla quæstio in rebus abstrusis oriri potest, quæ non, variis difficultatibus circumsepta, opinionum commentis, et tenebris offuscatur, in quibus cum nihil ultra meras conjecturas proferri solet, res ipsa postulare videtur, ut in incerto et ancipite a definiendo caveamus. Non is sum ergo qui vel mihi vel aliis persuadere velim, Characterum Og-Humiorum originem posse ex hactenus dictis definiri; neque enim asserere audeo formas rectilineas esse eas, quæ antiquitus *Oghamiæ* appellabantur, cum potuerint immutari lapsu temporis in Hibernia, æque ac Cadmeiæ in Oriente. —Illud solum in animo erat, viam indicare, qua, per spissas antiquitatis tenebras, caute incedentes, vocis Celticæ antiquissimæ originem, et sensum, conjecturis saltem verisimilibus explicare possimus. Extra dubitationis enim aleam positum esse arbitror, vocem *Ogham* ab immemorabili in Hibernia pro literarum elementis usurpari, et eandem esse cujus meminit a 1500 annis Lucianus ut vocis *Celticæ*; ac proinde etsi *formæ* literarum quæ nunc extant, non essent pro antiquissimis accipiendæ,

---

(1) Prolegom. p. lxvi, et seq.

(2) " Il n y a pas une expression dans Moyse ou il parle des livres, qui ne paisse s expliquer dans le sens de ces tables " de pierre et de bois, et l'on n y remarque pas un mot qui donne l'idee ni de rouleux, ni d'ecorce, ni de papier, ni " de parchemin." Confer Opus Benedictinor. *Nouveau Traité de Diplom.* t. 1, p. 605.

(3) Ib. p. 233. Sic *Duile* est folium arboris, et folium libri. *Slis* est pagina libri, et tabula lignea. Vocem *feadha* Vallanceus perperam scribit *faodh*, nulla auctoritate suffultus. Gram. p. 9 et 16. Flaherteus recte *feadha*, p. 239.

(4) Isidor. Orig. l. 17, c. 6, fol. 114, et c. 12, fol. 36, ed Paris, 1580. Holmius in opere de Scriptura, &c. inquit, vocem *book* ita dici Saxonice a fago, " ac literæ ipsæ book-staffwer, quod fagi asserculos interpreteris." c. 4. Confer Lambecii Biblioth. Imper. t, 8, p. 647, cum Mabillon. De Re Diplom. p. 460, et Montfaucon. Palæogr. l. 1, c. 2.

literas tamen quasdam extitisse, *Og-Hamias* dictas, et arborum nominibus insignitas, idque vocibus longe diversis a Græcis et Romanis, quarum origo tenebris antiquitatis obvoluta ignoratur, minime dubitandum est.

*Fiachra* filius Regis Eochodii Moighmedonii, qui, vulneratus in prælio Ceanreense, haud longe a Limerico occubuit, et cujus tumulum, lapide sepulchrale superimposito, Inscriptione Oghamia distinguebatur, obiit annum circiter 380.(1) Alius lapis sepulchralis, Inscriptione Oghamia scalptus, memoratur in Poemate Hibernico, cui titulus *Cath-Gabhra*, Prælium Gauranum.(2)

Hanc Inscriptionem editam habemus in Actis Academiæ Regiæ Hibernicæ t. 1, Antiq. p. 16, sequenti schemate, quam ego, ex Alphabeti Oghamii ordine supra exposito, literis Latinis unicuique Oghamiæ diligenter appositis, eodem ordine expono.

f a n . l i d a f i t a . c o n a f . c olg a c . c o s o b m d a

Has literas, absque ullo ad quamlibet aliam interpretationem respectu, sic conjungo—

" *Fan lida fi ta Conaf colgac cosobmda.*"

Hinc sequitur paulo diversam esse meam expositionem ab edita in Actis Academiæ, quæ sic se habet—

" *Fan li da fica Conan Colgac cos obmda.*"

Pace eorum qui hanc expositionem edidere, liceat ad ipsum lapidem, prout in Actis Academiæ insculptum, appellare, unde pateat auctorem istum perperam scripsisse *fica* pro *fi ta*, et *Conan* pro *Conaf*.—Jamque, vera lectione posita, quænam sit interpretatio videamus.—Ego sic verba expono—[Sub hoc tumulo sepulchrale subter, est Conaf ferox, pedum......]

Expositio in Actis Academiæ est—" Sub hoc *saxo* jacet Conan ferox, *agilis* pedibus.—"

Ego pro *saxo* redidi " tumulo sepulchrale," et vocem ultimam *obmda* omisi.

Procul dubio vox *lia* saxum significat, ut *Lia-fail* Saxum fatidicum,(3) item *liag* et *liog*. At in Inscriptione, vox est *lida*, quæ aliquando *lighe* scribitur, i. e. tumulus sepulchralis, ut " *Dhe a ta a lighe sa leacht*," in Exemplare Stowense Vocabularii O'Briani, in margine p. 324.—Vocem *obmda* penitus omisi, utpote a lingua Hibernica alienam. Extat quidem in lingua ista vox *omhan* timor, quæ scribitur etiam *obhan*; at nulla vox *obmda*, quæ agilem exprimat, in lingua Hibernica invenitur.

Hinc suspicor, vel lapidem non esse accurate delineatum, vel Inscriptionem ipsam esse supposititiam, et recentioris ævi inventum. Hanc suspicionem confirmat auctoris prædicti Academici assertio, eandem incriptionem legi etiam more Græcorum veterum, dicto *Boustrophedon*, a sinistra ad dexteram, et sic hunc sensum reddere, " noli tenebris obducere reliquias Conani ferocis agilis pedum." Item legi posse tertia, quarta, et quinta lectione, alios sensus reddente, ut—" longa " quiete jaceat supra littus lacus hujusce, sub hoc Hieroglyphico, dilectus sacrorum," &c!

Jam vero in tota antiquitate inauditum est, ullam unquam extitisse Inscriptionem, quæ utroque modo lecta, eundem pene sensum reddat, sive a dextera, sive a sinistra legatur; et hæc jactata lectio duplex, multo magis suspicionem provocat, simul ac ad eam descriptionis Academicæ partem perveniamus, in qua duæ aliæ lectiones exhibentur, sursum nempe et deorsum! Imo et quinta, quæ, pariter Hibernica, eundem pene sensum ubique revelat!

---

(1) Prolegom. p. cir, cv. &c. (2) Prolegom. p. cir. (3) Prolegom. p. xliv.

Quod si res hæc tam inaudita, sit pro genuina admittenda, scire velim cur saxum istud, usque adhuc penitus ignotum, vel a doctis Hiberniæ derelictum, contemptui potius haberi videatur, quam inter pretiosissima antiquitatis Hibernicæ κειμηλια reponendum?

Auctor præfatus Academicus Inscriptionem istam scalptam fuisse inquit, anno æræ vulgaris 295. "The death of Conan is expressly said to have happened the year before the battle of Gabhra, and "therefore in the year 295, consequently the stone must have been inscribed 1490 years ago, "though, from its hard texture, the inciption is still perfectly legible."(1)

At minime sequitur scalptam fuisse eo anno, quia eo anno obiit Conanus.—Quid sibi volunt interpunctiones quas inter verba distinguo? Post auream Latinorum ætatem, qui singula vocabula singulis punctis distinguebant, nulla fere verborum distinctio a Notariis facta est, usque ad tempora Caroli Magni, qui, procurante Alcuino, punctorum distinctiones vel subdistinctiones restituit. Id autem factum est, curantibus Alcuino et Paulo Warnefrido, more plane diverso a vetere more Latinorum.(2) Interpunctio enim non ad *verba* distinguenda restituta est, sed, in inferiore parte *extremi vocabuli* posita, virgulam, in media parte, duo puncta, in superiori, puctum seu sensum finitum designabat. Aliquando tria puncta in modum trianguli posita id efficiebant, ut in pluribus Codicibus Bodleianis, et Cottonianis, et in quibusdam Stowensibus ego ipse sæpe notavi. Aureis ipsis Latinorum temporibus, accurata ista verborum distinctio non fiebat ab omnibus, siquidem Augustus, ut ex ejus chirographo observavit Suetonius, "*non dividebat verba.*"(3) In vetustissimo MS Codice S. Ciliani Hibernensis, cujus meminere Benedictini,(4) nulla extat punctuatio, nulla verborum distinctio. Idem dicendum de Psalterio Salisburgense, scripto sæculo viimo.(5) In Virgilio Vaticano plurimæ paginæ nullam exhibent punctuationem, et ea quæ in aliis invenitur, manu recentiore adjecta est.(6)

Nullus extat in toto orbe Codex Hibernensis in quo singula verba puncto divisa leguntur. Extat autem Codex Hibernicus *Hymnorum* sæculi viimi, *Antiphonarium Benchorense* ejusdem sæculi, Codex *S. Ciliani* sæculi viiivi, Codex *Sedulii Scoti* sæculi ixni, Codex dictus *Psalter Cassil* sæculi xmi, Codex *IV Evangeliorum* Harleianus sæculi xiimi.

Quod si asseratur non agi jam de Codice, sed de inscriptione sæculi tertii exeuntis, et quidem more *Boustrophedon*. Respondeo, primo istum scribendi morem longe ante sæculum tertium, imo ante tempora Alexandri ubique terrarum desiise.(7) Secundo, nullam verborum distinctionem ex puncto simplice in Inscriptionibus antiquissimis Boustrophedon inveniri; non in ista de Legibus Solonis, edita a Pottero, (8) non in Lapide Sigeo edito a Chishullo in Antiquitatibus Asiaticis,(9) non in illa quam edidit La Bastie, (10) nec in istis a mille annis ante Christum incisis, quas editas invenimus in Opere *Mem. de l'Acad. des Inscr.* t. 15; et quamvis istam scribendi methodum inter Celtas Gallos extitisse asserat Auctor eruditus Operis *Le Religion des Gaulois*,(11) nullum tamen spe-

(1) Acta Acad. Regiæ Hibern. Dubl. 1787, t. 1, Antiq. p. 14.
(2) Confer Alatii Animadversiones ad Fragmenta Etrusca, cum Mabillonii Opere De Re Diplom.
(3) Sueton. in Octav. num. 87. (4) Nouveau Traité de Diplom. t. 2, p. 464. Chronic. Godwic. p. 34, n. 1.
(5) Mabillon De Re Diplom. tab. viii, p. 359. (6) Nov. Traité ibid.
(7) Muratori Nov. Thesaur. t. 1, col. 39—48, et Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 15, p. 597—410.
(8) Potter Archæol. Græca c. 26. (9) Item Muratori Nov. Thesaur. Inscr. t. 4, p. 2110.
(10) Muratori ib. t. 1. Confer Marmor editum a Nointel, incisum annum circiter 457 ante C. et tria alia vetustiora edita in tomo 15 Operis Mem. de l'Acad. p. 397. (11) Lib. 1, c. 4, n. 5.

cimen adducit in quo verba singula puncto interveniente distinguuntur. Nulla talis divisio verborum extat in vetustissima Incriptione Boustrophedon Amycleense, edita primum a Fourmontio, et postea a Benedictinis in Opere "*Nouveau Traité de Diplom.*" ubi nulla omnino punctuatio invenitur.(1)

Quod si meam de Conani Inscriptione sententiam proferre liceret, id mihi imprimis probabile videtur, confictam fuisse a quodam qui Tabulas Eugubinas, prope Trojani excidii tempora incisas, subodoravit, in quibus singula verba quæ characteribus Latinis scalpta sunt, singulis punctis, et verba characteribus Etruscis scalpta, duplici puncto distinguuntur.(2) Vallancius Conani Inscriptionem edidit, diversam ab Academiæ Hibernicæ editione, anno 1786, anno nempe uno postquam inventam fuisse aiunt, et anno uno *antequam Acta Academiæ* publici juris redderentur!(3)—Academiæ editio ea est quam supra exposui—

fa n.lidafi ta.conaf.colgac. cosobmda

Vallancii autem editio hæc est a præcedente valde diversa—

fa. .litaf .cosaacolg a.c .cos.obmda

Fateor equidem nonnullas diversitates posse ex amanuensis negligentia, vel typographi imperitia, præsertim in plurimarum linearum inscriptione exoriri. In hac autem, punctuationes et lineæ valde variant, ut literas a me subjectas diligenter inspicienti patebit!

Distinguendum est tamen Saxum istud sepulchrale Conani a Poemate *Cath Gabhra*, a 400 annis exarato, in quo Conani mors, et sepulchrum, et incriptio *Oghamia*, procul dubio memorantur.

Verba istius poematis sunt hæc—

"*Ni raib an Laoch fraochda Conan—an Gabhra san trean dail,*
"*A m Bealtaine an bliadhain roimhe—aig coine adharta na Greine,*
"*Ro torchar an Curad nar tim—a Fiongail le Fianaibh Fin.*
"*Ro cloidh a feart thair bo thuaigh—a cluithe caionte bo diol truaigh.*
"*S ta ainim Ogam air lic blaith—i sliabh comhdubh Callain.*"

Non fuit Heros ferox Conan—apud Gabhra in conflictus congressu.
Apud Baalis ignem anno præcedente—in solemnitate festivo adorationis Solis,
Occisus est Heros qui nunquam timuit—dolose a Feniis Finni.
Constructus est ejus tumulus in Occidente celebris.—Ejus famæ lugubris fletus, valde mæstus.
Et est ejus nomen Ogham supra saxum laudis—in monte valde nigro Callani.

Hæc versio ad literam, paulo diversa a versione edita in Actis Academiæ Dubliniensis, p. 4, plane indicat *primo*, characteres quosdam dictos *Ogham*, ex veterum Hibernorum traditione valde antiquos, extitisse, quo tempore Carminis Auctor metricam istam narrationem ex Bardorum fragmentis collegit. *Secundo*, si fides Poemati habenda est, Inscriptionem dictam *Ogham* scalptam fuisse in saxo,

(1) Tom. 1, p. 616. Inscriptio est ista, ni fallor, omnium antiquissima.—"Prisci Romani, inquit Henselius, Græcos "imitati, similiter orationem primum *non interstinxerunt*, sed voces *continua serie posuerunt*."
(2) Nouveau Traité de Diplom. t. 3, p. 461. (3) Vindication of the Anc. Hist. of Irel. p. 528.

quod supra Conani tumulum erectum est, in monte Callano, anno ante quam Prælium Gauranum gestum est, ac proinde anno Christi 295.

Quod *primum* attinet—De Carminis istius jactato Auctore Oissino, sententiam meam jam antea protuli, a qua absque mendacio discedere non possum.(1) Reddenda enim erit ratio, quis antiquorum primus carmina Oissini tradiderit? Quis eorum meminerit? Ubi tamdiu latuerint? Quomodo ad nos tot post sæculis incorrupta pervenerint? cur tot scateant metachronismis? et cur lingua, in qua tradita esse dicuntur, vocibus Latinis, et Anglicis, et S. Scripturæ phrasibus, nobilitetur?

At, quamvis Carmen istud non sit genuinus Oissini fœtus, estne saltem carmen antiquum?

Respondeo, Auctoris esse ignoti, qui post sæculum 12mum floruit, et ante sæculum 15tum. Post sæculum 12mum, non enim antea voces Anglicanæ in linguam Hibernicam irrepsere. At, ante sæculum 15tum floruisse patet, ex Codice Dubliniense sæculi 14ti, in quo totum carmen lingua et characteribus Hibernicis exaratum conservatur.(2)—Habemus itaque, ex isto Codice, ex *Ballimotense*, ex Codice *Psalter Cassil*, ex *Inisfalensibus* Annalibus in Bodleiano, et ex vetusto Codice Membraneo incertæ ætatis, in Bibliotheca Harleiana, sæculi ni fallor 12mi, manifestissima indicia, non solum *tradita*, sed ab annis octingentis *scripta*, vocem Celticam *Ogham* ab immemorabili, in Hibernia, ad literarum elementa exprimenda, usurpatam fuisse; quod unum probandum suscepi.

Porro hæc annorum fere mille testimonia, antiquitatem longe majorem indicare videntur. Iste enim tot antiquorum consensus, qui ad antiquissimas inscriptiones, et literas *Oghamias* appellant, magni momenti habendus esset, etsi omnia fragmenta, omnia vestigia istarum literarum desiderarentur.—Freretus nitide et accurate inquit, "Les anciennes Histoires, celles meme qui n'etoient " fondees que sur la simple tradition, ont, a ce que je crois, un certain degre de certitude, moins " fort, a la verité, que celui des Histoires contemporaines, mais tel cependant, que malgre l'eloigne- " ment des temps, et des lieux, que nous cache une partie des circonstances, les esprits vraiment " justes ne se croyent point en droit de les rejetter entierement pour le gros des faits, lorsqu'ils n'ont " point de preuves positives de leur fausseté." Freret Reflex. sur l'Etude des Anciennes Histoires, et sur le degre de certitude de leurs Preuves. (3)

Sive ergo literæ istæ fuerint ab initio ejusdem formæ rectilineæ, quam Codices recentioribus sæculis exhibent, sive literæ primævæ *Og-Ham* vetustate obsoleverint, et veluti Cadmeæ, et Ionicæ, penitus deperditæ vel mutatæ desiderentur, quidquid demum de earum *forma* sentiatur, at literas quasdam *Og-Ham* extitisse, idque numero 16, et arborum nominibus insignitas fuisse, minime dubitandum est.

Vir doctus Thomas Astleus, de rebus Hibernicis agens in Opere eximio de Origine Scribendi, literas Ethnicis Hibernis non penitus ignotas fuisse fatetur.—" There are great numbers of pillars " and monuments of stone in Ireland, as well rude as wrought, with various figures and devices, " and some of these latter sort *are evidently of Pagan antiquity.* There are also a great number " of inscribed monuments of stone, &c. which prove that the Irish had letters before the arrival of

---

(1) Prolegom. p. xii, xiv, xxii.

(2) Young's Gaelic Poems, &c. Trans. R. I. Acad. vol. 1, Antiq. p. 106.

(3) Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 6, Paris, 1729, p. 152. " It is a strong presumption in favour of the antiquity of " this art in Ireland, that its existence in the island extends farther back than the reach of records, and is lost in the " mist, which involves the original population of the country."

"S. Patrick in that kingdom." c. 5.—Postea quidem inquit ista omnia, etsi antiquissima, a Romanis originem habuisse. At, in ejus Opere, quamvis vere erudito, plura notanda sunt, quæ clarissimi viri industriam et ingenium latuere. (1)

Dubthacum Ethnicum Regis Laogarii Archipoetam, poemata scripsisse Hibernica ante S. Patricii adventum, narrat sæculo 10mo Probus, et alii antiquiores, ex quibus eandem narrationem descripsit sæculo 12mo Jocelinus. Benignus, S. Patricii in Sede Ardmachana successor, scripsit Hymnum, partim Latine partim Hibernice, juxta veterum Hibernorum artem, quem ex vetustissimo Hymnorum Codice editum habemus in Triade, simul cum Hymno Hibernico Fiechi discipuli Dubthachi, ex eodem Codice. Adamnanus *Cronani* meminit Poetæ Ethnici Hibernensis, qui, *juxta artem* veterum Hibernorum, *Carmina modulabiliter cantabat.*—Fiechi Carmen Hibernicum, in quo *Druidas Regis Leogarii* memorat, editum est in Triade ex Codice Hymnorum sæculi 7mi, vel 8vi, quem laudat Usserius in Epistola ad Vossium, Dissertationi de Symbolis præmissa, in qua Codicem istum "*antiquissimum* appellat, partim Latine, partim Hibernice scriptum," in quo et plura alia Carmina Hibernica antiqua, ante sæculum octavum scripta, servata esse testatur.

Carmina ista, a Bardis *Ethnicis* conscripta, satis clare ostendunt, literarum usum ante S. Patricii adventum in Hibernia invaluisse, cum Ars Poetica etiam abinde, *iisdem Regulis quibus hodie*, tanquam ab immemorabili exculta fuerit, versibus ipsis id ab intrinseco demonstrantibus, ut in Prolegomenis demonstratum esse confido.(2) Poesim, *unicum memoriæ et Annalium* custodem, apud Ethnicos Hibernos agnoscit Bollandus. Atqui literarum usum esse individuum vetustissimæ Poeseos comitem, gentium monumenta declarant. (3)

Quibus ea quæ de voce Celtica *Og-ham*, et de antiquitate literarum in Hibernia dicta sunt, parum pobabilia videri poterunt, reddenda erit ratio, cur vox ista exclusive in Hibernia ad literarum elementa exprimenda retenta fuerit? Cur nomina Hibernica literarum, sint pariter nomina arborum? Undenam hæc cum vetustissimis Orientalibus, et Religionis *Baalim* identitas, et traditionum communitas, et vocum vetustarum similitudo?

Nonnulli quidem se rem acu tetigisse gloriantur, dum hæc omnia, uno veluti ictu, ad fabulas amandant. Hibernos enim literarum expertes fuisse, quia scilicet Germanis literarum usus erat penitus ignotus! At hoc minime consectaneum esse nemo negabit. A Germanis enim ad Hibernos nulla illatio. Germanis, Druides alieni erant, et ignoti.(4) Druidum autem ordinem et doctrinas in Hibernia viguisse, plane compertum est,(5) testantibus Annalibus, indicante lingua Hibernica, in qua vox *Draoid* Magum significat,(6) referentibus vetustissimis Scriptoribus Ecclesiasticis, idque plane demonstrante totius Hiberniæ superficie, in qua Druidum Aræ ubique visuntur.

Druidæ Hiberni memorantur a Tigernacho ad annum C. 265, (7) ex vetustis Annalibus, quos

(1) Romani nunquam Hiberniam, vel aliquam Hiberniæ partem tenuere. (2) Prolegom. p. lxvi.

(3) Fiechi Poetæ discipuli Archipoetæ Ethnici Dubtachi meminit sæculo xmo Probus in Triad. p. 51, c. 41. Ejusdem meminere Benignus et Tirechanus, Probo antiquiores, et Jocelin. c. 45, 115, 117. Usser. Primord. p. 818, et Fiechi Scholiastes vetus in Triad. p. 5, qui etiam Druidum meminit ibid. p. 18.

(4) De Bel. Gal. l. 6. "Nam neque Druidas habent."

(5) Vide Prolegom. p. xxi, lx, lxii, lxvi, lxxix, et xcvi.

(6) Versio Hibernica Evangelii S. Matthæi c. 1. Lond. 1681, et altera versio anni 1690.

(7) Prolegom. p. xxi et lxii.—Flaherteus Cormaci obitum refert ex aliis Annalibus vetustis ad ann. 277, p. 150, 152, et 340. Ego Codici Bodleiano adhæreo.

*Monumenta Scotorum* appellat, qui referunt *Cormacum* Hiberniæ Regem, magicis Malconis Druidæ præstigiis eo anno interemptum fuisse, quia horrendis Druidum ritibus fidem præstare recusavit. Eadem habent IV Magistri ad ann. 266, ubi præterea subjungunt Cormacum scripsisse nonnulla de Legibus antiquis Brehonum, et de tributis, et genealogia Regum Hiberniæ, et ordinasse ut omnia Hibernorum Chronica Temoriam transferrentur, ac in unum redigerentur volumen, quod postea a S. Patricio purgatum, "*Chronicon magnum*" appellatum est.(1) Memorantur Druidæ Hiberni sæculo nono in fragmentis metricis Eochodii, quorum vetusta Exemplaria in Bibliotheca Stowense conservantur.(2) Druidas in Hibernia penitus ignotos fuisse asserit quidem Pinkertonus.(3) At Cicero profitetur "se nescire quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non "dicatur ab aliquo Philosophorum." (4)—Miror equidem virum alioquin doctum *opiniones* tam confidenter pro rebus historicis obtrudere, quamvis se linguæ Hibernicæ ignarum, nec Annales intelligere, nec Tigernachi chronicon, nec Bardorum fragmenta, hactenus inedita, unquam vidisse profiteatur!

Druidum Hiberniæ meminit iterum Tigernach in narratione Prælii Dubcomarensis, quod sic appellatum fuisse inquit, a *Dubcomaro* præcipuo Regis Fiachi Druida, qui in prælio isto occubuit, anno Christi 325. (5) Tigernachi verba sunt—"*Dubcomair ainim Druadh Fiacha Raibtinne, 7 romarbad isin Cath he, con id de dogarar Cath Dubcomair.*" [Dubcomar nomen Druidæ Regis Fiachi Rabtinne, et occisus est in isto prælio, unde et dictum est prælium Dubcomar.] (6) Omitto Conlaum insignem Connaciæ Judicem, de quo dicitur, "*Se do righne an chombliocht ris na Draoidhibh.*" [Is fuit qui decertavit cum Druidis.] Flahert. p. 218.

Memorantur itidem Druidæ Hiberni in narratione eversionis Eamaniæ, quam *consiliantibus Druidis* factam fuisse, vetusti Annales, ab Eochodio sæculo nono citati, declarant.(7) Memorantur etiam, ut dictum est, a vetustissimis Scriptoribus Ecclesiasticis, quorum nonnulli, ut Fiechus, et ejus Scholiastes, longe ante Probum scripsere, sæculo 6to et 8vo. J. Cæsar de Druidis Britannicis inquit, "Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur, atque annos nonnulli vicenos in disci-"plina permanent, neque fas esse existimant ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis, "privatisque rationibus, Græcis literis utuntur." (8) Narrat præterea "In castris Helvetiorum "tabulas repertas fuisse literis Græcis confectas."(9) Attamen Græcam linguam ignorasse, etsi literas Græcas usurpaverint, ex eodem Cæsare manifestum est. Inquit enim se Quinto Curtio scripsisse *Græce*, ne intercepta epistola, sua a Gallis consilia noscerentur.(10)

Porro, Druidum Hiberniæ meminit sæculo nono Cormacus Casselensis in Codice dicto *Psalter Cassil*, quem decimo sæculo exaratum fuisse, vir doctus T. Astleus expressis verbis fatetur.—

---

(1) IV Mag. Annal. ad ann. 266.—Chronicon hoc extitit usque ad sæculum 12mum. Vide Annal. Ult. ad ann. 453, 839, not. 2 p. 214, et 958, p. 264. Item IV Magistr. Annal. ad ann. 438, et Colgan. Triad. p. 214. Aliud erat Chronicon dictum "*Fen Scanchuis mhoir,*" quod *Scanus* filius Agii concinnasse dicitur paulo ante initium æræ communis. Flahert. p. 218.

(2) Prolegom. p. xxi et lxii. (3) Pinkert. Scotl. Lond. 1789, t. 1, p. 18. (4) Tuscul. 224. b.

(5) Prolegom. p. xxxix, lii, ci, civ.—Prælium istud refertur a Flaherteo ad annum 327, p. 155 et 359. Vide Proleg. p. cv, et confer Prolegom. p. cxxx, ubi Annalium notæ chronicæ ad pristinam integritatem revocantur, cum Tigernachi Codice Bodleiano, fol. 7, col. 3.

(6) Tigernachi Codex Bodl. fol. 7, col. 3, lin. 3.

(7) Et apud Tigernach. Cod. Bodl. fol. 27, col. 3, in medio columnæ.

(8) De Bello Gal. l. 6. (9) Ib. l. i. (10) Ib. l. v.

"The oldest Irish Manuscript which we have discovered is the Psalter of Cashel, written in the "latter end of the 10th century."(1) In isto Codice hæc habentur—"*Dha teinne soinmech do* "*gnitis na Draoithe con tincet laib moraib for aib. Agus do berdis na ceatra or teamandaib cecha* "*bliadhna.*" [Duos ignes solemnes faciebant Druidæ, congregantibus simul multitudinibus cum èis, et venire faciebant armenta, quæ per ignes istos transire faciebant omni anno.]

"Cormacus iste vir fuit eruditus, et Antiquitatum Hibernicarum scientissimus, scripsitque lin- "gua sua Patria Historiam, *Psalter Cashel* vulgo dictam, quæ etiamnum extat, et magno habetur in "pretio. Excerpta quædam ex dicta Historia in vetusto habeo Codice Membranaceo *Psalter na* "*rann* dicto, ante annos plusquam ccc exarato."(2)

Druidum ordinem non penitus usque ad adventum Anglorum in Hibernia defecisse, etsi ab horrendis ritibus abstinuerint, Annales Ultonienses ad annum 886, et Annales IV Magistrorum ad annum 1168 luculenter ostendunt. Quatuor Magistri ad annum istum inquiunt—"*An dall ua* "*Conalta, ·i· Giolla Maire Righ Draoith Er decc.*" [Cæcus O'Conalta, i. e. Gildas-Marius, Regius Druida Hiberniæ, seu Regis Magus, decessit.]—Quosdam e Druidicis ritibus usque ad nostra tempora in nonnullis Hiberniæ regionibus perdurasse alibi fuse demonstravi.(3) In versione Hibernica Evangelii S. Matthæi, tam in illa composita ab O'Donnello, quam in altera Bedelli, verba Hibernica pro "venerunt Magi ab Oriente," sunt "*tangadar na Draoithe on Ard soir,*" [venerunt Druidæ ab Oriente.] Hinc voces Hibernicæ *Dar*, *Daor*, et *Darra*, Quercus; arbor nempe sacer Druidum. Hinc plurimæ antiquæ civitates in Hibernia, in quibus sibi Druidæ Academias, et Arbores, et Nemora sacra statuerunt, ut *Kildara*, et civitas *Derrensis*, et *Durro*, in quibus Christiani primævi, succensis vel succisis nemoribus, Cathedras Episcopales, et Monasteria posuerunt. Nemo ignorat quercum fuisse arborem sacrum sub quo Druidæ, robora singulari veneratione ab ipso fere Diluvio prosequentes, in memoriam, ni fallor, arboris Scientiæ boni et mali, altaria struebant; unde Robora nomen antiquissimum Celticum *Dara* a Druidis impetrasse, Theodorus Hasacus singulari Disseriatione patefecit.(4) Hinc inter Hibernos nihil sanctius arbore quem *Bile* appellabant, et *Bile-magh a Dar*, [Arbor sacer campi Quercuum,] ut in Annalibus Ultoniensibus ad ann. MCXI, p. 375, et in Annalibus IV Magistrorum ad annum eundem.(5)—Dualdus Firbissius, Patriæ antiquitatum professor hæreditarius, testante Flaherteo p. 219, disciplinæ Druidum Tractatus 180, S. Patricii tempore, igni damnatos fuisse, ex Majorum monumentis declaravit.

Et quidem Druidicæ Religionis tot sunt in Hibernia vestigia, ut ea enumerare justum volumen exigeret; non solum enim usque hodie manent ritus *Baalim*, et ignes sacri, et festivitas *Samhin*, et *Grynæi* Appollonis vestigia, cæterorumque Deorum veterum, quos supra in transitu indicavi, verum etiam usque hodie Ars Magica dicitur *Draoidheacht*, et præterea fontium, lacuum,

(1) Astle Origin of Writing, 4to p. 120. Ware's Antiq. v. 3, p. 64.

(2) Hibern. Antiq. Lond. 1654, p. 92. Confer Philosoph. Trans. vol. 27, p. 505, Keating Preface, Lond. 1723, et O'Halloran Fabulous Hist. of Irel. Lond. 1778, t. 1, p. 47, 113, 186. Toland Hist. of the Druids p. 69, 74, et Acta Acad. Paris vol. 19, p. 489.

(3) Dissert. MS. De Relig. Ethnicor. Hibern.

(4) Plin. l. 16, c. 95, ed Harduin. Paris 1723, t. 2, p. 42. Diodor. Sic. ed. Wesseling. Amstel. 1746, l. 5, c. 213, t. 1, p. 354, not. 37.

(5) Vide plura in Vocabulario nostro Topographico voce *Bile*.

arborum, antrorum, et saxorum ingentium cultus, quem nec ipsa Religio Christiana, nec Ecclesiarum Pastores, nec Magistratus officium gerentes hactenus abolere potuerunt.—Annales Ultonienses plano indicant *Solem* et *Ventum* fuisse præcipuos Ethnicorum Hiberniæ Deos, et Philo-Biblius ex Sanchoniathone narrat Usoum, Phœniciæ regis fratrem, duas erexisse Tyri columnas, *Igni, Ventoque* consecratas.—Verba Annalium ad annum CCCCLVIII hæc sunt—"*Cath Atha dara for Laogaire* "*re Laighnibh.* [Prælium vadi quercuum contra Laogarium gestum a Lageniensibus,] in quo et "ipse captus est, jurans per *Solem* et *Ventum* se boves eis dimissurum."

Iidem Annales ad ann. 462 inquiunt—" Mors *Laegaire* filii *Neill, oc Greallaig Griafil, for taeb* "*Caisse,* in campo *Lifi, etir in da cnoc,* ·i· *Erin ocus Alba an anmana, arata re Laignib gur iad* "*GRIAN agus GAET ros marb sad.*" [Mors Laogarii filii Nialli regis Hiberniæ, apud Greallaggria-fil, supra regionem Casse, in campo Life, inter duos colles, i. e. Erin et Alba. Dicunt Lagenienses occisum fuisse a *Sole* et *Vento.*]

Quatuor Magistri eandem narrationem his verbis ex vetustis Codicibus contexuerunt—"*Aois Cr.* "*ceithre ced caoga a seacht, a naoi fichet do Laogaire m. Neill. Cath Atha dara ria Laighnibh for* "*Laogaire mc Neill. Ro gabh do Laogaire isin cath hi sin, 7 do rad Laogaire ratha GREINE 7* "*GAOITHE, 7 na n DUIL*(1) *do Laignib nach tiocf foira tria bith in a ralegadh uda.*

"*Aois Cr. ceithre ced caocca a hocht. Iar mbeith deich m bliadhna fichet hi righe n Er do Laogaire* "*mc Neill naoi-giall. atbath ittiobh Caissi edir Er 7 Albain,* ·i· *da cnoc iadse filet in uib Faolain, 7* "*GRIAN 7 GAOTH ros marb sain ar ro saraigh iad. Con idh do sin atbert an File*—

"*Atbath Laogaire mc Neill—for taeb Caissi glas an tir.*
"*Duile De ad raegaid raith—tuc sat dail mbais for san righ.*"

Hæc ad literam interpretata, sequentem reddunt sensum, et narrationem—

Anno Christi 457, nono et vigesimo Laogarii filii Nialli regis Hiberniæ. Prælium vadi quercuum gestum a Lageniensibus contra Laogarium filium Nialli. Captus est Laogarius in prælio isto, et juravit Laogarius juramentum Solis et Venti, et Geniorum omnium, Lageniensibus, quod non veniret contra eos durante vita ad intentum istud, (nempe ad tributum boarium exigendum.)

Anno Christi 458. Postquam esset decem annis et viginti rex Hiberniæ, Laogarius filius Nialli novi-obsidum, occisus est prope Cassi, inter Erin et Alban, i. e. duos colles istos, sic dictos in regione Hy Faolan; et *Sol* et *Ventus* occiderunt eum, nam deprædavit eos, (Lagenienses,) et propterea cecinit (*File*) Poeta vetus—

Occisus est Laogarius filius Nialli—prope Cassi, virida ista regio.
Numina cœlestia quorum violavit jusjurandum—dederunt meritam mortem isto Regi.

Eandem narrationem referunt Annales Inisfalenses ad annum tertium post obitum Leonis Magni Pontificis, i. e. ad annum Christi 463.—In Boylensibus Laogarii captivitas recte refertur ad annum tertium ante mortem Leonis, his verbis—"*Cath Atha dara for Laogaire ria Laignibh* [Prælium vadi "quercuum gestum contra Laogarium a Lageniensibus] in quo et ipse captus est, sed tunc dimissus "est jurans per *Solem* et *Ventum* se boves eis dimissurum."

---

(1) Vox *Duil* a Llhwydio, O'Clerio, et O'Briano, interpretatur Rerum *Elementa,* unde *Duileamh Deus,* Creator Elementorum omnium. Unde colligendum, inquit Flahertеus, Hibernorum numina fuisse Deos Topicos, sc. Montanos, Campestres, Fluviales, et id genus alios locorum genios. Pag. 201.

Atqui auctores Angli Historiæ Universalis recte notant ex Sanchoniathone, *Ignem* et *Ventum* Deos fuisse Phœnicum. "In the fragment of Phœnician history preserved by Eusebius from Sanchoniathon, it is stated that Usous, the King of Tyre's brother, consecrated two rude pillars to *Fire* and *Wind*, and he worshipped them."(1)

Hæc omnia simul collata plane indicant vetustissimam Religionem Celtarum, quæ procul dubio erat Druidica, quamque e Phœnicia, et ab Orientalibus maris Mediterranei littoribus, ad *Insulam sacram Iernen* pervenisse, ex ipsis Phœnicum Annalibus, a Festo Avieno citatis, alibi demonstravi.(2) Addo et aliud notatu dignissimum, quamvis a nostris Scriptoribus nullibi quod sciam observatum, Mysteria nempe Deorum Punicum *Cabirorum*, ad *Insulam usque Britanniæ finitimam* delata fuisse, testante Artemidoro apud Strabonem.(3) Atqui Cabiri nil aliud erant quam Dii Phœnicii quorum meminit Herodotus, (4) *Sol* nempe, sive Mercurius genitor, et Luna, quos Beryti in Phœnicia cultos fuisse, narrant Sanchoniatho, et Damascius, apud Eusebium.(5) In Italiam, ad Tyrrhenos, eorum Mysteria delata fuisse, scribit Clemens Alexandrinus,(6) et *Magnos Deos* fuisse quos Æneas in Italiam attulit, referente Virgilio, Vossius pluribus argumentis, et Gutberlethus in Dissertatione singulari de Mysteriis Cabirorum erudite demonstravit. (7) Vocem ipsam quod attinet, Strabo quidem, et Scholiastes Apollonii Rhodii Cabiros a monte Cabiro in Phrygia dictos esse asserunt.(8) At falli veteres in hujus vocis etymo notum est eruditioribus,(9) quum vera vocis origo a lingua Hebræa, et Chaldaica, sive Phœnicia petenda sit, in qua *Cabir* potentem significat, ut scribunt Varro et Tertullianus.(10) Græcis dicebantur Θεοι μεγαλοι, et Θεοι δυνατοι,(11) Orpheo Ευδυνατοι.(12)

Recte docet Scaliger Phœnicum et Syrorum lingua *Cabir* potentem significare,(13) et Kippingius ostendit Cabiros, magicam artem ac incantationes exercendo orbem peragrasse.(14)—Jam vero apud Hibernos *cabhair* nil aliud significat quam auxiliator, unde *cabhairim* auxiliari, ut in Llhwydii Archæologia, et in Vocabulariis O'Clerii, O'Briani, et aliorum. Hinc religio Magorum Orientalium, qui Persice et Arabice dicuntur *Gebr* et *Guebr*. Origenes contra Celsum scribens, meminit Περσων η Καβειρων, eorum nempe qui ignem colunt, et ab eodem fonte Chaldaico derivantur. Conveniunt tempora quibus ista mysteria ab Oriente delata fuere, cum iis de quibus Strabo scribit libro tertio—"Herculis, et Phœnicum expeditiones extra Columnas Herculis Homero notas fuisse; "et cum sciret hujusmodi expeditiones, paulo post Trojæ excidium, *ultima Hispaniæ attigisse*, et

---

(1) Universal Hist. Lond. 8vo, 1747, t. 1, p. 184.
(2) Annal. Ult. Annot. p. 161, ex Festo Avieno in Corpore Poetar. Vet. ed Maitaire, Lond. 1723, t. 2, p. 1325 et 1547.
(3) Strabo l. 4, c. 198, ed. Casaub. Amsteled. 1707, t. 1, p. 304, et Huetii Demonstratio, Lipsiæ, 1694, p. 170.
(4) Herodot. l. 2, c. 51, ed. Wesseling. p. 128-9.
(5) Euseb. Præp. Evang. l. 1. Photii Biblioth. Cod. 242.
(6) Clem. Alex. Paræn. apud Huet. Dem. Ev. p. 169.
(7) Vossius de Idolol. Bochart. Canaan 1, c. 12. "These are the *Dii magni majorum gentium*, to whom the earth, and planets, and elements are dedicated." Newton's Chronol. p. 16. Lond. 1785.
(8) Strabo l. 10, c. 472, t. 2, ed. Casaub. p. 724. (9) Casaubon ib.
(10) Ita Varro de R. R. l. 4. Gruter. Inscr. p. 319—98, et Casaub. ib.
(11) In Hymno Κουρητων, apud Casaubon ib.
(12) Orphei Argon. Lipsiæ, 1805, p. 16, v. 29, et Guthberleth de Mysteriis Deor. Cabiror. c. 12.
(13) Scalig. Conject. ad Varron. p. 128. (14) Kipping l. 1, Antiq. c. 3, n. 6.

" eorum locorum bona Phœnicibus indicantibus cognovisset, ibi piorum sedes et campum Elysium " finxit, ubi Proteus Menelaum inculturum ait, *qua terræ postremus terminus extat.*—Occidua est " illa terra, et tepida, ad fines terræ........Ibi et Insulæ beatorum commemorantur."(1)

## *Literarum usus ex Phœnicum commerciis, et ex annuis Druidum Solenniis colligitur.*

Conferantur hæc cum iis quæ ex Phœnicum Annalibus tradit Avienus de Oris maritimis, ubi inquit " Insulam quam *gens Hibernorum* colit, prope Britanniam sitam, *Sacram* appellatam fuisse a " *priscis;* et *Phænicibus ibi negociandi mos* fuisse; et *Himilconem* scripsisse Insulas *Albion* et *Ierne*, " vix quatuor mensibus a Carthagine abesse, *ut ipse semet rem probasse retulit.*" (2)

Easdem Pœnorum, et præcipue Hannonis, ac Himilconis extra Columnas Herculis navigationes memorat Plinius.—" Hanno, inquit, Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad " finem Arabiæ, navigationem eam prodidit scripto, *sicut ad extera Europæ noscenda, missus eodem* " *tempore Himilco.*" (3)—Itaque suam navigationem prodidit scripto Himilco *sicut et Hanno.*

Porro unus est et idem Himilco, ad quem Festus Avienus, de Hibernia scribens, appellat, ubi Hiberniam *Sacram* Insulam ab antiquis appellatam fuisse declarat. Jam vero Hannonis Periplum ante Alexandri Magni tempora scriptum fuisse manifestum est ab intrinseco. Extat enim usque hodie, a pluribus editus, ex variis Codicibus, in quibus omnibus Civitas Tyri describitur ut florentissima, et sub regia potestate constituta, et in Insula in Mari sita, et tribus stadiis a terra distans, et Continenti via strata conjuncta quo tempore Hanno Periplum istud exegit, cum tamen ab Alexandro debellatam penitus interiisse, omnes docti fateantur.—Præterea Periplum istud memorant Aristoteles,(4) et Scylax Aristotele antiquior, uti patet ex Campomanis Dissertatione collata cum eruditis disquisitionibus Bougainvillei, Gosselini, Falconerii, et aliorum, qui in hac re definienda nihil intentatum reliquere.(5)

Aristoteles inquit Uticam a Phœnicibus conditam fuisse tribus fere sæculis ante conditam Carthaginem, et tamen, juxta Catonem seniorem, Carthago extitit Respublica Maritima annis 737 antequam a Scipione deleta fuisset.—Juxta Solinum Carthago floruit annis 677 vel 737, quæ diversitas ex variantibus codicum lectionibus orta est, uti notat Salmasius, et ex eo Gibbonus, qui posteriorem lectionem Marshamo placere ait, et Sacris Scripturis, et Tyri Annalibus magis consonam esse fatetur.(6) Ego Carthaginem paulo antiquiorem existimo, non solum ex Virgilii traditione, verum et ex supra memorato testimonio Strabonis de Homero, et ex ipsis Tyriorum Annalibus apud Josephum, ex quibus constabat, *Hyromum* Tyri Regem, et *Templum a Salomone conditum*, non magis quam *annis* 155 antiquius fuisse Carthagine.(7) Bochartus Phœnicum extra Columnas Herculis

(1) Strabo l. 3, c. 150, ib. p. 223, ubi de Hispania et Celtiberia, et l. 1, p. 4. (2) Avienus de Oris loco citato.
(3) Plin Hist l. 2, ed. Harduin. t. 1, p. 107, et l. 5, c. 1. Item Mela l. 3, c. 9, ed. J. Vossii p. 63, et not. p. 302—5. Bale Dict. Roterd. 1720, t. 2, p. 1396. Montesq. Espr. des Loix, Geneve 1750, t. 2, p. 271.
(4) Aristot. De Mirab. Op. Casaub. Lugd. 1590, t. 1, p. 704.
(5) Antequedad Marit. de Cartago con el Periplo de Hannon. Madrid, 4to, 1756. Hudson Geogr. Min.
(6) Gibbon. Lond. 1781, v. 5, not. 160, p. 360.
(7) Josephi Opera, Oxon. 1720, t. 2, p. 1341, et Marsham, Lond. 1672, p. 398.

commercia refert ad tempora Judicum, quibus, pulsi e terra Chanaan, in Lybiam, et ad Occidentalia Africæ littora profugerunt, Duce quodam *Chamo* seu *Cadmo*, quem Nonnus centum urbes in Africa condidisse testatur.(1) Vetus Inscriptio in Numidia Tingitana inventa literis Phœniciis prodiit, servata a Procopio in Vandalicis, quæ referebat Phœnices a Josue pulsos, in Numidiam profugisse, quod cum Herodoti obscura narratione concordat.(2) "Phœnices *extra columnas Herculis* progressi, "in media Africæ ora maritima urbes condiderunt, *μικρον των* Τ*ρωικων υστερον*." i.e. paulo post belli Trojani tempora. (3) Carthaginem conditam refert Petavius, ex eodem Josephi loco, ad annum ante Romam conditam 134, Periodi Julianæ 3828, ante C. 886, et Romam conditam refert ex Palíliis Varronianis ad annum ante C. 753, Periodi Julianæ 3961. Usserius Romam conditam refert ex Fabii Pictoris, et Iudorum sæcularium rationibus, ad annum ante C. 748, Periodi Julianæ 3966, quod cum Petavii rationibus plane convenit. Varronianæ enim rationes ex festis Palilitiis deductæ, sunt toto quinquennio Fabianis anteriores. Scripsit post Petavium Usserius, ambo post Marshamum, qui non plures admittit quam annos 126 inter jacta Templi fundamenta, et Carthaginem condi cœptam, quæ parva summorum virorum discrepantia eorum diligentiam evincit, et Carthaginis conditæ epocham, ad annum ante C. saltem 886 referri debere ostendit.

Et quidem longe ante Alexandri tempora, *Insulas Britannicas* ab Orientalibus quibusdam exploratas fuisse, plane patet ex libro *de Mundo*, quem vel Aristoteles, vel certe coetaneus Scriptor Alexandro dicavit. Hujus verba notanda sunt—"Εν *τουτω γε μεν νησοι μεγισται τε τυγχανουσιν ουσαι δυο* Β*ρετανικαι, λεγομεναι* Α*λβιον και* Ι*ερνη, των προειρημενων μειζους υπερ τους* Κ*ελτους κειμεναι, εκ ολιγαι δε μικραι περι τας* Β*ρετανικας και την* Ι*βηριαν*." (4) Apuleius eadem habet in istius libri versione quam Latio donavit, non regnante Trajano, ut erronee asserit Petavius, sed Imperante Antonino Pio. (5) Pytheas Massiliensis, qui paulo ante Aristotelem floruit, et non semel citatur tam a Dicæarcho, Eratosthene, et Polybio, quam ab Hipparcho, Strabone, et Ptolomæo, Insularum *Albion* et *Ierne* pariter meminit, idque accuratius quam a Strabone ipso designantur, ut alibi indicavi. (6) Pythei Γης *περιοδον* extitit sæculo sexto inter Stephani Bizantini Εθνικα, Opus Geographicum, cujus Epitomen, intitulatum "*Stephanus de Urbibus*," Hermolaus regnante Justiniano evulgavit.(7) Polybius librum scripsit de Insulis Britannicis, ut ipse testatur.(8) Plutarchus inquit quendam Demetrium ad Insulas Britannicas explorandas a Claudio missum, ad Insulam quandam pervenisse Britanniæ finitimam, in qua Magi degebant, *Sacri* ab Incolis habiti, qui præstigiis aerem turbare, et nimbos ac turbines excitare assueti erant. (9) Ptolomæus Alexandrinus memoratis civitatibus Hiberniæ, Promontorii *Sacri* Hiberniæ pariter meminit, quod cum Festi Avieni testimonio plane concordat.

---

(1) Nonni Dionysiac. l. 13, v. 364 et 378, et Marsham. p. 400.
(2) Procop. Vandal. l. 1, c. 10, 11, Huet Dem. p. 331, Lipsiæ 1694.
(3) Strabo ib. p. 83. Atqui ad hæc tempora referuntur Hercules, Phœnicius, et Midacritus, et Herculem Phœnicium non alium fuisse quam Midacritum, qui primus Insulas Britannicas exploravit, demonstrat ex Plinio l. 7, c. 56, et ex aliis longe vetustioribus Bochartus, in Phaleg et Canaan. Plinii verba sunt—"Midacritus *primus* plumbum ex Cassiteride Insula apportavit." l. 7, c. 56, p. 414. (4) Aristot. ib. t. 1, p. 371.
(5) Fabrici Biblioth. Lat. Lond. 1703, p. 123.
(6) Ex Strabone, t. 1, p. 109 et 163. Plin. l. 2, c. 75. Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 19, t. 26, et t. 45.—Operis Γης *περιοδον* meminit Apollonii Scholiastes, Pythei Athenæus, Cleomedes, et alii.
(7) Edidit Gronovius Lugd. Bat. 1688. (8) Polyb. Casaub. Paris. 1609, l. 3. (9) Plutarch. in Numa.

Omitto quæ de Orphei testimonio ex Argonauticis affert Usserius. Argonautica enim ista longe recentiora esse existimo quam Usserius credidit; cum ignota fuerint Herodoto, Apollonio Rhodio, et omnibus Scriptoribus qui ante Augusti Imperium floruere. Primus qui eorum meminit est Tatianus, sæculo Christi secundo, et Orpheum poetam nunquam extitisse asseruit Aristoteles, testante Cicerone.(1)

Omitto etiam vestigia quæ de Saxorum cultu in Hibernia usque hodie manere alibi declaravi.(2) Res autem postulat, ut Waræi et Harrisii de Promontorio Sacro opiniones, ex manifesta Historiæ antiquæ cum lingua Hibernica convenientia illustretur. Waræus inquit Promontorium quod a Ptolomæo *sacrum* appellatur, illud esse quod Hiberni propria lingua appellant *Gren-oir*, prope Wexfordiam. Harrisius aliud esse inquit huic proximum, quod Hiberni propria lingua appellant *Carne-soir*. Atqui ambo hæc nomina plane sacra sunt, *Gren-oir* enim nihil aliud est quam Altare, sive *locus sacer Solis ignis*; et *Carne soir* est *Acervus sacer lapidum ignis;* moles nempe lapidum congestorum in unum acervum, super quem Druidæ sacrificia mactare solebant.—Haud longe ab utroque distabant duo montes, quorum unus, a Columna sacra ibi posita, dicebatur *Buidhe cloch*, flavus lapis sacer, alter *Ard-cloch*, Altus lapis sacer, a quorum primo oppidum *Wicklow*, et a secundo oppidum *Arcklow* nomina derivaverunt. His finitimum est oppidum usque hodie *Baal-tin-glas* appellatum, quod lingua Hibernica exprimit "Baalis-Ignis-Custodium."

Illud etiam præterire nequeo, quod Festi de Insula *Sacra* narrationem mire illustrat, Hiberniam ab antiquioribus Bardis, lingua materna eodem modo appellatam fuisse, quo a Phœnicibus, *Insula Sacra*, Hibernice *Inis-fail;* idque, ut aiunt, a Saxo quodam fatidico, dicto *Lia-fail*, cujus portio usque hodie in Throno Regio Anglorum conservari narratur.(3)

Jam vero in Hiberniæ quibusdam locis sacris, ut apud *Finnabar na n ingen* prope Temoriam, in sacra et Regia Provincia, dicta *Breg*, et apud oppidum *Kildarense* Druidis Sacrum, Ignis *inextinguibilis*, a multis sæculis, more antiquo, a Virginibus Sacris custoditus fuit.

In civitate Kildarense vera hujus institutionis origo latuit, usque ad tempora Giraldi, qui, istius ævi superstitiosa ductus opinione, inquit multis sæculis inextinctum mansisse, et S. Brigidæ ignem appellatum fuisse, quia, ea intercedente, claro miraculo inextinctum servabatur! Quasi vero pia ista Virgo de Ethnicorum ignibus servandis cogitaret, quibus humana sacrificia infando ritu cremebantur! Attamen ignis iste dicebatur "*tinne Bride*," Ignis Brigidæ; et domus in qua servabatur "*Teach an-tinne Coisreache*," Domus Ignis Sacri.—Giraldi verba sunt—"Apud *Kil-dariam*, Lageniæ urbem, quam gloriosa Brigida reddit illustrem, digna memoratu sunt miracula multa, inter quæ primum occurrit ignis Brigidæ, quem *inextinguibilem* dicunt, non quod extingui non possit, sed quia tam sollicite Moniales et sanctæ mulieres ignem, suppetente materia, fovent, et nutriunt, ut a tempore Virginis (i. e. a sæculo quinto) per tot annorum curricula, semper manserit inextinctus; et cum tanta lignorum strues tanto tempore sit hic consumpta, nunquam tamen cinis excreverit."—Postea subjungit—"Cum tempore S. Brigidæ 20ti Moniales hic Domino militassent, ipsa 20ma existente, post gloriosum ejus transitum tantum undeviginti semper extiterunt,

(1) Cicero de Nat. Deor. l. 1, c. 38. Confer Usser. Primord. 724.
(2) Dissert. MS. de Relig. Ethnicor. Hib. (3) Prolegom. xliv, lxii.

"et numerum non auxerunt. Cum vero singulis noctibus singulæ per ordinem ignem custodiant, "nocte vigesima Monialis ultima lignis appositis, inquit, Brigida custodi ignem istum tuum, te "enim nox ista contigit.—Et sic igne relicto, inextinctus reperitur........Virgeo quodam et "orbiculari sepe, ignis iste circuitur; intra quem mas non intrat; et si forte intrare præsumpserit, "quod a temerariis quibusdam nonnunquam attentatum, Divinam ultionem non evadit. Item "mulieribus solum, et his non oris flatu, sed follibus tantum, et ventilabris, Ignem licet exsuf-"flare. Sagittarius quidam de familia Richardi Comitis sepem transiliens, ignem Brigidæ ore "sufflavit, qui statim resiliens demens esse cæpit, et cuicumque obviabat insufflans in ejus os dice-"bat, viden? Sic Ignem Brigidæ sufflavi."(1)

De eodem igne non ineleganter cecinit Edmundus O'Duyr Episcopus Limericensis—

Ardet inextinctus Brigidæ focus igne perenni.
Non capit augmentum coctus at inde cinis.
Quid notat iste rogus? tacitæne incendia mentis?
Vivaci vivax igne notatur amor? (2)

Colganus eodem modo rem explicare nititur, dicens Ignem istum in symbolum Spiritualis Divini amoris, qui in Brigidæ pectore sine remissione ardebat, institutum fuisse.—Vir nempe bonus Ethnicorum superstitiones, adhuc in patria manentes, pio velamine quantum potuit occultare conatus est.

At melius est errorem fateri quam defendere, et falsa est et periculosa pietas, quæ errori aut falsitati vel in minimo assentitur. Simplices enim nos decet esse et apertos, fraudis inimicos, et veritatis etiam injucundæ cultores, non solum quia magna est veritatis vis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, et solertiam facile se per seipsam defendit, non solum quia mentiri turpe est, etsi piæ fraudis nomine decoretur, sed potissimum quia Deo, rationis, et intellectus humanæ auctori resistunt, qui falsa palliare, et veritatem subtilitate offuscare conantur.—Morem istum ab Ethnicis institutum fuisse, indicat Henrici Archiepiscopi Dubliniensis decretum, quo Ignem Kildarensem *inextinguibilem* extinxit, et ut profanum ac Ethnicum abolevit. (3)

Antiqui qui de S. Patricii in Hiberniam adventu scripsere, inquiunt advenisse paulo ante festum Paschale anni 432, et in ipsa vigilia Paschatis istius anni, Regem Hiberniæ Laogarium, *Ignem sacrum*, qui solemni ritu eo tempore a Druidis quovis anno accendi solebat, apud montem sacrum Temoriæ celebrasse.—Longe ante Jocelinum Evinus, vel quisquis fuit auctor Vitæ Tripartitæ, non semel laudatæ ab Usserio, inquit—"Cum appropinquaret sacratissima diei Paschæ solemnitas, sedit animo "Apostolici viri, hunc diem in specioso Bregarum campo, in quo caput Idololatriæ universi regni, "et Regia sedes Temoria erat, cum solemnitate celebrare.......Profectus itaque ad locum *Ferta* "*fer-feig*, ibi curat sua figi tentoria, et sub noctis initium rogum Paschalem accendi, quæ accensio "Regem totamque ejus aulam turbavit. Contigit enim quod eadem nocte, Solemnitas apud Ido-"lolatras istius gentis suprema, vulgo *Feis Temra*, i. e. Encænia Temorensia appellata, venerit cele-"branda, ad quam sancita lege, non tantum totius Regni Principes, Proceres, et circulorum Præ-"fecti, sed et *Druydum* Magistri, ad sacrificia debebant convenire. Lege etiam severissime ca-

(1) Giraldi Topogr. Hib. Dist. 2, c. 34, 35, 36, et 48. (2) Triade p. 633.
(3) Auctor Anon. in Annal. Hib. ab anno 1163 ad 1314, MS. in Biblioth. Cot. et apud War. Antiq. p. 237.

"vebatur, ut omnes ignes per universas Regiones illa nocte extinguerentur, et nulli liceat ignem re-"accendere, nisi prius Temoriæ a *Magis* rogus Sacrificiorum extrueretur."—Eadem habet ex Evino Jocelinus sæculo 12mo, c. 40, Probus sæculo 10mo, c. 32, Eleranus Sapiens sæculo 8vo, c. 39, 40, Benignus sæculo 6to, c. 37, Patricius Junior eodem sæculo, c. 34. Conferantur quæ de annuis Comitiis Temorensibus et Taltinensibus dicta sunt in Annalibus Ulton. ad ann. 454. (1)

Itaque ex prædicta Solis et Ignis veneratione, qua Druidæ Hiberni præ omnibus Gentibus Occidentalibus conspicui habebantur, Hibernia *Insula Sacra* appellata est, et primum Promontorium quod Phœnicibus, ad Iernen a Cornubia navigantibus, obviabat, Promontorii *Sacri* appellatione designata.—Hinc origo nominis *Gren-ur*, vel *Gren-or*. *Grian* enim Hibernice est Sol, unde Homeri Apollo *Grynæus*, et *Grynæum* oppidum in Asia Minori, ubi Templum, et Oraculum, et Nemus Apollini sacrum, et vetustate celeberrimum, testante Strabone;(2) itemque flumen *Granicum*, Soli sacrum, cujus fons erat in Monte Ida Apollini sacro, ubi servabatur Saxum Ideum, cui, canente Homero, Hector sacrificare assuetus erat.(3)—*Grian-bheach* Hibernice est Zodiacus, i. e. Solis revolutio. *Grian-clog* est solare horologium, sive gnomon sciothericum Solis. *Cnoc Greine*, et *Tuam Greine* sunt Colles Solis, quorum plurimi erant Druidicis Altaribus conspicui, in quibus, post introductam Religionem Christianam, Monachi Monasteria condiderunt, ut patet ex Annalibus IV Magistrorum ad annos 789, 886, 949, 964, 1002, 1026, 1078, 1084, 1164, 1190, itemque ex Ultoniensibus ad annos 739, 748, 751, 793, ex Tigernachi Codice Bodleiano fol. 8, col. 1, et ex Vocabulariis Hibernicis voce *Tuam*, unde patet totam regionem a colle Solis, dicto *Cnoc Greine*, in agro Limericense, usque Limericum, appellatam fuisse *Aois-Greine*, a voce *Aos*, quæ Sectam Religiosam significat, et *Grian* Sol, quia ibi antiquitus Druidum Societas quædam præcipua colebatur. Ab eodem origine fabula de Hercule et *Geryone* deducenda videtur.

Altare Druidicum prope Fermoy, in agro Corcagiense, a vulgo, rei originem ignorante, appellatur Anglice *Granny's Bed*, quod tamen nihil aliud est quam *Grian-beacht*, Solis-circulus.—Ab eodem cultu Solis, originem habuit nomen montis sacri dicti *Grange*, prope Droghedam, ubi et circulus extitit ingentium Saxorum, aliaque Druidum vestigia stupendæ magnitudinis, quæ in Llhwydii et Pownalli Descriptionibus Docti mirantur. (4)

Cluverius inquit "montem Grampium in Scotia dici Celtice *Grans-bain*."—Jam vero, certum est

---

(1) Item ad ann. 461, 557, 559, 564, 716, 722, 773, 810, 826, 830, 872, 875, 887, 897, 987, 1006; Inisfal. ad ann. 457, 530, 860; IV Magistr. et Tigernach passim; et Tigernachi Contin. MS. Bodl. Rawl. 488 ad ann. 1119.

(2) Strabo ib. t 2, p. 919—" In tota ista ora colitur Apollo usque ad Tenedum, cognomento *Sminthei*, *Cillæi*, *Grynei*," &c. p. 923. Errant in explicanda Inscriptione " *Appollini Grano*," Horsleus p. 206, et Gough v. 3, p. 304.

(3) " Iidem fuere *Idæi-Dactyli*, et *Cabiri*." Strabo ib. p. 715. " *Hercules* erat de Idæis Dactylis." Ib. t. 1, p. 544. Item " *Mercurius*, qui erat e *Cabiris*." Varro de Ling. Lat. l. 4, c. 10, et Apollonii Scholiast. ad Argon. l. 1, v. 915.

(4) Confer King Munimenta cum Anthol. Lond. 1786, t. 3, p. 355, et t. 7, p. 164 et 276, et Pococki Opuscul. de Antiq. Hib. ib. t. 2, p. 32. Ista Druidum vestigia vulgo appellantur " *Leabthacha na bh Feine*." Monumenta Phœniciorum. Vocab. Hib. voce *Leaba*. Strabo Templum *Amonis* in Persia describit Aggeri Sacro Hibernensi *Grange* simillimum t. 2, p. 779. Atqui " Apollo Jovis *Ammonis* filius erat, et ipse Sol." Huet ad Orig. p. 109.—" Ham sub Jovis *Ammonis* nomine cultus." Bochart Geogr. Sacr. l. 1, c. 1—" Solem et calorem *Chamma* vocant Syri." Selden Syntag. 2, c. 8.— Αμμων γαρ Αιγυπτιοι καλεουσι τον Δια. Herodot. l. 2, c. 42.—Hinc *Zama* civitas præcipua Numidiæ, quæ et *Ælia Zamana*, ut in Inscriptionibus apud Gruterum. Hinc Deus *Samhin*, et *Baal-Samhin* Hibernorum, ut in Vocab. voce *Samhin*, et Annal. Ult. ad ann. 717, 858, IV Mag. 1145, et Codex Stowensis *Dinseanchus* fol. 50, lin. penult.

ista verba nihil aliud indicare quam Solis montem, et ibi inventum fuisse Altare Druidicum in colle, qui usque hodie dicitur *Garnie Hill.*—Neque aliter interpretandum existimo nomen montis celeberrimi *Carnutum* in Gallia, de quo J. Cæsar inquit, " Druidæ certo anni tempore in finibus " *Carnutum* considunt in loco consecrato." (1) Vox enim Hibernica *Carne* sacra est, æque ac *Grian.*—Hinc oppidum vetus *Gran-ard* in Hibernia, ubi Druidum fons sacer extitit sæculo quinto, erat Solis collis, et idem ac *Carne-ard*, ut ex ipso nomine manifestum est. Ibi servabatur antiquitus Saxum sacrum, ut patet ex Vita antiqua S. Patricii quam " ex tribus MSS Hi- " bernicis, inter se collatis, et partim Latino, partim Hibernico, eoquo pervetusto sermone, et præ " nimia antiquitate impenetrabile, conscriptis," edidit Colganus.—Montes sacri in quibus Reguli Hiberniæ inaugurabantur, eodem sacro nomine *Carne*, usque ad nostra tempora designati erant, ut *Carne-Feradaig*, *Carne-free*, *Ard-Carne*, &c. Alius Mons sacer eodem nomine appellabatur in Momonia, ut patet ex eadem S. Patricii Vita, unde hæc verba descripsi—" Statuit S. Patricius " Ecclesiam ædificare in regione Aræ, in loco amænissimo, qui ex soli amænitate, et situ, *Grian-ara*, " i. e. Solarium Regionis Aræ nominatur."—Idem auctor alium montem sacrum alibi indicat his verbis—" In Australi Regione Momoniæ Desiorum Australium, metatus est erigendæ Ecclesiæ " locum in quodam *Colle*, qui proinde nominis usurpationem ab eo desumens, *Ard-Patric*, i. e. Col- " lis Patricii nuncupatur, (pro *Ard-Grian* vel *Grian-Ard*, quo gaudebat antiquitus,) ubi in *Venera-* " *tione habetur Lapis*, qui Lapis S. Patricii vocatur. Sed vir *Belial* Derbhallus ei se opposuit."

Agnoscunt docti Apollinem ab Homero et aliis antiquissimis dictum *Grynæum* et *Karneium*; at quænam sit harum vocum origo ignorant. Aliter enim explicantur a Ruæo, in notis ad Virgilium et Ovidium, aliter a Macrobio, Ainsworthо, Gesnero, Facciolatio, &c. Ab omnibus fabulose et ridicule.—Has autem voces linguæ Hibernicæ ope jam plane explicatas esse confido, unde patet, Solis antiquissimum nomen fuisse *Grian*, a qua voce haud procul abesse vocem *Carne*, non solum hactenus dicta demonstrant, verum et Ovidius fatetur. Is enim de Dea *Carnea* scribens in Fastis, inquit " *Granen* dixere priores."

Pyramidis forma Apollinem a Megarensibus cultum, et *Carinum* sive Καρνειον dictum fuisse, narrat Pausanias l. 1, c. 44, p. 106.—Atqui et ipsum nomen *Pyramidis*, et forma conica, flammæ similis, et *Carnearum*, sive aggerum Sacrorum Hiberniæ, forma eadem, eandem originem plane demonstrant. De lapide Emiseno Solis simulacro, dicto *Ele-gabal*, Herodianus inquit " Θεον ηλιον " οι επιχωριοι σεβουσι τη φοινικων φωνη ελαιαγαβαλον καλουντες, &c. Deum Solem maxime Indigenæ " colunt, Phœnicum lingua Elagabalum vocitantes, lapis est maximus *ab imo rotundus*, et sensim " fastigiatus ad *coni figuram*." (2)—Ejusdem figuræ erant lapides sacri, oleo uncti, quos Syri sub nomine *Baetyl* adorabant, quod nomen originem traxisse a lapide *Bethel*, quem Jacobus Patriarcha " erexit in titulum, fundens oleum desuper," erudite demonstrant Scaliger et Bochart. (3)

Jam vero etiam si ponamus morem istum, lapides rudes erectos ungendi ac adorandi, potuisse a Græcis, natura ipsa dictante, absque ulla veterum traditione excogitari, adhuc tamen reddenda esset

(1) Cæsar de Bel. Gal. l. 6. (2) Vide Annal. Ult. ad ann. 672, et Marsham. p. 56.
(3) Euseb. Præp. l. 1, c. 9. Scaliger ad Euseb. Chron. ann. 2150, p. 198, vel 216. Bochart. Chanaan l. 2, c. 2, ed. 1646, p. 785.

ratio nominis *Baetyl*, quod æque ac *Elae gabal*, Græcis peregrinum, et ad Syros Phœniciosque referendum esse, docti fatentur.(1) A pari etiam si cultum Hibernorum in ipsa Hibernia ab origine excogitatum fuisse concederemus, adhuc reddenda esset ratio cur nomina vernacula Deorum et dignitatum, et omnes ritus sacri sint plane Phœnicii, et non aliunde quam ex Syria et Ægypto deducendi.

*Καρνεια* festum Apollinis invenitur apud Lacedemonios, et Cyrenæos, et Apollo *Καρνειος* dicitur a Callimacho in Hymno in Apollinem. At non a *Carno* Vate, ut vult vetus ejusdem Scholiastes, cum nullus talis vates unquam extiterit, sed a nominibus antiquissimis *Grian* et *Carne*, quibus *Sol* et Solis cultus usque hodie ab Hibernis designantur.(2)—Apollinem et Bacchum non alios fuisse quam Solem, certum est ex Porphyrio et Arnobio, qui aiunt Apollinem esse *Solem* in cœlo, et Liberum in terris, unde Sol Virgilio Liber dicitur. Atqui Bacchum sive Liberum eundem fuisse ac Mercurium et Herculem, sententia erat Stoicorum, teste Seneca, et Bacchus et Mercurius erant Dii *Καβειροι*, ut prodit Apollonii Rhodii Scholiastes. Jam vero Liberi Patris cultum apud *Amnitas*, i.e. Ammonitas, *gentem Britannicam*, magno apparatu celebratas fuisse narrat Dionysius Periegetes, et ab antiquis proditum est Bacchum, cum Jovis Ammonis templum conderet, nullam Dei Imaginem intulisse, verum ordinasse ut clara Divinitatis symbola, Ignis nempe, et Fons Solis, et Nemus, perpetuo cultu servarentur; non quod ignem Deum esse censeret, sed quod esset *Deo similis*, ut scribit Porphyrius, "*Θεοις γαρ και το πυρ αθανατον φυλαττομεν εν τοις Ιεροις, ο μαλιςα αυτοις ομοιοτατον.*"(3) Silius Italicus de Templo Jovis *Ammonis* inquit—"Inrestincta vocis servant altaria flammæ; sed nulla effigies, simulacrave nota Deorum."—Varro Romanorum doctissimus "antiquos Romanos plusquam annos 170 sine simulacro Deos coluisse," affirmat.(4)

Hinc, ut inter Celtas nulla erant ab origine Simulacra in Hibernia, ita nulla in templis Cabeirorum in Asia, uti neque apud Syros, aliosque *Ammonitas* Chami posteros visebantur, ut Lucianus affirmat, neque apud Virgines Vestales quæ eadem Mysteria habuere ab Albanis, qui ea a Trojanis Ænea Duce receperunt. *Magnos* enim Deos Virgilii Cabeiros fuisse indicant non solum quæ supra retuli, sed etiam vetus marmor apud Gruterum, in quo *Θεοι μεγαλοι διοσκυροι καβειροι* appellantur.—Huc faciunt quæ de Imbro Samothracum Insula refert Eustathius in Scholiis ad Dionysium, quæ plane indicant Cabeirorum Mysteria ab Oriente in Occidentem delata fuisse. "Imbrus, "inquit, Thracia Insula est *sacra Kabeiris*. Kabeiri autem Deorum nomen est, ibidem colebatur et Mercurius, quem *Imbramum* Cares appellant, ut scriptum extat in Ethnicis."—Intelligit Stephani Ethnica, in quorum Epitome quæ extat, eadem de Imbro leguntur "*Ιμβρος νησος ιερα καβειρων, και Ερμου ον Ιμβρον λεγουσι μακαρες.* Imbrus *Insula Sacra* Cabeirorum et Mercurii, quem "Imbrum seu *Imbr-Amum* Beati appellant." Strabo de iisdem Cabeiris agens, inquit "eos venisse "in Samo-thracen quæ ante Melita dicebatur; eorum actiones esse mystica, maxime in Lemno et "Imbro cultos, sed et *secundum urbes Trojæ*; nomina eorum sunt Mystica."(5)

---

(1) Fourmont. Reflex. Crit. sur les Hist. des Anciens l. 2, § 3, c. 2 et 21. Falconet Dissert. de Baetylis, Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 6, p. 513. Zaega de Obeliscis, et Marsham ib.

(2) Vocem *Καρνεια* explicare conatur Wesseling ad Herodot. l. 7, not. 43, p. 601, et not. 47 ib.

(3) Porphyr. *περι των αποχ.* l. 2.

(4) Winkelman Storia delle Arti l. 3, c. 4, § 12, t. 12, p. 150.

(5) Strabo t. 2, p. 723, 4.

Ovidius de Vestalium Igne scribit—" Ignis inextinctus templo servatur in illo,—Effigiem nullam Vesta nec Ignis habet."—Addit appellari focos *Iliacos*, viro non aspiciendos,(1) a Numa ex Albalonga in urbem invectos, Albam a Troja,(2) et eodem modo quo Hiberni credebant periturum Imperium Hibernicum si auferetur lapis sacer *Lia-fail*, et si extingueretur Ignis sacer Kildariæ, sic Phrygi veteres credebant Trojam perituram si Palladium perderent, aut Ignis sacerVestæ periret.(3) Eadem habet Virgilius, qui præterea in conditionibus pacis inter Latinos et Trojanus recenset, quod Trojanorum sacra reciperentur.(4)

Moris erat præterea inter Hibernos, ut si forte Ignis sacer excutiendus esset, id non ex alio igne quam ex silice, vel ex solis radiis, vel materia quadam arida terebrata elicerent, quem proinde *teinne eigin* appellabant, ut et ego ipse adolescens sæpe vidi, dum in Vigilia S. Johannis populus, antiquo more, ignes sacros accendere assueti erant. Atqui eundem morem inter Vestales invaluisse scribit Festus—" Mos erat tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro " æneo Virgo in Ædem ferret."—Idem mos ex Hibernia in Albaniam simul cum lapide sacro *Lia-fail* introductus fuit sæculo sexto, ut Scoti Monticolæ, Hibernicæ originis, testantur.(5) Creditum inter Romanos fuit Palladium Trojanum ab Ulysse furto ablatum, postea restitutum vel recuperatum, Romæ in *Templo Vestæ* servari, nec ulli viro, ne Pontifici quidem Maximo, videre illud licitum fuisse, (6) et cum *Diis Magnis* Samothracum recensendum. Nec mirum, inquit Heyne, siquidem communis utraque fuit Religio, utraque vetustate memorabilis, uti demonstrant *Freretus*,(7) et viri doctissimi *St. Croix*,(8) *Wise*,(9) *Herman*,(10) et *Montfaucon*.(11)

Quæ hactenus dicta sunt de vocibus *Grian*, et *Carne*, quibus Promontorium Sacrum Insulæ Sacræ designabatur, confirmantur a terminatione *ur* vel *oir*, unde totum nomen *Grian-ur* vel *Gren-oir*. *Ur* enim nihil aliud Hibernice significat quam Ignis, et Oriens, ut ex Vocabulariis Hibernicis O'Briani, Llhwydii, et O'Clerii manifestum est.—Atqui Seldenus de Diis Syriis agens, " Quod Solem vertimus, inquit, id in Hebræo est *Ur*, et Ignem etiam et Solem denotat." Hinc vox Hibernica *Ur-chuil* Salamandra, i. e. ignis musca. *Ur-dhubha* Eclipsis, i. e. ignis nigredo. *Ur-dhubha na Greine* Eclipsis Solis. *Ur-naighe* Oratio, Anglice a Prayer, ab *Ur* Ignis, et *aighe* vel *n'aighe* coram facie, quia vultu ad ignem verso orabant. In Promontorio Japygio Magnæ Græciæ Templum extitit dicatum Deo *Urio*, uti narrat Dionysius Periegetes v. 380. Hinc *Orus* Apollo, et *Oromasis* cujus filium fuisse Zoroastrem Fabularum Architecti finxerunt. Solis enim ignisque colendi ritus cui Persæ et Cabiri sive *Guebiri* usque ad hunc diem obsequuntur, et tota Zoroastris historia, et præcepta, adventitia et exotica esse testatur Agathias. Alii *Chamum* Noachi filium esse censent, alii Mesrai-

---

(1) Ovid.Varior. Amstelod. 1683, t. 1, p. 474, et not. ib. et Fast. l. 1 et 3 passim. (2) Ib. t. 3, p. 326, et not. ib.
(3) Ib. p. 337 et 339, Metamorph. l. 15, et Trist. l. 3. Confer Archæol. t. 8. Lond. 1787, t. 214.
(4) Æneid. l. 2, v. 293, &c. cum Excursu ix editionis Heyne, Lipsiæ 1806, v. 2, p. 409, &c. ubi de Penatibus, Palladio, et Vesta. Item Varro Rer. Hum. l. 2, Macrob. iii, 4, et Dionys. Hal. 1, 67, Orig. G. Rom. 17.
(5) Macpherson Introd. to the Hist. of G. Brit. &c. Dublin, 1773, p. 173.
(6) Ovid. Fast. vi, 421, 431, &c. Maffei Gem. ant. p. 2, n. 76.
(7) Hist. de l'Acad. des Inscr. t. 27. (8) Recherches sur les Mysteres, p. 26.
(9) Wise on the first Inhabitants of Europe, p. 58.
(10) Mythol. v. 3, p. 160, &c. (11) Antiq. Expl.

mum filium Chami, nonnulli *Japetum*. De ejus Patria non minus quam de ætate litigatur. Nomen quod attinet, Persæ eum *Zerdust*, i. e. amicum ignis appellant, et Græci nomen ejus deducunt a *ζωος αςερ* vivum sidus. Adeo verum est, omnia Orientalium æque ac Occidentalium Ethnicorum systemata antiquissima ab *Ur* Chaldeorum, et a Babylonicis *Baalim*, et *Cabeirorum*, seu *Guebrorum* ignibus originem habuisse, ut et Sacræ Scripturæ testantur.

Antiquam Inscriptionem *Jovi Ourio*, ex marmore Chalcedonense, edidit Chishullus, quam primo Wheelerus, et postea Spon, Inscriptionis sensum ignorantes, paucis mutatis mendose edidere.(1) Ejusdem meminit Cicero in Verrem, ubi inquit Jovem *Urium* coli in Ponti ore et angustiis, et eundem esse Jovem Imperatorem quem Græci Jovem *Urium* appellant. Ita appellatum fuisse scribunt Lexicographi ab *ερος* ventus, unde *ζεφυριεν*, quia ventum navigantibus prosperum immitteret.—Alii ab *ορος* terminus, quia finium præses esset, et hoc nomine Templum habuisse ad Bosphorum. Chishullus ab his omnibus dissentit, et *Urium* interpretatur Imberbem. Ego eandem mihi licentiam vindicans, nihil aliud significare assero, quam *Jupiter lucens* vel ardens. Primævi enim nautæ, a terræ aspectu enavigare timentes, templa ignibus sacris lucentia in præcipuis Promontoriis condidere, quæ Soli ut plurimum dicata fuere, variis quidem nominibus, sed antiquis, et Chaldaicis, quæ, cum Græcis ignotæ et exoticæ fuissent, fabulis et mysteriis involutæ celebrabantur, ita tamen ut in ipsis fabulis antiqua origo lateret. Latet autem significatio vocis *Urios*, in vocibus *πυρ* ignis, *Pharos* speculum lucens, in voce Latina *Uro*, et in fabula *Orionis* filii Jovis, Neptuni, et Mercurii, qui inter Astra relatus, in ipso circulo æquinoctali prope Taurum situs est, et ensem habere dicitur stellarum fulgore terribilem, qui si fulget, serenitatem, si obscuratur, tempestatem denotare, antiqui navigatores tradidere. Hinc voces *Oriens*, *Oro*, et *Aurora*.—Jovem esse Solem demonstravit Macrobius, (2) et auctor Hymni in Solem adscripti Orphæo, et vetus Carmen editum a Pithæo apud Huetium p. 242, et quæ dicta sunt supra de templo Jovis *Amonis*, et alia plurima quæ in Herodoti libro 2do inveniuntur.(3)—*Urania* Jovis filia, una Musarum, cui Astronomiæ inventio tribuitur, ita dicta est, inquit Calepinus, quasi *τα ανω ορωσαν*, sublimia speculantem.(4) Sanchoniathon de lapidibus Soli sacris inquit—" Deus *Uranus* excogitavit Baetylia, cum fabricasset lapides animatos."(5)

" Speculæ in oris constructæ Phari dicebantur, inquit Agesias apud Calepinum, *απο τε φαος*, quod " est lucidum, immutata litera, quia—lumina noctivagæ tollit Pharus æmula lunæ."—At si ad voces *Ur* et *πυρ* attenderet, literam *r* minime immutandam censeret. Non enim a voce Græca vox Phœnicia Pharos, sed a voce Phœnicia *ur* ignis, unde et vox Græca *πυρ* procul dubio derivanda est.—Cormacus Casselensis e veterum Hibernorum traditione scribit, sæculo nono, *Breoganum*, Ducem Scotorum 21mum a *Fenio viro sapiente*, Bragam condidisse in Galæcia, in regione Brigantum, et ibi turrim altissimum ædificasse, quo naves cursum dirigerent Hiberniam.—Atqui Æthicus, qui sæculo 2do floruit, Phari meminit, ubi nunc est portus *Faro*, *ad speculum Britanniæ*.—" Secundus angulus intendit " ubi Briganti civitas sita est Galliciæ, ac altissimum Farum, et inter pauca memorandi Operis, *ad* " *Speculum Britanniæ*."—Quid significent verba *ad Speculum Britanniæ*, Camdenus et Gough se ignorare declarant. Si autem traditio Hibernica de *Fenio*, *Breogano*, et *Mile-Espaine mac Bile*,

(1) Chishull. Antiq. Asiat. Lond. 1728.
(2) Sat. l. 1, c. 23.
(3) Wesseling not. 32, p. 124; Muratori Thesaur. Inscr. p. 73; Pocock Antiq. Inscr. p. 30; et Jablonskii Pantheon Ægypt. l. 2, c. 2.
(4) De fano vetustissimo *Uraniæ*, a *Phœnicibus* condita, vide Herodot. p. 53.
(5) Apud Marsham ex Philone Byblio, p. 55.

Ducibus, qui veteres Scotos ab Oriente Iberiam et Hiberniam duxerunt, cum istis conferatur, res est manifesta. Orosius enim inquit Speculum istud ab *Hercule* conditum fuisse,(1) et Æthici verba ad eundem finem adducuntur a Casaubono.(2) Atqui *Milesium* Hibernorum, quem *Mile Espaine mac Bile* appellant, i. e. Militem Hispanum filium *Beli*, Herculem fuisse, indicat S. Hieronymus—"Miles Septentrionale est, notitior sub Herculis nomine."(3) "Hiberni, inquit Giraldus, aliter *Gaidheli*, "seu *Galæcii*, a Gaidhelo quodam *Phænii* nepote, linguarum peritissimo."(4)

Hinc itaque Insulæ Sacræ, et Promontorii Sacri origo ducenda est, quod Phœnicii, *Chami* Posteri, *ultra Hispaniæ extrema* navigantes, Patris *Chami*, seu *Ammonis* memoriam, in Templis, Columnis, ac Promontoriis inscriptam, posteris colendam reliquere. In templo Herculis Gaditano, in quo Ignis perpetuus colebatur, columnæ duo positæ erant, characteribus vulgo ignotis inscriptæ, ut narrat Philostratus in vita Apollonii. Atqui Herculem *Belum* dictum fuisse scribit Cicero, (5) et Solem a Græcis creditum fuisse antea notavi. Apud Herculaneum in Italia cultum fuisse eo nomine, nemo ignorat, nec alium fuisse quam Mercurium et Teutatem, qui Phrygum characteres invenisse dicitur a vetustissimis Scriptoribus apud Facciolatium. Proclus unam ex Insulis Atlanticis, extra Herculis Columnas in Oceano positam, *Hammoni sacram* fuisse testatur,(6) "et in *universam* "*Hispaniam* M. Varro pervenisse Iberos, et Persas, et Phœnicas, Celtasque, et Pœnos," affirmat.(7)

Hæc omnia cultum Solis, sive *Ammonis*, seu *Chami* et *Cadmi*, plane indicant, quem Hiberni *Cead-Ham*, i. e. Primum Hamum, appellant, ad distinctionem aliorum Ducum ejusdem originis, qui Hami nomen assumserunt.(8) Eundem appellant *Samhin*, et *Baal-Samhin*, ut in Codice Hibernico Stowense *Din-Seanchus*, (9) eodem modo quo Phœnicii Solem appellabant Beel-Samen, τον Ηλιον Βεελσαμην καλουντ, ut narrat Philo Byblius apud Eusebium l. 1 c. 10.

Non ignoro quam lubricæ sint et incertæ rationes Etymologicæ quæ non alio principio quam soni similitudine nituntur, cujus facilis est lapsus, et proclivis offensio. At, in hactenus allatis, non soni similitudinem solam, imo nec cum sensus identitate conjunctam, verum et historicam fidem, antiquissimorum testimoniis confirmatam, demonstravi.

---

(1) l. 1 Adv. Pag p. 17. (2) In nota 9 ad l. 1 Strabonis p 202.

(3) Opera Veronæ t. 1, col. 672, itemque Auctor Operis *La Relig. des Gaulois* t. 1, p. 440—"*Miles* est une Constellation Septentrionale qu' on connoit sous le nom d'*Hercule*."

(4) Topogr. Dist. 3, c. 7. Eadem habent Nennius, Malmura, Eochodius, et alii, sæculo ix. *Fenii* meminit Fiechus, sæculo VIto, ut pluries annotavi ex Codice Hymnorum sæculi VIImi, in Triade p. 9. (5) Cic. de Nat. Deor. l. 3.

(6) In Timeo p. 45, et Taylor's Introd. to the Timæus p. 397. (7) Plin. l. 3, c. 3, ed. Hard. t. 1, p. 137

(8) "Some assert that History began from the time of *Cadmus*, but it is by a mistake of him for a *younger Cadmus*, "which was *Cadmus Milesius*, whom Pliny makes to be the first writer in Prose, but that he after attributes to *Phe-* "*recides Syrius*, and History to *Cadmus Milesius*. l. 5, c. 29, l. 7, c. 56." Stillingfleet Orig. p. 23.—"This we are cer- "tain of, the Græcians had not letters till the time of *Cadmus*, who planted a colony of *Phœnicians* in Greece. "Learned men have observed that the name *Cadmus* comes from the Hebrew *Ham*, probably from his country the "East, which is frequently called *Ham* in Scripture. Some have conjectured further, that his proper name was *Og*, "The Greek Ωγυγος seems to be no other than *Cadmus*, as will appear by comparing their stories. Varro, Festus, "Pausanias, Apollonius Æschylus, and others, make *Oguges* the founder of the Bœotian Thebes, which were thence "called *Ogygiæ*. Now all that mention the story of Cadmus, attribute to him the founding of the Bœotian Thebes, "and in the Vatican Appendix of the Greek Proverbs we read *Cadmus called Oguges*." Ib. p 20-1.

(9) Dinseanchus Codex Stowe. No. VIII, fol. 50, lin. penult. Hujus Codicis meminere Auctores Typographiæ Brit. t. 2, p. 756.—Hodie Hiberni Æstatem appellant *Samhin-rath*, Dei Sammin Cursus. Eochodius sæculo nono meminit festi *Oidhche Samhin*, i. e. Noctis Dei Samin. Codex Stowens. No. I, fol. 13, p. 1, col. 2. Vide Prolegom. p. lix, lxiii, lxxix, lxxxi, xciii, xcv, xcvi; Annal. Ult. ann. 717, 858; Vocab. Hib. voce *Samhin*; et IV Magistr. Annal. ann. 1145.

## *Conclusio ex præmissis.*

Non is sum qui omnes Ethnicorum stolidas superstitiones ab eodem fonte Chaldaico, vel Phœnicio effluxisse contendam, cum plurimæ similes, ex variis cœli et soli circumstantiis per orbem ortæ inveniantur. At cum non solum cultus Solis et Ignis, et ritus sacri, verum et ipsa Deorum nomina, ut *Baal, Ham, Samin, Ammon, Grian, Carne,* aliaque similia conveniant, quæ nec ab hominum indole pendent, vel affectibus, nec a soli vel cœli Hibernici, Britannici, aut Phœnicii natura, nescire me fateor qua alia ratione concursio tam singularis explicari possit, quam recurrendo ad antiquas Druidum traditiones, et Religionem Baalamiticam, quam ad Hiberniam pervenisse, minime dubitandum esset, etiamsi penitus interiissent testimonia, ex Himilcone, et Festo allata, ex quibus Phœnicum cum *Insula Sacra Ierne* commercia manifesta apparent. Atqui vix ignorari potuit usus literarum ab iis cum quibus commercia fuere talia, ut et ipsa Religio Phœnicum invaluerit, et Deorum nomina, et ritus, et vocabula sacra eadem fuisse dignoscantur. Nam a Phœnicibus usum literarum Europeis traditum fuisse annis ante Christum 1500, doctissimi viri uno ore affirmant.(1)

Itaque damnanda non est derivatio vocis *Og-Ham*, quam supra adduxi, cum non sola soni similitudine, et sensus identitate, verum et Historica ratione fulciatur. *Herculem* enim et *Mercurium*, et *Cadmum* seu *Hamum* vel *Chamum*, et *Phœnicem*, literarum et artium Doctorem, unum eundemque fuisse, et Phœniciæ originis, omnes docti fatentur; ita ut recte affirmaverit Druida Gallus, Herculem *Ogmium* Mercurium fuisse, et vocem *Ogham* ad ejus doctrinam respectum habere, eadem ipsa traditione qua Hiberni vocem eandem ad literarum elementa, et ad *Fenium* quemdam virum sapientem transtulerant, quem *Bethluisnion an Ogham* eorum Majoribus docuisse, et "*Og-Ham Grianach*" i. e. Sapiens Ham Solis Sacerdos, appellatum fuisse declarant.(2)

Hiberniæ antiquissimum nomen Ogygiam affert ex Plutarcho Camdenus, "non immerito hæc Insula "*Ogygia*, i. e. perantiqua, Plutarcho dicta fuit. A profundissima enim antiquitatis memoria Histo"rias suas auspicantur."(3)—Atqui eundem fuisse Cadmum et Ogygem demonstrat Stillingfleetus,(4) et Ægyptum a Cadmo, sive Ogyge, Ogygiam dictum fuisse novimus; unde quæstionem non spernendam proponit Flaherteus, cur nomina *Eria* et *Ogygia* sint Ægypto et Hiberniæ communia?

E Phœnicia itaque deducenda est origo Herculis *Ogmii*, qui non alius erat, referente Luciano, quam Mercurius quidam, Phœnicum dux, forte Midacritus, cui Cadmi, Phœnicis, Herculis, et Mercurii nomina data fuisse creduntur, honoris causa, quia *primus* Insulas Britannicas exploravit. Hi omnes ab uno *Hamo*, vel *Chamo*, cujus progenies cultum Solis primum induxit, originem habuere.

---

(1) Gibbon Decl. and Fall, t. 1, p. 25, et not. 83.

(2) Ita Codex Ballimotensis.—Hinc forte fabula "*Herculis et Geryonis*, incolæ *Insulæ extra Columnas Herculis in Oceano.*" Herodot. l. 4, c. 8, p. 283. (3) Gibson's Camden p. 1314.

(4) Origines Sacræ, Lond. 1666, p. 21, et Nonnus Dionysiac l. xliv, "Lapidæ *Ogeæ* volvebatur Ara Minervæ—Quam quondam Cadmus ædificaverat." Confer Fourmont Mem. de Liter. t. xv, cum Pausan. l. 1, c. 12

"Unquestionably the achievements attributed to Cadmus, like those ascribed to Hercules, Perseus, and others, were "not of one person or of one age. They belong to the various colonies who travelled westward along the shores and "islands of the Mediterranean. The sons of *Ham*, says Zonaras, seized upon all the countries from Syria *even to the* "*Ocean.*" Bryant Mythol. t. 3.

Cogitanti quidem de literis *Ogham*, in mentem mihi venisse fateor, non alias ab origine fuisse, quam notas quibus vulgus Hibernicum olim utebatur, ad supputandum tempus, quo mercede conducti laborabant. Notæ enim istæ quæ, ramis arborum incisæ, dicebantur Saxonice *Score*, et *Tally*, tesseræ erant, ita in duas partes per longitudinem divisæ, ut linea divisionis per cujusvis notæ medium transiens, eam bifariam divideret, nec possent iterum legi, nisi ambæ partes iterum, eodem modo quo ante divisionem, unirentur, et fieri potuit quemdam postea extitisse, qui notas istas assignavit ad *sonos* significandos, quæ *numerorum* loco antea adhibebantur, Phœnices enim, ab omni ævo, iisdem characteribus usi sunt pro Alphabeti elementis, et pro notis numerorum.—At, tanta est diversitas inter pingendos *sonos*, et imagines, ut persuadere mihi nequeam, extitisse unquam virum qui Alphabetum creasset, quo alicujus linguæ antiquæ voces exprimerentur; nec credibile puto primitivos numerorum characteres ejusdem fuisse indolis ac literarum. Numeri enim totam vocem, et totam ideam exprimunt, absque ulla ideæ vel vocis divisione. Literæ autem diversos sonos *ejusdem vocis* exprimunt, neque ullum indicium ex Historia aut ex Monumentis afferri potest, quo pateat Alphabeticos characteres ullo unquam ævo pro numeris inservisse, antequam pro literis haberentur. Bardi Hiberni non solum asserunt *Fenium* literas eorum Majoribus tradidisse, verum et voce *Og-Ham* literarum elementa *ab immemorabili* exprimere assueti erant. Quod si objiciatur, Hibernos literas caruisse, cum vetus Historia Hibernica fabulis turpissimis involuta sit. Quæro utrum Phœnicum Historia, aut Babyloniorum, certior sit clariorve quam Hibernica? Periere Phœnicum Annales, periere et Annales vetustissimi Hibernici, quos Tigernachus "*Monumenta Scotorum*" appellat, iique quos S. Patricius in unum congessit volumen, quod *Chronicon Magnum* ab omni postea ævo usque ad sæculum decimum celebrabatur. At non periere veterum traditiones, *Firchi* nempe, *Adamnani*, *Cenfaeladii*, *Cuanachi*, *Maelmurii*, et aliorum, qui longe ante *Tigernachi* tempora, de vetustis *Scotorum Monumentis* testimonia scripta reliquere.

Hæc de Characteribus *Og-Hamiis* dicta sunto, non quidem pro rei dignitate, digna tamen in quæ curiosi lectores oculos attentius convertant, ut videant quam manifeste gens Hibernica, ab orbe divisa, Religionem, et ritus, et verba sacra Baalamitica retinuerit, et argumentum inde deducant, Gentium etiam remotarum Monumenta in Historia Mosaica terminare, ita ut origo omnium procul dubio communis censeatur. Quidquid enim sit de literarum *forma*, illud certo constat, antiquissimas non fuisse plures quam 16*m*, ut Cadmeæ.—Gorius non plures habet Etruscas. Anno ante C. 403, ut patet ex Chronico Eusebii, ad Olymp. 94, Athenienses, qui non nisi 16*m* antea habebant, octo novas receperunt.—Literæ quidem Hebraicæ erant 22, ut patet ex Psalmis Alphabeticis. At Psalmi isti 25, 34, 38, 103, 119, et 145, non sunt Davide antiquiores, et literas antea non fuisse plures quam 16*m*, demonstrant ea quæ apud Scaligerum de priscis Hebræorum literis exhibentur.

# ANNALES INISFALENSES,

HACTENUS INEDITI,

ET NUNQUAM ANTEA VERSIONE ILLUSTRATI,

**Ex Codice Dubliniense,**

NUNC PRIMUM JURIS PUBLICI FACTI.

---

" *Orationi et Carmini est parva gratia, nisi eloquentia sit summa, Historia quoquo modo scripta*
" *delectat.* Plin. l. v. Ep. 8.

---

# CODICIS DUBLINIENSIS DESCRIPTIO.

FOL. 1—ad 14.

CODEX est Chartaceus, cujus prima 13 folia vacua sunt, exceptis his verbis, Avi mei manu in pagina 2da folii 13tii exaratis,—" *Seghan O'Conaire scripsit san bliaghain* 1765." i.e. *Johannes O'Conri* scripsit (hunc librum) anno 1765.

FOL. 14—ad 77.

Incipiunt hic ex abrupto *Annales Inisfalenses*, ab anno D. 250, manu prædicti *Joannis O'Conri*, usque ad annum 1320, et ad folium Codicis 77, ubi his Annalibus is finem imposuit his verbis— " *Sgriobhtha O'Seghan O'Conaire san bhfranc.*"—i.e. Scriptus est (Codex) per Johan. O'Conri in Gallia.—Deinde sequuntur hæc, Avi mei manu scripta A. D. 1775—" *San bhfrainc ro scriobhadh* " *an leabhar airis so la Sean ua Maolchonaire, 7 e lan do lochtaibh iomdha a g cronic 7 an* " *dechtughadh, 7 cruthaigthe iomdha ar sin a nos a lamhaibh Cathail ui Conchabhair.* A.T. 1775." " i. e. In Gallia descriptus est liber Historicus hic, per Johannem O'Maolconri, et scatet mendis " plurimis in rebus Chronologicis, et Historicis, et demonstrationes plurimæ istius rei (istarum errorum) " extant hodie in manibus Caroli O'Conor, A. D. 1775."

FOL. 77—ad 99.

Vacua sunt folia a folio 77 ad folium 84, ubi alia manu sequitur opus cui titulus— " *Reimrioghra agas Caithreim an Dalccais, O'Moghnuagat sios go Brian Borumha mc Cinneidhe, iar* " *na tharang as an sein leabhar Muimhneach a ta a nois a seilbh Domhnaill i Suilleabhain an* " *Gleann O'Ruchtan anno D.* 1762." i.e. Imperia et prælia Dalcassiorum, a tempore Regis *Mogæ-Nuadathi*, usque ad *Brianum* Boromeum filium Kennethi, descripta ex vetere libro Momoniæ, qui extat jam in possessione Donaldi O'Sullivan, in Valle O'Ruchtan (sive in *Glin-Ruchtan*) anno D. 1762."

O' Brianorum est ista historia genealogica, quæ sequitur recto ordine, nullo folio deficiente, usque ad folium 97 inclusive, et vetera quædam Carmina continet Hibernica, ab O'Brianis præsertim conservanda, *Aodhi* nempe *Albanici*, ex Psalterio Casselense, *Olildi-Fann-chosach Draoi Laighneach*, i.e. Olildi-tardi-pedibus, Druidæ Lageniensium, *Cormaci O'Cuilenain*, Episcopi et Regis Momoniæ,

Sæculi IX, *S. Comhdani* filii *Dacheardi*, *S. Ruadhani Lothraensis*, *S. Brendani*, *Flanni* filii Lonani, et aliorum qui Anglorum in Hiberniam adventum præcedunt.

FOL. 99—ad 106.

His ita dispositis, sequitur aliud opusculum, quod pariter O'Brianorum historiam respicit, a folio 99 ad folium 106, cui titulus—"*Craobhsgaoile Seanachas Dal-gcais do reir an t sein leabhair* "*Mhuimhnicc, agas fos do reir Anala Cloinne Broidiodha, mar aon le leabhar breac mheic* "*Aodhagain.*" i. e. Genealogica notitia Dalcassiorum, juxta veterem *librum Momoniæ*, atque etiam "juxta *Annales Brodidiorum*, simul cum Libro maculato Mac Aodogani."

FOL. 106—ad 119.

Incipit folium hoc ab alio opusculo, cui titulus—"*Bloidh do Seanachas, agas do chraobhsgaoille* "*gabhladh geinneall. Sleachta Bhriain Borumha Righ Eirionn, do reir Chloinde Broideadha le* "*raitir i Bhroiduin, primhsheanch siol m Briain, agas fos ughdarais leabhair Irse Chloinne* "*Maolchonaire, iar na tharang as aithsgribhinn Daibidh i Bruadhair, do criochnaideadh lais san* "*mbliaghain* 1690." i. e. "Portio Historiæ et Genealogiæ Posterorum Briani Boromei Regis "Hiberniæ, juxta filium Brodedi, qui dicitur *O'Bruodin, præcipui Historici familiæ O'Brianorum*, "atque etiam (juxta) authoritatem Libri *Irse* familiæ Malconariorum, descripta ex Exemplari "(sive autographo) *Davidis O'Bruodar*, cui finem imposuit anno 1690."

Extat aliud hujus Opusculi exemplar in Tigernachi Codice Dubliniense fol. 4, b. Utrumque contuli, et per omnia consentientia inveni.

FOL. 119—ad 146.

Vacuum invenio folium 118, cui subsequitur Carmen genealogicum *Eogani Macraith*, de successionibus O'Brianorum, Dalcassiæ Regum, quas ad sua usque tempora deducit. Tempus quo Carmen istud composuit recte infertur ex versu undecimo folii 120—"*Caogad mile is se chead.*" i. e, 1650.

Cætera quæ sequuntur ad folium usque 146, O'Brianorum genealogias et historiam exhibent, ex *O'Duvegani* Carmine incipiente—"*Caisiol Caithir Cloinne Mogha*," i. e. Casselia Arx filiorum Moghæ," et ex Codicibus *O'Bruodinorum*, et *O'Maolconariorum*, et ex libro Historico *Aodhi Flavi Mac Cruitin.* Continet etiam exemplaria Carminum Hibernicorum *Maolmurii* Junioris, filii Bruidedi, "*Cuirfead comaoin air cloinn Tail*," *Mac Conni O'Cleri* "*Ni dual gan cuimhne air ceart Righ*," *Donaldi O'Maolconar*, et aliorum, inter quæ nonnulla noto quæ *Olildo Olamio* tribuuntur, qui tribus ante S. Patricii adventum Sæculis floruit, itemque alia Poetæ pariter Ethnico, *Felimio Mac Crimthan*, adscripta, quæ ex *Psalterio Cassellense*, horum Carminum fonte, derivata sunt. Aliud Exemplar Carminis *O'Duvegani* "*Caiseal Cathair Clann Mogha*," incipit in hoc Codice a folio 144. Plura ejusdem Exemplaria extant in Stowense, cum his conferenda.

FOL. 146—ad 175.

Incipit hic *Sanctilogium*, sive genealogia Metrica et prosaica Sanctorum Hiberniæ, ex Psalterio prædicto Casselense, usque ad folium 152, et deinde a folio 152 "*Controversia Metrica inter* "*Bruodinum et O'Clerium*," scripta regnante Jacobo I, de præstantia Nobilium Septentrionalis

Hiberniæ respectu Australium, cujus Exemplare Stowense, ipsum *O'Clerii* autographum esse videtur. Hæc Controversia Metrica, incipiens a folio 152, desinit in folio 175, et versus complectitur lingua Hibernica scriptos, numero 3956!

Hæc sunt præcipua quæ in hoc Codice continentur, unde patet solam quæ ad Annales pertinet *Inisfalenses*, eam esse partem quæ incipit a folio 14, et desinit in folio 77.—Placuit hanc partem describere, et cum Codice Bodleiano conferre, cumque ambos plane diversos invenissem, et ex pluribus hinc inde sententiis pateret *Dubliniensem* Codicem non ex uno aliquo Exemplari descriptum esse, sed a Viro docto *O'Conrio*, linguæ Hibernicæ peritissimo, ex Variis Codicibus conflatum in in Gallia, et plura continere accurate exposita, præsertim usque ad Sæculum x, integrum exhibere mei officii esse arbitratus sum, ne forte aliquod suscepti laboris munus infectum dereliquisse existimarer.

Plura præterea quæ in Codice Bodleiano, Rawlinson No. 503, temporum invidia depravata leguntur, præsertim in notis Chronologicis, hujus Codicis ope ad pristinam integritatem restitui poterunt, et emendari, saltem si cum alio Codice *Chartaceo Clarendoniano* conferantur. Extat Codex hic in Museo Britannico, inter Clarendonianos tom. xxxvi, ut in *Aiscoughi* Catalogo Harleiano No. 4787, et quamvis non nisi *Excerpta* contineat, incipientia a Codicis folio 85 et desinentia in folio 90, J. Waræi tempore descripta, cum tamen ex antiquiore Codice descripta fuerint, et in annorum numeris supputandis veritati proxime accedant, minime despicienda existimavi.

In Codice isto hæc J. Waræi manu scripta leguntur fol. 90—" *I ghess the foresaid Annals did belong* " *to the Priorie of Inisfallen in Kerry, by the often mention thereof therein, viz.* 1116 *Oengus* " *O'Kennedi obiit in Inisfallind*—1180 *Inisfalin do arccain*—1197 *Gillapatric O'Himair, Comarba* " *Faithlin, vir doctus, &c.* 14. *Kal. Jan. vitam suam feliciter*, 70 *anno ætatis suæ*—1196 *Patricius* " *O'Honaic Comarba Faithlin*— 1208 *Colman O'Kiaran obiit in Inisfathlin et sepultus est ibi*— " 1320 *Dermot mac Carthy Ri Desmond occisus est Tualiæ, et Sepultus est in Inisfathlin, &c.*— " This last year however appears to have been obliterated before the ink was quite dry, and is not " in this copy of the Annals which ends with 1318."

Hæc sunt quæ de Inisfalensium Codice Dubliniense dicenda proposui. Cætera quæ dicenda supersunt, in Notis explicanda, Lectorum benevolentiæ, et humanitati, loco et tempore oportuno, humili animo subjicientur.

Interim præ oculis habeant, in his evolvendis, non modo virtutes, sed et *vitia*, quæ in gentium Annalibus occurrunt, ad mores hominum informandos plurimum conferre, quippe quæ Legum necessitatem indicant, etiam inter gentes alioquin Sanctitate conspicuas, et omnes hominum ordines, ad officia cuique propria colenda, vi quadam singulari persuadeant, majoresque quam nuda præcepta aculeos habeant, quibus ad officia ista servanda incitentur.

# ANNALES INISFALENSES

## Ex Codice Dubliniense

AB ANNO CHRISTI 250.

An. CCL. KL. *Iar ttuitim Airt mc Coinn chead chattaicch 7 seisior mc Oilliola Oluim Righ Leatha Mogha, accaith Maighe-Mac-Cruime, le Luig, i. mc Con, mc Maicniad, 7 le Beine Briot, mac Righ na Breatainne, gabhas Luig Righe Leatha Coinn, ar feadh deith bliaghna fithchiod, do reir drong dona seanchaibh, da bliaghain deag do reir leabhar cl. m. nois, gidh7h a dear leabhar Leacain gur hionnarbadh mac Con as Tcamhair don Mumhain, le Cormac mc Airt iar mbeith tri bliaghana abhflathas Leatha Coinn do.*

An. CCI.(1) POSTQUAM occisi essent Arthurus filius Conni centum præliorum, et sex filii Olildi Olamii, Regis Dimidii Moghæ, in prælio campi Mucrumensis, per Lugadium, i. e. filium Conni, filii Macniadi, et per Benium Brittonem filium Regis Brittonum, obtinuit Lugadius Regnum Dimidii Conni, (2) spatio decem annorum et viginti, juxta aliquos Historiographos, duodecim annis, juxta Librum Cluanæmacnois, quamvis asserat Liber Lecan expulsum fuisse filium Conni e Temoria in Momoniam per Cormacum filium Arthuri, postquam fuisset tribus annis in regimine Dimidii Conni.

(1) Chronologicæ rationes ex *Prolegomenis* deducendæ sunt, parte ii.

(2) Hibernia tum divisa erat in duas partes, Dimidium *Conni*, sive Boreale, et Dimidium *Moghæ* Australe. De anno prælii *Mucrum*. Vide Prolegom. part. ii.

An. ccliv. Kl. Kl. Kl. Kl. *gabhas Cormac mc Airt flathas Leatha Coinn indiaigh mc Coinn, 7 ionnarbaid na tri Fearguis go Connas. c. Triallas Cormac as sin don Mumhain 7 iaras cughnamh air Oilli-oluim, a dubhairt Oilliol na tabhradh, 7 gur baithreach leis a chlan do chur le h Art go Maighe Mochruime. Diagaill Sadhbh in. Cuinn Coramac, 7 adubhairt ris go bhfaigheadh Luigh Laga, an Laoch Mileadh, andadhbhadh fothraice an dun tri liag an la soin anaonar, 7 eiric diaradh air ambas Airt a Maigh Mochruime, Do chuaidh Cormac annsin 7 fuair Luigh ann, amhail a dubhairt Sadhbh. Bainis a cloidheamh amach, 7 adubhart do cheann diter a Luigh, an eiric bais m athair. Ceann Righ a ccath uaimse duit air Luigh. Leor sin ar Cormac. Ceann Righ ula an ceann caram ort.*

*Teid Cormac tar ais go h Oilliol 7 go Sadhbh, 7 adubhairt Sadhbh le Tadhg mc Cein dol la Cormac anaigh olltach. Geallas Tadhg sin da bhfuigheadh a suibhal fadh a charbad do machaire Midhe tareis an chatha do thabhairt.*

---

ccliv. Kl. Kl. Kl. Kl. Obtinuit Cormacus filius Arthuri Imperium Dimidii Conni, post filium Conni, et expulsit tres Fergusios Connaciam. Ivit Cormacus deinde Momoniam, et petiit auxilium Olildi Olamii. Dixit Olildus non daturum, et pænituisse eum suos filios misisse cum Arthuro (Rege) ad campum Mucrumensem. Vindicavit partes Cormaci Sabha filia Conni, et dixit ei inventurum se Lugadium Illustrem, Heroem Heroum, absconditum prope Arcem *Triliag*, (i. e. trium Saxorum) in die ista solum, atque ut mulctam peteret ab eo propter mortem Arthuri Regis, ab eo occisi in Campo Mucrumense. Ivit Cormacus tunc, et invenit Lugadium ibi, sicut dixit Sabha. Evaginavit gladium suum et dixit---Tuum caput requiritur O'Lugad in mulctam pro morte patris mei. Caput Regis in prælio a me Tibi, respondit Lugadius,—Sufficit, inquit Cormacus,—caput Regis Ultoniæ (est) caput quod ego requiro a te.—Ivit Cormacus postea ad Olildum et Sabam, et dixit Saba Thadæo filio Cenii, iret cum Cormaco contra Ultonienses. Promisit Thadæus id (se facturum) si reciperet in mercedem spatium Campi Midensis quantum curru suo circumveheretur

*Tugas Coramac a briathar ris sin do chomhal do. Deirigh Tadhg go moch na mainde ar na mhareach 7 cuirios fios air Luigh Laga. Gluaisid araon go mor shluaghach accoinne na ttri bh Feargais 7 na n Olltach. Ferthar an cath eatartha 7 marthas Luigh Fergus Duibhdheadach, 7 tig go Coramac ris an cceann. Riogaid Olltaicc an da Fheargas oile indiaig a cheile, 7 marbhas Luigh iad 7 tug go Coramac na cinn aneiric bais Airt mc Cuinn. Do chuaidh Tadhg mc Ceinn fa cath na n allmurach 7 tug anar. 7 maghmaid roimhe Leanas fein is Muimhmicc an ruaig ortha. An uair do chonnairc Coramac soin geallas breith a bheil fein do Ghiolla carbaid Thaidhg do chionn an Charbaid dionn saighe go hait an chatha gach uair thugfadh an bhfuaine air Tadhg. Do geall an Giolla sin do 7 do chomaill, oir tug an carbad tri huairc go hait an chatha deis Taidhg do chuardugha roinn do Midhe gachuair diobh soin, connas gur ab ar ait an thatha tainig deire laoi dho. Marbhas Tadhg an Giolla an tan do thuig se an cheilg. Beirios Coramac Tadhg 7 Luig leis go Teamhair daleigis, 7 do chuir*

---

post prælium gestum. (1) Cormacus promisit se id perfecturum. Surrexit Thadæus valde diluculo postridie mane, et accivit sibi Lugadium Illustrem. Ierunt simul cum ingenti exercitu contra tres Fergusios et Ultonienses. Gestum est prælium inter eos, et occidit Lugadius Fergusium nigrorum indumentorum, et venit ad Cormacum cum capite ejus. Imperaverunt Ultoniensibus deinde duo alii Fergusii, unus post alterum, et occidit Lugadius eos, et obtulit capita eorum Cormaco in mulctam pro morte Patris sui Arthuri filii Conni. Ivit Thadeus filius Cenii postea ad debellandos prædones maritimos, et stragem fecit eorum, et profligavit eos ante se, et insecutus est ipse et Momonienses eos, fugantes eos ante se. Quando vidit Cormacus id, promisit servo currus Thadæi (i. e. Aurigæ) quidquid postularet, si currum aggeret ad ipsum prælii locum omni vice qua circuitum facere studeret Thadæus. Promisit Auriga id se effecturum, atque perfecit. Egit enim currum tribus vicibus ad locum prælii, postquam Thadæus peragrasset divisionem Midiæ tot vicibus, ita ut ad locum prælii terminaret

---

(1) Eadem habet Tigernach.

*a ttigh amuigh ar faithche na Teamarach iad. beirthior an arm uatha, acht a chloidheamh, d' fuillig Luigh fa taobh a leaptha. Furaileas Coramac daol colg 7 casna do chur ionna cneadhaibh chum bais do thabhairt doibh, 7 an tan do thuig go raibh an bas an gar do Luigh, tig os a chionn 7 a dubhairt a Luigh. Cread do rinn m aithirse ortsa mur gur marbhais e a Moighe Mochruime. Eirghios Luigh 7 tug an chloideimh o taobh a leaptha 7 a dubhairt do theith se mur gheilt, do beic se mur bhoc, 7 do bhram se mur ghearan, 7 le na radha sin do d ionnsaig Coramac ionnas gurab iad doirse tighe Teamrach do rug uaidh e gona muintir, iar marbhadh arainig leis diobh a muigh, 7 tainig fein uatha da naimhdheoin don Mhumhan.*

*An aimsir Cormaic do gabh Fiacha Muilleathain Righe Liatha Mogha iar bas dearbrathar a athair. i. Cormac Cas mc Oilliol Oluim, 7 ionnsaighe*

---

illi dies.—Occidit Thadæus Aurigam simul ac intellexit dolum. Conduxit Cormacus Thadeum et Lugadium secum Temoriam, ut eos medicaret, et assignavit eis locum in domo in Campo prope Temoriam, ablata sunt eorum arma ab eis, præter gladium quod abscondit Lugadius prope lectum suum. Proposuit Cormacus aculeata quædam quæ ulcum causarent, inserere in eorum vulnera, ad mortem inferendam eis, et cum intellexisset mortem instantem esse Lugadio, accessit ad eum et dixit—Lugad—Quid mali tibi fecit Pater meus ut eum occideres in Campo Mucrumense?—Surrexit Lugad et eduxit gladium a latere lecti, et dixit, ire solebat ut silvester, clamare ut hircus, (1) et crepare ut equus, et cum hæc dixisset, impetum fecit in Cormacum, ita ut fuerint portæ Temoriæ quæ salvum fecerunt eum, cum gente sua, postquam occidisset (Lugadius) aliquos eorum in campo, et venit ipse ab eis invitis et oppugnantibus in Momonian.

Tempore Cormaci obtinuit Fiacha-Mullethan Imperium Dimidii Moghæ, post obitum fratris Patris sui, i. e. *Cormaci-Cas*, filii Olildi Olamii, et impetum

---

(1) Notanda est Vox *beic* clamare—*Beke* Hebraice et Phœnice clamare. In Psalmo 137—"Super flumina Babilonis, illic sedimus et *flevimus*,"—textus Hebraicus pro flevimus habet *bakinon*.

*mora ag Cormac ar Mhuimhneachaibh go ttainig gona mhor shluagh ag iondradh na tire roimhe go Droimdamhgoire, da n goirthear anois Cnoc luinge, ait ar tharlaidh Fiacha Muilleathain 7 Moghchorb mc Cormaic Cais do, gur fearadh cath nimhneach catartha, 7 gur madhmadh ar Chormac is ar Leath Cuinn. gon ar mor a muintire, gur gabhadh ⁝ san iorguil, 7 gur nosgsad ar g. ⁝ na aon da shliocht diga, cana, na creiche bh fer Mum. go brach. Sc Ficha Muilleatan do thiodhlaic Maigh Feine do Moghruth Druidhe o fil h. Dubhgain Fearmaighe Feine, 7 h. Comhsgraidh o fil Cuana mc Cailchin, Laoch Lia fuinne.*

---

ingentem fecit Cormacus in Momonienses, et venit cum magno exercitu suo, devastans regionem usque Dromdamghor, qui hodie dicitur *Collis navium*, ubi supervenere Fiacha Mullethan et Moghcorb filius Cormaci Cas, et gestum est prælium acre inter eos, et victoria parta est de Cormaco et de Dimidio Conni, cum strage magna eorum, et captus est ipse in conflictu, et decreverunt in eum, neque ipsum, neque aliquem progeniei ejus, auxilia, tributa, vel prædas exacturum a Momoniensibus in æternum. Fuit Fiacha Mulletan qui obtulit Campum Feniorum Mogrutho Druidæ, a quo originem habent *O'Duvegani.* Campi Feniorum, (1) (*Fermoy,*) et *O'Comsgradii*, a quibus ortus est Cuana

---

(1) ***Maigh-Feine***, i.e. Phenio-Magus, seu planities, vel campus Phæniorum, non vero, quod prorsus absonat, a ***Mogrutho*** milite sic dicta, uti sentit Flahert. Ogyg. p. 336.

Phœnices, Gaditanos utique ac Tartesios, simul cum Iberis Hispaniæ, in explorandis et aperiendis fodinis habitualiter expertis, in hanc Insulam, stanni ferrique metalla, quibus præ aliis terris abundabat, effodiendi gratia adventitantes, primos fere Hiberniæ habitatores fuisse, in australibus saltem, et occidentalibus plagis, ego sane, pluribus ductus rationibus, alibi forsan deducendis, vehementer suspicatus sum; nec sine causa planitiem de qua agitur ***Phœniorum campum*** dictam sentio, cum in illa Regione, plurimæ, in hunc usque diem, miræ magnitudinis conspicuæ sint Columnæ lapideæ, Phœnicum more in campis et collibus erectæ, speciatim vero juxta ***Glanworth***, hujusmodi antiquitatis Monumentum, nunquam satis admirandum, jacet, ex 12 lapideis Columnis, in quadrato oblongo, ad angulos rectos positis, et ad sex circiter pedes ab hodierna circumambientis terræ superficie, perpendiculariter erectis, supra quibus stupendissimæ molis et magnitudinis lapis unicus, ita geometrice positus jacet, in horizontali situ, ut duabus solummodo ex prædictis columnis, iis scilicet quæ in unius jam descripti quadrati lineæ diagonalis terminis eriguntur, æquilibrio sustentetur, cæteris omnibus columnis a stupenda ista mole penitus intactis. Neque duarum istarum quibus innititur Columnarum apices, lapidis superjacentis superficiem, quæ subter

*Fa he Cormac mc Airt tug Cath Criona freagabhail d Olltaibh, ait marbhadh Aongus Fionn mc Feargusa Duibhdheadaigh, Righ Uladh, 7 fa he Feargus Fogha ba Righ ar Olltaibh na dhiaigh, 7 fa he an Feargus Fogha so Righ deighionach Eamhna do chlanna Ruighraidhe. An aimsir Coramaic fos do*

---

filius Calchini, Heros Liafuinensis. Fuit Cormacus filius Arthuri qui gessit prælium Crinnaum, quo vicit Ultonienses, ubi occisus est Aongusius Albus filius Fergusii Nigrorum indumentorum, Rex Ultoniæ, et fuit Fergusius Prædator qui fuit Rex Ultoniensium postea, et fuit Fergusius

---

quidem quasi rotunda est, nisi in duabus punctis tangunt, quo non obstante, rudis illa moles lapidea ab antiquissimis temporibus ad nostros usque dies immobilis manet. Cumque unicus iste lapis, 15 pedes longus, sex latus, et 4 circiter profundus, tanti idcirco tamque stupendi sit ponderis, ut ordinariorum hominum in quolibet numero concurrentium vires, imo et artis Italicæ Machinas quaslibet nobis notas, tam ponderosæ moli ad descriptam altitudinem elevandæ, et in exposito jam situ reponendæ, impares esse videantur, nihil sane verosimilius idcirco crediderim, quam quod arduum ac portentosum istud opus a Phœnicibus, seu Chanaitis, a Josua expulsis, susceptum fuerit, ac absolutum, in superstitiosi cultus usum, vel forsan in Herois cujusdam ibidem sepulti perennis memoriæ monumentum.—Mirabilis illa structura Ibero-Celtica, nostra vernacula *Leaba Chaillde* vocatur, Latine Lectus *Callidii*, qui Heros quidam censendus est, eo meliori cum fundamento, quod similis structuræ monumenta omnia, a nostratibus *Leopa na Feine*, i.e. Phæniorum militum, seu heroum Lapides dormitorii, sive cubilia vocitentur.—Aliud extat simile portentosum Monumentum apud *Brennans-town*, sexto lapide ad Austrum a Dublinio.

Vulgus tamen credere videtur, vocibus supra positis, *Lectus Vetulæ* denotari, non advertens, ad exhibendam ejusmodi significationem, necessario præfigendam esse particulam *na* ante vocem *Caillidhe*, atque etiam aspirationem illam *h* removendam esse a litera initiali *c*, in voce *Chaillide*, ita ut sit scriptum *Leaba na Caillidhe*. Porro, antiquiorum Hibernorum Cohortes *Fenii* dicebantur, non tamen quasi origine fuerint Phœnices, sed eo potius, quod Ibero-Phœnicum nostrorum, quorum apud nostrates antiqua manebat traditio, vires ac fortitudinem æmulabantur, nec enim milites, (Phœnii dicti,) qui pariter *Clanna Baoisgine*, i.e. filii Basgneorum vocabantur, (i.e. Vasconii) Phœniceæ censendi sunt originis, nec etiam a progenitore quodam, *Baoisgine* nominato, ita dictos existimo, sed a *Vasconibus Cantabriæ*, ex qua regione Milesium nostrum Hispanum in hanc Insulam, cum suis, antiquitus transmigrasse traditum est, nominatas ac progenitas fuisse nostras ejusmodi cohortes *Basgneas*, sicut et illas qui *Clanna Moirne*, i.e. filii *Morinorum*, et a Morinis Gallo-Belgicis, qui *Damnonii* tam in Hibernia quam in Britannia vocabantur, dictas et ortas fuisse censuerim. Ex hac originis differentia, æmulationi juncta, odia, inimicitiæ, et simultates illæ mutuæ inter prædictas cohortes, quibus perpetuo animati, tandem se invicem penitus deleverunt, in cruenta illa pugna de *Gabhra-Aicle*, anno D. 283, ut in Prolegom. part ii. p. 23.

ANNAL. INISFAL. M.S. DUBLIN.——*Omissa, pag.* 7, *ad finem paginæ.*

Occisus est Carbreus Liffiensis, Rex Hiberniæ, in prælio Gaurano Aclense, manu Mogcorbi, filii Cormaci Cas Regis Momoniæ, et per Fenios Albos, et facta est ibi strages Feniorum, simul cum Osgaro, et cum filio Lugidi, per Carbreum, et per filios Mornai, i.e. Morinos, et strages virorum Hiberniæ facta est cum istis.

*ionnsaig Dunloing mc Eanna Niadh Righ Laighean triochad ingheana Riogamhla, go na ttriochadh mnaibh coimhdechta gur mharb uile iad ag Claon fearta, gidheadh do marbhadh le Cormac da Righ thaoiseacha deag Laighion aneiric na noigh sin.*

Kl. *Adbhath Cormac attigh Cleitic, taoibh ris an m Boin, iar n diulta iodhaladhradh do deanamh dho a bhfad roimhe sin, 7 c iar treigion na Rige do Chairbre Liofachair. Is amhla fuair Cormac bas iar ngle leanamhain cnamha bradain da bhraghaid, no fa he Maolcheann Draoi do mharbh e' ar cur suas do iodhaladhradh do deannamh amhail cach. Aodh mc G. ga na righ Cons. an tan so, 7 fa he Righ deighionach do shlios. bhfer m Bolg d'g gabh Righ Connacht. c. i. Aodh mc Gara mc Neamain, mc Morna, o n abarthar Clanna Moirne.*

runt Vivarium postea.—Murchadus filius Diarmitii filii Maolnambi transit in Manniam, et aufert tributum inde, et victoriam obtinet de filio Reginaldi.

MLXIII. Kl. Cathal O'Donchad Rex Eachorum et Australis Hiberniæ obiit. Exercitus cum Tordelbacho O'Brian et cum filio Maolnambi, combussit Limericum, et profecti sunt postea Luachariam.

MLXIV. Kl. Dubdaletheus Vicarius Patricii obiit. Donnchadus filius Briani Boromei, Rex Momoniæ, expulsus e regno, ivit Romam in peregrinationem, et obiit ibi post pœnitentiam, in Monasterio S. Stephani. Tordelbachus filius Thadæi filii Briani obtinet regnum Momoniæ.

MLXV. Kl. Cluanmacnosia et Cluanferta Brendani vastatæ per Aodum O'Ruarc, &c. *ut in* IV *Magistris.*

MLXVI. Kl. Securitas (sive pignus) XXV unciarum auri, tradita a Tordelbacho O'Brian et a filio Maolnambi Aodho O'Conor, ea conditione ut auxilia subministraret eis, et ipsi ei, (pace nempe offensiva et defensiva inita utrinque.)

MLXVII. Kl. Tordelbachus O'Brian Rex Momoniæ et Diarmitius filius

*go Laighnibh 7 Ghallaibh Aithecliath air sluagh go Connacht, go ttug Aodha h. Concubhair cath doibh, 7 gur marbh ann Aodh h. Concubhair Righ Ciarraidhe Luachra 7 moran uaisle eile. Cath Turlaigh Aidhne le h Aodh mc Airt Uallaigh mc Aodha mc Seanfheargal h. Ruairc Righ Breifne 7 tri fithid cead lion a shluagh ag ionnradh Connacht for Righ Connacht, ait a ttorcair Aodha an ghaibhiarnaig mc Taidhg an Eich ghil h. Conchubhair Righ Connacht. Ar coighe Chonnacht do chur le fearaib Mumh. 7 Breifne 7 le Laighnibh, 7 eidirdilgin na Coige uile ann sin.*

MLXX. Kl. *Toirr. h. Briain do dhol a Laighnibh go ttug cloidheamh Bhriain 7 meirge Righ Sagsan 7 seoide iomdha eile o Diarmaid mc Mhaoilnambo Righ Laighean. Murcha mc Diarmada m. Maoilnambo deag an Athcliath Gluniarain mc Diarmada mc Maoilnambo domharbh. do mc Cathail do Ghaillingibh, 7 do thuaisciort Eirionn, &c.*

MLXXII. Kl *Diarmaid mc Maoilnambo Righ Laighean 7 Inse gall 7 Aithcliath domarbhadh ac cath Odhbha san Midhe, le Concubhar h. Maoils.*

---

Maolnambi, cum Lageniensibus et Danis Dublinii, proficiscuntur Connaciam bellum gerere, et prælium gerit Aodus O'Conor contra eos, et occisus est ibi Aodhus O'Conor Rex Ciarradiæ Juncosæ, et plurimi nobiles alii. Prælium Campi paludosi Adneensis per Aodhum filium Arthuri-periti, filii Aodhi, filii senis Fergalli O'Ruarc, Regem Brefniæ, stipante Caterva 6000 hominum, vastantium Connaciam contra Regem Connaciæ, ubi occisus est Aodhus Hastæ-ferreæ, filius Thadæi Equi-albi O'Conor, Rex Connaciæ. Strages Connachtensium per Momonienses et Brefnenses et Lagenienses, et vastatio totius Provinciæ postea.

MLXX. Kl. Tordelbachus O'Brian ivit Lageniam et abstulit gladium Briani, et vexillum Regis Saxonum, et res pretiosas plurimas alias a Diarmitio filio Maolnambi Rege Lageniæ. Murchadus filius Diarmitii filii Maolnambi obiit in Dublinio. Genu-ferreus filius Diarmitii filii Maolnambi occisus a filio Cathaldi de Gallengiis, et a septentrionali Hibernia.

MLXXII. Kl. Diarmitius filius Maolnambi Rex Lageniæ, et Ebudum, et Dublinii, occisus in prælio *Odvæ* in Midia, a Concubaro O'Maolseachlan

*Righ Midhe 7 le Giolla Padraig h. Fearghail Righ for-tuatha Laighean, 7 moran do Laighnibh 7 do Ghallaibh maille riu. Toirr h. Briain do dhol an Osruighibh gur gabh gialla Osraighe 7 as sin go huibh Ccinsealach gur loisg iad, go ttug broid mhora 7 gabhala 7 braighde Laighean lais. go ttugsad gaill Aithecliath 7 Righe Athecliath dho.*

MLXXIII. Kl. *Tainig mac Conchubhair h. Maolseachl. Righ Teamrach 7 Godfra mc Raghnail Righ Gall Aithcliaṫh, 7 Domhnall mc Doncha mc Giolla Phadr. Righ Osraidhe atteach Toirrdhealb. h. Bhriain, 7 tugadar umhla 7 braighde dho, 7 alamha ionna laimh, 7 Ardrighe ortha fein. Concubhar h. Maoilseachl. Righ Temhra domharbh do mhac a dhearbhrathar fein, .i. do Mhuircheartach h. Maoils. tre mheabhail. A chenn do breith ar eigin o Cluain-mc-n. sa adhnacal ac Ceann-Cor. le Toirr. h. Briain dia h aoine Casga moire, acht do rugadh an ceann ceadhna fo thuaidh an Domhnach a ris gon dibh failgh oir maille fris, tre fhiort Chiarain 7 miorbhuilledhe De.*

MLXXIV. Kl. *Sluagh le Toirr. h. Briain do dhiogailt na fionngail sin go ttug lamh tar oirthior Midhe 7 tar Gailleanga 7 tar fhearaibh Bhreagh go*

---

Rege Midiæ, et a Gilda-Patricio O'Ferral Rege limitum Lageniæ, et plurimi Lageniensium et Danorum cum eis. Tordelbachus O'Brian ivit Ossoriam, et obtinuit Obsides Ossoriæ, et inde ivit ad Cinselachios et combussit eos, donec tradiderint obsides Dubliniensium et Regnum Dublinii ei.

MLXXIII. Kl. Venerunt filius Concubari O'Maolsechlan, Rex Temoriæ, et Godfredus filius Reginaldi, Rex Danorum Dublinii, et Donaldus filius Donnchadi filii Gildæ-Patricii, Rex Ossoriæ, in castra Tordelbachi O'Brian, et præstiterunt obedientiam et obsides (tradiderunt) ei, et eorum manus dederunt in manus ejus, et supremum dominium supra seipsos. Concubar O'Maolsechlan Rex Temoriæ occisus a filio fratris sui, i. e. a Murcertacho O'Maolsechlan, dolose, caput ejus per vim ablatum est a Cluan-mac-nosia, et sepultum in Cenncora a Tordelbacho O'Briani, feria VI ante Dominicam Paschalem. At restitutum est idem caput Dominica sequente, cum decem unciis auri simul, per virtutem S. Ciarani et miracula Dei.

MLXXIV. Kl. Exercitus ductus a Tordelbecho O'Brian ad vindictam sumendam de parricidio isto, vastavit orientalem Midiam, et Gallengiam,

*nach torracht riamh a Mumhan eadailb. mho do mhaoinibh 7 d innillibh na tugadar leo don tsluagh sin. Geille fear. Midhe iar san do thiodhlacadh go teach Tairdhealbh. h. Bhriain.*

MLXXV. Kl. *Sluagh le Toirr. h. B. a Cconnacht go ttug geille h. Chonchubhair Righ Connacht, 7 h. Ruairc 7 bhfear Breifne leis. Diarmaid m. Maoilbreanain Eascop Iarmumhan (Ardfert) deag. Gothfra m. Radhnaill Righ Aithecliath d ionnarbadh tar muir do Thoirdhealb. h. Briain 7 e d fagbhail bhais tar muir a nall, iar tionol mor loingeas go h Eirenn, 7 Rige Aith-cliath do ghabhail do Mhuircheart. m. Toirrd. h. Briain.*

MLXXVI. Kl. *Murcha h. Maols. domharbh a bhfeall ac Cloicctheach Ceananais la Amhlaoimh mc Maolain h. Leocain Righ Gailling 7 a mharbhadh acceann da mhiosa tre fhiort Coluimchille le Maolseachl. mc Conchubhair. Rughruidhe h. Conchubhair Righ Connacht do gabhail le Toirdhealbhach h. Briain 7 a leigion uaidh aris, 7 tuarasdal a dhiongabhala do thabhairt do.*

MLXXVII. Kl. *Inghion h. Fhogartaigh bean Toirdhealb. h. Briain d eag,*

---

et Bregienses, ita ut nunquam antea congregatæ fuissent in Momoniam prædæ majores divitiarum et armentorum, quam abstulit secum rediens ab incursione exercitus istius.—Obsides Midiæ postea traditæ sunt in Castra Briani.

MLXXV. Kl. Exercitus cum Tordelbacho O'Brian Connaciam, aufert obsides O'Conori Regis Connaciæ, et O'Ruarci, et Brefnensium secum. Diarmitius mac Maolbrendani Episcopus Occidentalis Momoniæ (i. e. Ardfertensis) obiit. Godfredus filius Reginaldi Rex Dublinii expulsus trans mare a Tordelbacho O Brian, obiit ultra mare postquam congregasset ingentem numerum navium ad Hiberniam aggrediendam, et regnum Dublinii obtinuit Murcertachus filius Tordelbachi O'Brian.

MLXXVI. Kl. Murchadus O'Maolsechlan occisus inique apud Campanile Kellense, per Amlafum filium Maolonii O'Leocan Regem Gallengiarum, et is ipse occisus est ante duos menses elapsos, virtute S. Columbæ, per Maolsechlannum filium Concubari.—Rodericus O'Conor Rex Connaciæ captus a Tordelbacho O'Brian, et liberatus postea, et stipendia pro captivitate ista soluta sunt ei.

MLXXVII. Kl. Filia O'Fogartagi uxor Tordelbachi O'Brian obiit, et

*7 crodh diairmhe d fagbhail gon a Cella di. Ardmacha do losgadh idir theach 7 teampul 7 cuid d Arda-Pattraig, Concubhar mc Lorcain mc Donncha mc Briain Boroimhe do ghabhail rige Tulcha-Oig, 7 Maidhm roimhe for fhearaibh-Manach ria cionn seachtmhuine.*

MLXXVIII. Kl. *Coigear Induigheach do theacht an Eirinn tar Muir, 7 aisgeadha mora leo do Thoirdhealbhach h. Briain, 7 an diothchur tar muir aris.*

MLXXIX. Kl. *Diarmaid m. Toirrd. h. Bhriain do bhreith loingeas leis am Breatain go ttug eadail mor leis. Sluagh le Toirr h. Briain go h. Athcliath 7 go bhfearaibh Midhe go ttainig h. Maolseachloinn Righ Midhe iona theach go Luimneach le Comharba Phadraig 7 le Bachal Iosa.*

MLXXX. Kl. *Corca 7 Cilldalua 7 Moingairet do losgadh.*

MLXXXI. Kl. *Arain na naomh do argain le Lochlannaibh.*

MLXXXII. Kl. *Donsleibhe h. H Eochodha Righ Ula do dol atteach Thoirrdalbh. h. Bhriain go Mathaibh an choige uime, go ttug Toirrdhealbh. deith ccead bo dho. 7 dha fithiod unga oir 7 se fithiod brat dathach.*

---

divitiæ plurimæ donatæ Ecclesiis ab ea. Ardmacha combusta, domus et Ecclesiæ, et pars Ecclesiæ Montis Patricii. Concobarus filius Lorcani filii Donnchadi filii Briani Boromei obtinet Regnum Tulchæ-Ogi, et Victoriam de Fermanachensibus, ante spatium hebdomadæ.

MLXXVIII. Kl. Quinque Judæi veniunt in Hiberniam trans mare, et munera ingentia offerunt Tordelbacho O'Brian, et expulsi sunt trans mare postea.

MLXXIX. Kl. Diarmitius filius Tordelbachi O'Brian ducit naves secum in Britanniam, et aufert prædas ingentes secum—Exercitus cum Tordelbacho O'Brian Dublinium et Midiam, donec advenisset O'Maolsechlannus Rex Midiæ in domum ejus Limericum, cum Vicario Patricii, et cum Baculo Jesu.

MLXXX. Kl. Corcagia, Killalua, et Mongaret combustæ—

MLXXXI. Kl. Arania Sanctorum vastata a Danis.

MLXXXII. Kl. Dunslevius O'Eochad Rex Ulidiæ ivit in domum Tordelbachi O'Brian cum Magnatibus Provinciæ suæ secum, et dedit Tordelbachus mille boves ei, et 40 uncias auri, et 120 Pallia coloribus ornata.

MLXXXIII. Kl. *Cathal h. Conchubhair Righdamhna Connacht domharbh le Rughruidhe h. Conchubhair Righ Connacht.*

MLXXXVI. Kl. *Toirdhealbh m. Taidhg m. Briain Bor. Righ Eirionn deag acceanncorann iar mor mhartra togaighidhe, 7 iar ccaitheamh corp Criost, iar n ungadh 7 n aithrighe, 7 a adhlacad a Cilldalua, 7 Tadhg h. Briain a mhac d eag a leaba a athair an miosa ceadhna. Maoliosa h. Brolacain sruth Seanoir Eirionn 7 Ard-Shaoi na h eagna d eag angrasaibh De, Muirchiortach mc Toirrdhealb. h. Bhriain do gabhail Rige Mumhan, 7 Diarmaid mc Toirrdhealb. h. Bhriain d' ioanarb. a Mumhan go Chonmhaicnibh. Sluagh le Muircheart. m. Toirdhealb. h. Bhriain a Laighnibh 7 madhaim ris for mhac Domhnaill ramhair gon a Laighnibh ag Raith h Eadair h. Maoilnambo.*

MLXXXVIII. Kl. *Madhain le Rughruidhe h. Conchubhair 7 le Diarmaid mc Mhuircheartaicc h. Bhriaim ag Innis Ardacha for Thoirrd h. Briain 7 for Muimhneachaibh, 7 ar for cobhlach Mumhan. Ionnradh Chorcomruadh le Rughruidhe h Conchubh. 7 le Diarmaid h Briain fo tri, go ttorcair ann an*

---

MLXXXIII. Kl. Cathal O'Conor, Rex futurus Connaciæ, occisus a Roderico O'Conor Rege Connaciæ.

MLXXXVI. Kl. Tordelbachus filius Thadæi, filii Briani Boromei Rex Hiberniæ, obiit in Cenncoraniæ Arce, post ingentem ægritudinem fortiter toleratam, et postquam accepisset refectionem Corporis Christi, post extremam unctionem et pœnitentiam, et sepultus est apud Kildaluam, et Thadæus O'Brian filius ejus obiit in lecto patris sui mense eodem. Maolissaus O'Brolcan, sapiens Senior Hiberniæ, et supremus Doctorum, obiit in gratia Dei. Murcertachus filius Tordelbachi O'Brian obtinet regnum Momoniæ, et Diarmitius filius Tordelbachi O'Brian expulsus est e Momonia ad Conmacnios. Exercitus cum Murcertacho filio Tordelbachi O'Brian Lageniam, et victoriam obtinet contra filium Donaldi obesi, cum suis Lageniensibus, apud Munimentum Sacrum Edarense O'Maolnambi (i. e. *Hoath.*)

MLXXXVIII. Kl. Victoria parta per Rodericum O'Conor, et per Diarmitium filium Murcertachi O'Brian, apud Insulam Ardach, contra Tordelbachum O'Brian et contra Momonienses, et strages facta est Classis Momoniensium. Vastatio Corcomroæ per Rodericum O'Conor et per Diarmitium O'Brian ter,

*treas fcacht triur do mhaithibh Connacht, .i. Mac Cathail h Mughrod taoiseach cloinne Cathoil, 7 Ceann-Cuisionna mac-Muirchiortaicc, taoiseach chloinne Tomaltaicc 7 mac Giolla Criost mc Eichthiagharn taoisioch Corcaochlann. Tiagarnach h. Brain do shiol Mhuireadhaigh Comharba Chiarain Cluana-m.-n. 7 Comain, Saoi oirdheirc an eagna sa bhfoghlaim, 7 Ollamh deagh urlabhra 7 fear ro sgriobh Annala Eirionn gus an mbliaghain so, d' eag, 7 a adhlacadh ac Cluain-m.-n. Mor ingheann Toirr. h. Bhriain 7 deirbhshiur Dhiarmada h. Bhr. bean Rughruidhe h. Conchub. d eag. H Maolgiricc Ollamh Ula deg.*

---

donec occisi essent ibi, in tertia vastatione, tres Magnates Connaciæ, nempe Filius Cathaldi O'Mugrod Dux Clan-Cathalliorum, et Ceann-Cuisionna filius Murcertagi Dux Clan-tomaltagiorum, et filius Gildæ Christi filii Ectigerni Dux Corcaochlannorum. Tigernachus O'Brain de prosapia O'Conororum Connaciæ, successor Ciarani Cluanæ-mac-nois, et Comani, Sapiens illustris scientia et eruditione, et Doctor bonus linguarum peritia, et vir qui scripsit Annales Hiberniæ usque ad annum hunc, obiit, et sepultus est in Cluanmacnosia.(1) Mora filia Tordelbachi O'Brian et soror Diarmitii O'Brian, uxor Roderici O'Conor, obiit. O'Maolgirg Doctor Poeticæ Artis Ultoniæ obiit.

---

(1) Glorior inter meos Majores extitisse antiquissimum omnium Historicorum Septentrionalium, qui Annales Patrios lingua vernacula descripsere. Glorior etiam virum fuisse Sanctum, et doctum, qui bibliothecam instructissimam habuisse videtur, et Sacras literas impense coluit Sæculo ferreo. Obiit enim grandævus anno MLXXXVIII.

# MONITIO AD LECTOREM

## DE TEMPORUM RATIONE IN CODICE BODLEIANO.

*Cum Codicis Bodleiani rationes, saltem quoad annorum seriem,* litera K designatam, *a Codicis præcedentis Gallicani, sive Dubliniensis, rationibus dissentiant, et nonnunquam etiam secum pugnare videantur, nec facile possint conciliari, placuit totum opus describere prout extat, absque ulla characterum istorum castigatione, et annos apponere in margine, juxta ordinem a characteribus istis indicatum, ne vel in minimo a suscepto officio adimplendo, et fidem servando, discessisse existimarer.—Quod si alii Codices antiquiores extarent, liberum me sentirem seriem istam, juxta fidem antiquissimorum, emendare, sed cum Codex Bodleianus sit extantium antiquissimus, textum prout extat quam fedelissime exhibere curavi.*

*Itaque boni et æqui consulas, quod in rebus antiquis edendis, non mea proferam, neque audeam priscorum scripta immutare, sed iis tantum commentariis illustrare, et supplementis augere, quæ ipsi suggerunt, ita ut quæ moveri possint dubia, vel occurrere difficultates, ex omnium Annalium collatione diluantur.—Ad hunc finem plenius assequendum, Indicem Chronologicum ad tomi ultimi calcem addendum statui, in gratiam eorum quibus tot Annalium lectio fastidium generaret. Quod si quædam inveneris rudi stylo congesta, memento arduum esse opus, res tot Sæculorum caligine obrutas in medium proferre, tot Bibliothecarum exesas et cito perituras membranas evolvere, describere, et evulgare. Hebescit equidem in talibus evolvendis ingenii acies, et sensus ad alia proclivi ipso rerum gestarum pondere, et idiomatis antiqui obscuritate, et styli mixti, partim Latini, partim Hibernici, barbara ambiguitate opprimuntur.*

# ANNALES BUELLIANI,

**Ex Codice Cottoniano,**

TITUS A. XXV.

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITI,

ET

*NOTIS ILLUSTRATI.*

# ANNALES BUELLIANI,[1]

## Ex Codice Membranaco Cottoniano,[2]

## *TITUS A. XXV.*

**An. cccc xx.** IERONYMUS Prespiter quievit, anno vite xcviii, mense vi, qui omnium studium literarum adeptus, atque probatissimorum Monachorum imitator est factus. K.K.K.K.Kl.

**An. cccc xx vi.** Kl. *Legare m. Neill* regnum Hibernie retinuit. K. K.

**An. cccc xx ix.** K. Patricius Archieps in Hiberniam venit, atque Scotos baptizare inchoavit. K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.K. (3)

**An. cccc xl vi.** K. Nativitas Sce Brigide Virginis.

**An. cccc xl vii.** Kl. *Mane m. Neil* mortuus est. Xistus Papa occisus est. Laurentius Archidiaconus passus est Rome gravissima tormenta, 7 exquisita, ut ejus plane narrat Historia. Beatus vero Sixtus, cujus supra mentionem fecimus, dum ad Hispanias partes profectus esset, duos juvenes inde secum duxit, videlicet Laurentium 7 beatum Vincentium ejus cognatum, quorum alter remansit cum eo, scilicet beatus Laurentius, beatus vero Vincentius cognatus ejus in Hispaniam rediit, 7 ibi glorioso martirio vitam finivit. K.K.K.

**An. cccc l i.** Kl. Ab initio mundi usque ad transitum S. Martini secundum

---

(1) Ita eos appellat Usserius Primord. p. 966, et Spelman Concil. t. 1, p. 431. Vide infra p. 6.

(2) In novo Catalogo Cottoniano edito anno 1802, p. 515, describitur ut Codex *Chartaceus* et *Membranaceus*. Pars autem quæ *Buelliæ* Annales exhibet, est tota membranea.

(3) Horum Annalium Chronologicæ rationes ex Annalium Ultoniensium annis, et notis chronicis definiendæ sunt, uti et de Inisfalensibus passim, in notis hinc inde appositis, et in Prolegomenis p. x, xv, xx viii, cxxvii, &c. et in Eclipsibus, aliisque notis chronicis designandis observavi.

Dionisium, anni V. Dcxi. A Passione vero Dni ann. ccccxv. (1) Martinus Turonensis Episcopus ex hac vita feliciter migravit, cujus vita tantis extitit miraculis gloriosa, ut trium mortuorum mereretur esse suscitator, et par Apostolis dicitur, non propter suscitationem mortuorum, sed propter quoddam miraculum cum *Traonisiam* [lege Ambianensium civitate] residens Episcopus, veniret ad eum pauper, inops quasi nudus tunicam petiit. Cessit precatori suo, jubens ut emeret. Vadit ille ad suam vilem tunicam, 7 curtam, que vere penula, ·i· pene nulla poterat dici. Jubet vir Scs monstrari. Longa erat usque ad genu, mansid usque ad cubitum, et extrahens suam, pauperi dedit, 7 induit illam ; nec multo post preparavit se ad celebranda Missarum solempnia, 7 stat Altare, sicut mos est in Prefatione. Forte manus levabat ad Deum manicis laxis retro labentibus, cum nec brachia ejus erant grossa, nec multum carnosa, nec prefata penula protenderetur, nec usque ad cubitum; remanserunt eadem brachia nuda; miraculose perveniunt aurei torques, ipsaque decenter operuerunt, 7 globus igneus apparuit super caput ejus, per quod demonstratum est Spiritum Sanctum descendisse ad robur, sicut super Apostolos in die Pentecostes. Propter hoc non immerito dictus par Apostolis. (2) K.K.Kl.K.K.K.K.K.

An. cccc lx. K. *Cath troimud re Laegare m. Neill.* (3) [Prælium atrox gestum a Laogario filio Nialli.] K.

An. cccc lx ii. Kl. Mors *Endai m. Cathbath.* K.

An. cccc lx iv. K. Dormitatio Sci senis Patricii. (4)

An. cccc lx v. K. *Cath Atha-dara for Laegare ria Laignib,* [Prælium vadi quercuum gestum contra Laogarium a Lageniensibus,] in quo et ipse captus est, sed tunc dimissus est, jurans per Solem 7 Ventum se boves eis dimissurum. (5) K.

---

(1) Corrige numeros ex dictis Prolegom. p. cxii, unde constat hæc referenda esse ad annum 401-2. Confer Sulpicii Severi Opus de Vita B. Martini Varior. Amstelodami apud Elzevirios ann. 1665, p. 442, et 541, not. 2.—Utrum cum Apostolis conferendus, ut a Sulpicio Severo confertur, vide ib. p. 428, et p. 450. Ex hac de Martino opinione, orta est diu postea controversia, an sine hæresi Apostolis conferri queat? quod multis argumentis propugnat Odo Cluniacensis.

(2) Quæ in hac narratione obscura sunt, corrigantur ex Sulpicio Severo.

(3) Lege *Cath roinead* ut in Annalibus Ultoniensibus ad ann. 543, p. 3.

(4) Distinguendus est a S. Patricio Hibernorum Apostolo. Vide Annal. Ult. p. 3, not. 6.

(5) Vide quæ de hac re dicta sunt in tractatu de Literis Oghamiis Hibernorum, ad calcem Annalium Inisfalensium, p. 143.

An. cccc lx vii. K. Leo Papa quievit.(1) K.K.
An. cccc lxx. K. Mors *Laegare m. Neill ic trellaig daphil.* [Mors Laogarii filii Nialli apud Trellaig-daphil.](2)
An. cccc lxx i. K. Initium regni *Ailella Molt m. Nathi.* K.K.K.
An. cccc lxx v. K. Quies Benigni Successoris Sci Patricii. K.
An. cccc lxx vii. K. *Fes Temrach la h Ailill Molt.* [Comitia Temorensia habita ab *Alillo Molt.*] K.K.K.
An. cccc lxxx i. Kl. *Dorndgal Bri-ele for Laignib ria n Ailill Molt.* [Pugna Brieliensis contra Lagenienses per Alillum Molt.] K.K.K.K.K.
An. cccc lxxx vii. K. Mors *Conaill.* Ab initio mundi, secundum Dionisium V. DCLX usque ad transitum S. Patricii Epi. Ab Incarnatione vero Dni. CCCCXLVIII.(3) Patricius Archiepiscopus Hibernensium anno etatis sue cxx, die xvito Kal. April. quievit.
An. cccc lxxx viii. Kl. Mors Episcopi *Ibair.*(4)
An. cccc lxxx ix. Kl. *Murchertach m. Erca* regnare incipit.
An. cccc xc. K. *Mc Nessi ·i· Cumusgus* Eps. *Condere* [Episcopus Connerensis.] (5) K.K.
An. cccc xc iii. K. Nativitas *S. Ciarani* Abbatis.(6) K.K.
An. cccc xc vi. K. *Comgall Bendchair* natus. (7)
An. cccc xc vii. K. *Cainech Achaidbo Connig.* K.
An. cccc xc ix. K. *Buti mac Bronaig* obiit. *Columcille* natus est.(8) *Beoid Arda-carna* [Beodius Monasterii alti Aggeris Sacri lapidum] quievit. K. K.K.K.
An. D iv. K. Dormitatio *S. Brigide* Virginis.(9)
An. D v. Kl. Benedictus Abbas 7 Pater Monachorum hoc tempore cla-

---

(1) Leo Papa obiit anno C. 461, ergo ex his Annalibus, Rex Hiberniæ Leogarius captus est anno C. 459, quod cum Annalibus Ultoniensibus, æram communem uno anno prævertentibus, plane consentit. Vide Annal. Ult. ad ann. 458.

(2) In margine "*Ic Crellaig dephal.*"—Ultonienses Annales ad ann. 462, æræ communis 463 "*oc Grealloig-griaifil.*"

(3) Corrige numeros ex Ultoniensibus ad ann. 492.

(4) Annal. Ult. ad ann. 500.

(5) Confer Annal. Ult. ad ann. 506.

(6) Vide Annal. Ult. ad ann. 511, æræ com. 512, quo Defectus Solis contigisse narratur.

(7) Annal. Ult. ad ann. 515, et melius ad 519.

(8) Ibid. ad ann. 518.

(9) Ib. recte ad ann. 523. Confer not. ad ann. 536, ib. p. 16.

ruit. Hujus vitam virtutibus 7 miraculis gloriosam beatus scribit Papa Gregorius. K.K.Kl.K.K.

**An. D xi.** K. *Badud Murcerthaig mc Erca. Ailbe Imlecha Ibair* q. [Demersio Murcerthagi filii Ercæ. Albeus Imlecensis Civitatis Ibari quievit.](1)

**An. D xii.** K. *Tuatal Maelgarb* [Thuathalius Calvo-asper] regnat annis xi.(2) K.K.K.K.K.K.

**An. D xix.** K. Nativitas S. Gregorii Pape. K.K.K.

**An. D xx iii.** K. *Ciaranus* filius Artificis xxxvi etatis sue anno in Xpo quievit. *Diarmait mc Cearbaill* regnare incipit.(3)

**An. D xx iv.** K. *Tigernach* Eps *Cluana cois* quievit.(4) Kl.K.K.K.

**An. D xx ix.** K. Mortalitas magna.(5) K.K.

**An. D xxx ii.** K. Mors *Bic mc De* Prophetæ.(6) K.K.K.

**An. D xxx vi.** K. Jugulatio *Colmain moir mc Diarmata.* (7) *Brandanus* Abbas fundavit Ecclesiam *Cluana-ferta.*(8) K.K.

**An. D xxx ix.** K. *Cath Culidremhne for Diarmait m Cherbaill. Fergus* 7 *Domhnall da mac Erca,* 7 *Ainmere mac Setnai.* 7 *Nainnaid mac Duach,* 7 *Aed mac Eachach ri Connacht* [Prælium Culedrevnense contra Diarmitium filium Cerveolii. Fergus et Donaldus duo filii Ercæ, et Ainmere filius Setnai, et Nainnadius filius Duachi, et Aed filius Eachachi Rex Connaciæ] victores erant per orationes *Columbe-chill.*(9) K.

**An. D xl i.** Kl. Passatio *Columbe-chilli* ad Insulam *Ja.*(10) K.Kl.

**An. D xl iv.** K. *Molasi Daminsi* quievit.(11)

**An. D xl v.** K. Occisio *Diarmada mc Cerbaill.*(12) In hoc anno capta est in *Muirgeilt,* [i. e. Monstrum marinum quod femina Maris dicitur.]—Quies *Brandain Birra.*(13) K.K.K.K.

---

(1) Annal. Ult. ad ann. 533 et 535.

(2) Ibid. ad ann. 536, æræ communis 537, quo Tuathalius vere Murchertacho successit.

(3) Ibid. ad ann. 543, Christi 544, et recte, ut ex Eclipsibus, et aliis notis chronicis simul collatis, manifestum est. (4) Ibid. ad ann. 548. (5) Ibid. ad ann. 553 et 555.

(6) Ibid. ad ann. 557. (7) Ibid. 554, 557, et 562. (8) Ibid. 557 et 563.

(9) Ibid. 559 et 560. (10) Ibid. 562, æræ com. 563.

(11) Ibid. 563 et 570. (12) Ibid. 564.

(13) Ibid. 571. De monstro marino vide not. 3, p. 26 ib. In margine Codicis Cottoniani hæc leguntur annotata ad vocem " *Muirgeilt—i· li-ban, ·i· Eachach m. Edaigh for tracht Ollarba illin*

**An. D l.** K. *Oena mac Ula* Abbas *Cluana-mc-nois* quievit.(1)
**An. D l i.** K. *Ecchen* Eps *Cluanafota, Brennaind Cluanaferta* in Xpo quievit, xcvi etatis sue anno.(2) K.K.K.K.Kl.
**An. D l vii.** K. Fergus Eps *Droma-lethglasc* qui fundavit *Cillebian* quievit.(3)
**An. D l viii.** K. *Mac Nissi* Abbas *Cluana-m-nois* quievit. (4)
**An. D l ix.** K. Initium regni *Aeda mc. Ainmirech. Cath Belaig dathi,* [Prælium viæ Dathii] in quo cecidit *Colman bec mac Diarmata,* a quo *Cland Colmain, ·i· hu Mailsechnaill. Aed mac Ainmire* victor erat. *Dega ·i· Daig m. Cairill* quievit.(5) K.
**An. D lx i.** K. Quies Eps *Aeda mc Bricc.*(6) K.K.K.K.K.K.K.
**An. D lx viii.** K. *Colum chilli* in nocte Dominica, etatis sue anno lxxvii, quievit in Xpo.(7) K.K.
**An. D lxx i.** K. Quies *Baethini* Abbatis.(8) K.
**An. D lxx iii.** K. In hoc anno Beatus Gregorius quievit. Scilicet in Dcvto anno Dominice Incarnationis, ut Beda dicit in Historia sua. Beatus vero Gregorius xvi annis, 7 mensibus vi, 7 diebus x, rexit Ecclesiam. Anni ab initio mundi V. Dcccv.(9)
**An. D lxx iv.** K. Jugulatio *Colmain moir, ·i· Suibni m. Colmain, la* [per] *Aed Slane.* Quies *Cheunnaig Achaidbo.*(10) K.
**An. D lxx vi.** Kl. *Comgall* Abbas de *Benchoir* quievit. *Cath Slemna* [Prælium Slemnense] in quo cecidit *Colman rimide.* Rex *Eoganachtensis* victor fuit.(11) K.K.
**An. D lxx ix.** K. *Cath Slabre* [Prælium Slabrense] in quo cecidit *Brandub*

---

" *Beonan m. Inli, ·i· iasgaire Congaill Benne.—Do reir Martidoil na niemh cet xx bl o bas P. gu bas* " *Diarmait m. Cerbaill.*" [*Muirgeilt*, i. e. Maris mulier, i. e. Eachach filius Muredagi, prope ostium fluminis Ollarbæ, in retiaculo Beonani filii Inli, i. e. Piscatoris Comgalli Benchorensis.—
Juxta Martyrologium Sanctorum, 120 anni ab obitu Patricii ad obitum Diarmitii filii Cerveolii.]
(1) Annal. Ult. ad ann. 576. (2) Ib. et ad ann. 577. (3) Ib. 583.
(4) Ib. 584. (5) Ib. 586. (6) Ib. 588.
(7) De anno obituali S. Columbæ vide quæ dicta sunt in Prolegom. p. xl, not. 5, et Annal. Ult. ad ann. 594, p. 32 et 33, not. 4. (8) Annal. Ult. ad ann. 597.
(9) Obiit S. Gregorius anno 604. Annal. Ult. p. 32, not. 3, et ad ann. 605 et 607, p. 37. Confer not. 1, p. 39, ibid. et Johannis Diaconi Opus de Vita Gregorii l. 4.
(10) Annal. Ult. ad ann. 599. (11) Ibid. 601 et 602.

*mac Eachach.* *Aed Allan* regnavit annis octo. (1) Secundo anno *Foccae* Gregorius Papa migravit ad Dom. Hic, rogante Bonifacio, statuit sedem Romane Ecclesie caput esse omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana primam Ecclesiarum se omnium scribebat. (2)

**An. D lxxx.** Kl. Mors *Edain u Gabrabrain.* (3) K.K.K.K.

**An. D lxxx v.** K. Quies *Colmain Ela.* (4)

**An. D lxxx vi.** K. Mors *Aeda Allain.* *Maelcoba* regnare incipit. (5) K.K.

**An. D lxxx ix.** K Jugulatio *Mailcoba.* *Subniu mend* regnavit. (6) K.

**An. D xc i.** K. *Aed Bennain ri Mum.* [Aed Bennain Rex Momoniæ.] K. Kl.K.K.K.

**An. D xc vii.** K. *Coemgen Glinidalocha* quievit. (7) K.K.

**An. DC.** K. *Moedoc Ferna* quievit. (8) K.K.

**An. DC iii.** K. *Subni mend mac Fiachra* interfectus *o Comgal cech mc Scanlain.* [per Comgallum cæcum filium Scanlani.] *Domhnall mac Aeda mc Ainmirech* regnare incipit. (9) K.K.K.

**An. DC vii.** K. *Mor Muman ingen Aeda Bennan* [Mora Momoniæ filia Aedi Bennani] mortua est. K.K.K.

**An. DC xi.** K. *Cath Muigirath ria Domhnall for Congall,* [Prælium Moyrathense gestum a Donaldo contra Congallum,] ubi cecidit *Congal clen mc Scanlain.* (10) Kl.K.K.

**An. DC xv.** K. Mors *Domhnaill m. Ainmirech.* (11)

**An. DC xvi.** K. Hic dubitatur quis regnavit post *Domhnall mc Ainmirech.* (12) K.K.

**An. DC xix.** K. Beda natus est. (13) K.

---

(1) Annal. Ult. 604, et not. ib. (2) Ib. pag. 37, not. 2.
(3) Ib. ann. 605, p. 37, not. 2. (4) Ib. 610. (5) Ib. 611.
(6) Ib. 614. (7) Ib. 617.
(8) Ib. 624.—Confer Usser. Primord. p. 966. "In Ainmirei Principatum S. Aedani pueritia in-"cidit; in nepotis ejus Donald 2di, Aedi 1mi filii, summa ejus senectus, sub quo, *anno* 632, illum "decessisse, ex *Buellianis* Annalibus observavimus."—Hinc patet Usserium penes se habuisse alium horum Annalium Codicem, ab hoc diversum.—De anno obitus *Aedani*, sive *Moedoci*, vide Annal. Ult. ad ann. 624, et IV Magistr. ad eundem ann. 624, æræ com. 625, unde Usserius, Colganus, et alii corrigendi sunt. (9) Annal. Ult. ad ann. 627.
(10) Ib. 636, et confer not. ad ann. 628, p. 44. (11) Ib. 641, et not. ib. p. 84.
(12) Ib. 641, not 1. Ei successerunt *Cellach* et *Conall*, pari potestate.
(13) Beda natus est anno 672. Annal. Ult. p. 52, not. 2.

An. Dc xx i. K. *Fursu* in Parunna quievit. (1) *Munemoch Leithmoir* quievit.(2) K.K.K.K.K.K.

An. Dc xx viii. K. *Cellach m. Mailcoba* mortuus est.(3) K.K.

An. Dc xxx i. K. *Conaing ua Daint, Cumini fota* [Cumineus longus] secundum quosdam quievit. (4) K.

An. Dc xxx iii. Kl. *Guari Adni* mortuus est.(5) K.

An. Dc xxx v. K. Mortalitas magna ·i· *in budi Conaill.* [i. e. flavus pestis.] *Diarmait* 7 *Blathmac da ri Erend* [duo Reges Hiberniæ] mortui sunt, 7 *Fechin Fobair*, 7 alii multi mortui sunt *dun budi Conaill.* [e flavo peste.] (6) K.K.K.K.

An. Dc xl. K. *Cendfaelad mc Blathmaic mic Aeda Slainc ria* [per] *Finachta mc Dunchait ui Chendfaelad* interfectus fuit. *Finnachta* regnare incipit.(7) K.K.K.K.

An. Dc xl v. K. *Cathal m. Ragallaig* . . . . . (8) K.K.K.

An. Dc xl ix. K. *Loch Eachach du sod i fuil.* [Lacus n Each in sanguinem versus.](9) K.K.K.K.K.K.K.

An. Dc l vii. K. *Adamnanus* ad Hiberniam venit, 7 Evangelium secum tulit.(10) K.K.

An. Dc lx. K. *Finachta ri Temrach*, 7 *Bresal a mac* [Finachta Rex Temoriæ, et Bresal ejus filius] jugulati sunt. *Longsech mac Engusa* regnare incipit.(11) K.

An. Dc lx ii. K. *Molling illuachair* [Molingius apud Luachar] quievit.(12) K.K.K.K.

An. Dc lx vii. K. *Muredach Mullechlethan mac Fergusa*, a quo *Sil Murcdaig* mortuus est.(13)

An. Dc lx viii. K. *Cath Coraind* [Prælium Coranense] in quo cecidit *Longsech m Engusa ri h Erind* [Rex Hiberniæ] cum tribus filiis suis.(14) K.

An. Dc lxx. K. *Cellach m. Ragallaig ri Connacht* in clericatu obiit. (15) K.K.K.K.

---

(1) Annal. Ult. ad ann. 647, et not. 2 ad ann. 660, p. 54. (2) Ib. 655, p. 53. (3) Ib. 657.
(4) Annal. Ult. ad ann. 661, p. 54. (5) Ib. 662. (6) Ib. 663 et 664.
(7) Ib. 674. (8) Ib. 679. (9) Ib. 683. (10) Ib. 691.
(11) Ib. 694. (1) Ib. 696, et IV Magistr. 696, et Colgan Acta p. 219.
(13) Annal. Ult. ad ann. 701. (14) Ib. 702. (15) Ib. 704.

**An. Dc lxx v.** K. *Congal m. Fergusa ri Temhrach* [Rex Temoriæ] subita morte .... *Forgal mac Mailduin* reguare incipit.(1) K.K.K.K.K.K.K.

**An. Dc lxxx iii.** K. *Bech-borchi* obiit. Pluit *frosmela for Athan bic, 7 fros argaid for Athan mor, 7 fros fola* [Pluit pluviam mellis supra Vada parva, et pluviam argenti supra Vada magna, et pluviam sanguinis] supra fossam Lagenarum, 7 inde dicitur *Niall frosach mac Fergaile,* quia tunc natus est.(2) K.K.K.

**An. Dc lxxx vii.** Kl. *Cath* [Prælium] *Almain* in quo cecidit *Fergal m Mailduin ri h Erend* [Rex Hiberniæ.](3)

**An. Dc lxxx viii.** Kl. *Inrectach m. Muredaich* mortuus est.(4) K.K.K.

**An. Dc xc ii.** K. *Murchad mc Brain ri Laigen* [Rex Lageniæ] mortuus est.(5) K.K.K.K.

**An. Dc xc vii.** Kl. *Caraill Muig h Eo* [Giraldus Maionensis] quievit.(6) K.K.

**An. Dcc.** K. *Cathal mac Murethaig ri Connacht,* a quo *Cland Cathail Mag Ea* [Cathal filius Murethagi Rex Connaciæ, a quo Clientela Cathail Campi Ea, i. e. Regionis Maionensis] mortuus est.(7) Beda sapiens Anglorum quievit.(8) K.K.

**An. Dcc iii.** K. *Cath Atha Senaich, ·i· cath Uchbad* [Prælium vadi vulpium, i. e. Prælium Uchbad] ubi ceciderunt multi.(9)

**An. Dcc iv.** Kl. *Samthand Cluana Bronaich* [Samthan Monasterii Cluan-Bronac] quievit.(10) K.Kl.

**An. Dcc vii.** K. *Cathal mac Finguine ri Muman* [Rex Momoniæ] mortuus est. *Aed balb* [Aed balbus] *mac Inrechtaic mic Muredaic* rex *Conachtie* obiit.(11)

**An. Dcc viii.** Kl. *Cath Mage Trega* [Prælium Campi Trega] in quo ceci-

---

(1) Ib. 709. Hi Annales Ultoniensium Chronologiam antevertunt annis 34, æram communem annis 35. (2) Annal. Ult. ad ann. 717.

(3) Ibid. 721. Ergo hi Annales æram communem antevertunt (numerando notas K) annis 35.—Confer Prolegom. p. xl. not. 9. (4) Ib. 722. (5) Ib. 726.

(6) Ib. 731, et not. 2, p. 82, ibid. (7) Ibid. 734, p. 85.

(8) De anno obituale Bedæ vide Annal. Ult. ibid. p. 85, not. 3, unde constat terminasse Historiam suam Ecclesiasticam anno C. 731, ætatis 59, et obiise anno C. 731. Confer not. ad ann. 619 supra.

(9) Annal. Ult. 737. (10) Ib. 738. (11) Ib. 741.

dit *Aed Allain mac Fergaile ri Temrach* [Rex Temoriæ.] *Domhnall mac Murchada ri Mide* [Rex Midiæ] post, victor fuit. (1) K.K.K.

**An. Dcc xii.** K. *Comanus Rosic* [Comanus Roscomaniæ] vir sanctissimus in Xpo quievit. (2) K.K.K.K.K.K.K.K.

**An. Dcc xx i.** K. Naves in aere vise sunt cum viris suis *os cind Cluana m. nois. Mil mor do cured i tir Borchi in am sir Fiachna m. Aeda ri Ulad. tri fiacla oir in a cind, 7 l. ungi in cach iacail dib. Rucad fiacail dib for altoir Benncair.* [supra Cluanmacnois.—Cetus rejectus est in regionem Borchi in tempore Fiachni filii Aedi Regis Ulidiæ. Tres dentes lucidi in ejus capite, et 50 unciarum pondus cujusque dentis eorum. Positus est dens eorum supra Altare Bennchorense.](3) K.

**An. Dcc xx iii.** K. *Fergus m. Fothaith m. Muredaic ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est.

**An. Dcc xx iv.** K. Naufragium *Delbne-nuadat for loch Ri, ·i· xxx ethar bioib, 7 ni terna dib ach ucht aen coti.* [Naufragium Delbneorum *nuadat*, in lacu Ri, i. e. xxx naves erant viventium, et non erepti sunt eorum nisi octo salvi.](4) K.K.K.Kl.K.K.

**An. Dcc xxx i.** K. *Domhnall mc Murchada ri Erend* [Rex Hiberniæ] mortuus est. *Niall frosach* incipit regnare. (5) K.K.K.K.

**An. Dcc xxx vi.** K. *Dubinrect mc Cathail ri Connaicht* [Rex Connaciæ] mortuus est. (6) K.K.K.K.K.

**An. Dcc xl ii.** K. *Tomaltach m. Murgaile ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est. (7)

**An. Dcc xl iii.** K. *Chiarain Belaig Duin* [Ciaranus Abbas Belagdunensis] quievit. (8) K.K.

**An. Dcc xl vi.** K. *Niall frosach m. Fergaile ri Erend* [Rex Hiberniæ] mortuus est. (9) K.

---

(1) Annal. Ult. ad ann. 742, æræ com. 743. Diversitas annor. 35.

(2) Ib. 746, æræ com. 747.

(3) Ib. 752, æræ communis 753. Diversitas est annorum 32, quibus Annales hi in hoc anno declarando juxta notas K, æram com. præcedunt. Confer Girald. Topogr. Dist. 2, c. 10, p. 720.

(4) Ib. 755, æræ com. 756, ergo et in hoc anno declarando juxta notas K, hi Annales annum Christi præcedunt annis 32.

(5) Ib. 762. Vide infra ad ann. 748, not.

(6) Ib. 767.

(7) Ib. 773, æræ com. 774.

(8) Ib. 774.

(9) Ib. 777.

An. Dcc xl viii. Kl. *Domhnal mc Donnchad ri Erend* [Rex Hiberniæ] mortuus est. Dccc ab Incarnatione Domini, (1) unde dictum est—

"*O thus domain cialla cain—coic bliadna mili boar faid,*
"*Is deich cet acht bliadain sein—co clos ec demin Doncaid.*"

[Ab initio mundi regula clara—Quinque anni mille tota duratio,
Et decem centeni excepto anno—usque ad obitum certum Donchadi.]

K.K.K.

An. Dcc l ii. Kl. *Muredach mc Domhnaill ri Midi* [Rex Midiæ] mortuus est. (2)

An. Dcc l iii. K. *Cath Rabai Conaill et. da mc Donnchada,* [Prælium Rubæ-Conal inter duos filios Donnchadi] ubi *Elill* cecidit, 7 *Conchobar* victor fuit. *Domhnall m. Aeda Muindeirc* [Donaldus filius Aedi rufi] mortuus est. (3) K.K.K.K.K.K.K.K.K.

An. Dcc lx iii. K. *Murgius m. Tomaltaich righ Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est. (4) K.K.Kl.

An. Dcc lx vii. K. *Aed mc Neill* [i. e. filius *Nialli frosach,* Ult. 796, p. 119,] interfectus est. *Concubur mc Doncada* regnare incipit. (5) K.K.K. K.K.K.K.K.K.K.K.K.K.

An. Dcc lxxx i. K. *Concubar m. Doncada ri Erend* [Rex Hiberniæ] mortuus est. (6)

An. Dcc lxxx ii. K. *Nial Chaelle* regnare incipit. *Diarmait m. Tomaltaich ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est. K.K.Kl.K.K.K.K.K.K.

An. Dcc xc ii. K. *Fergus mac Fothaid ri Connacht* mortuus est. *Maelru-*

(1) Error est amanuensis, Donaldus enim filius *Murchadi* successit *Aedo Ollanio* anno Christi 743, ut supra ad ann. 708, not. 12, obiitque xii Kal. Dec. anno 763, apud Hyonam, quo peregrinationem susceperat, ut in Annal. Ult. ad ann. 762.—Successit ei *Niall Frosach* anno 763, qui regnavit annis septem, et secedens Hyonam Monasticam vitam amplexus est anno 770, obiitque et sepultus est apud Hyonam anno 778. Annal. Ult. ad ann. 777, p. 103, not. 1.—*Niallo* successit anno 770 *Donnchad mac Domhnaill*, annis 27, usque ad ann. 797, quo obiit. Annal. Ult. ad ann. 796, p. 118.—Porro notanda est diversitas inter *numeros Romanos* horum Annalium, qui æram communem tribus annis sequuntur, et notas *K*, quæ eandem æram antevertunt annis 49. Vide quæ de his dicta sunt in Prolegom. p. xi et cxxvii.—Donnchado filio Donaldi successit *Aodh oirdnidhe* anno 797, qui regnavit annis 22, usque ad ann. 819.

(2) Annal. Ult. 801, p. 193. (3) Ib. 803. (4) Ib. 814.

(5) Ib. 818, p. 202. (6) Ib. 832, p. 209.

*anaid ri Mide, ·i· athair Mailsech* [Maelruanad rex Midiæ, i. e. pater Maelsechlanni] mortuus est.(1) K.

**An. Dcc xc iv.** K. *Turgus do dul ar Loch Ri, 7 Dun do denamh do air, 7 a gabaill ria Maelsechnaill mc Maelruanaid, 7 a badud illoch Uair.* [Turgesius proficiscitur supra Lacum Ri, et Arx constructa ab eo supra (lacum,) et capitur a Maelsechnallo filio Maelruanadii, et demergitur in Lacu Uar.](2)

**An. Dcc xc v.** Kl. *Cathal mc Ailella ri ua Mani* [Rex Hy Maniæ] mortuus est. *Niall mc Aeda ri h Erend* [Rex Hiberniæ] mortuus est. (3)

**An. Dcc xc vi.** Kl. *Maelsechnaill ri Erend uli* [Maelsechnall Rex Hiberniæ totius] mortuus est. *Aed mac Neill* incipit regnare.(4) K.K.K.K.

**An. Dccc i.** K. *Maelduin mc Aeda ri Elich* [Rex Alichiæ] moritur.

**An. Dccc ii.** K. *Cath Chille uan Daigre ria Aed mc Neill righ Temrach, 7 ria Chonchubar mc Taidg righ Connacht for uib Neill Breg, 7 for Laigniu 7 for sluagh du Gallaib i.x. c. l.* [Prælium Cilldagreense gestum ab Aedo filio Nialli Rege Temoriæ, et a Concobaro filio Thadei Rege Connaciæ contra O'Niallos Bregiæ, et contra Lagenienses, et contra exercitum Alienigenarum. Nonginti vel] amplius ceciderunt. In quo cecidit *Fland mac Conaing ri Breg* [Rex Bregiæ] 7 alii multi nobiles et ignobiles.(5) K.K.K.K.

**An. Dccc vii.** K. *Imar* Rex Normannorum, 7 totius Hiberniæ 7 Britanniæ, vitam finivit.(6) Kl.K.K.K.K.

**An. Dccc xiii.** K. *Aed mc Neill ri h Erind* [Rex Hiberniæ] moritur.—*Fland m. Mailsechnaill* regnare incipit.(7) K.K.

**An. Dccc xvi.** K. *Conchubur mc Taidg ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est.(8) K.K.K.K.K.K.K.K.

**An. Dccc xx v.** K.(9) *Maelfabaill mc Clerich ri Adne* [Rex Adnæ] moritur. *Banscall ra lac in muir in Albain, cxcv traigid in a fot, xvi fot a trilsi, vi trogid fot a medir al lamha, 7 vi fot a srona gil in a ges uli.* [Balenam ejecit mare in Albaniam, 195 pedum longitudinis, 16 pedum latitudinis, sex

---

(1) Ib. 842. (2) Ib. 844. (3) Ib. 845. (4) Ib. 846.

(5) Annal. Ult. 867, p. 229.—Diversitas est annorum 65, unde videtur tot annos *Buellianorum* desiderari. Vide quæ de notis chronicis dicta sunt Prolegom. p. xi et xxvii.

(6) Annal. Ult. 872, p. 231. Diversitas est annorum 65, ut in nota præcedente.

(7) Ib. 878. (8) Ib. 881.

(9) Ib. 890, al. 891, et not. 1 ib. Item Annal. Inisfal. ad ann. 890, et IV Magistr. ad ann. 887.

pedum longitudo digiti manus, i. e. pinnæ, et sex pedum longitudo nasi, i.e. rostri, et alba erat per ventrem tota.] K.Kl.K.K.K.K.K.K.

**An. Dccc xxx iv.** K. (1) *Tadg mc Concub. ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est. K.K.K.

**An. Dccc xxx viii.** K. (2) *Sarugud Cenansa la Fland mac Maelsechnaill for Dondcath, ·i· a mc fodein,* [Violatio Ecclesiæ Kellensis per Flannum filium Maelsechnalli contra Doncadum, i. e. filium suum,] et alii multi occisi sunt circa Oratorium. Joseph Abbas *Cluana mc nois,* qui dicitur Joseph *locha Con,* [lacus Con,] quievit. K.K.K.

**An. Dccc xl ii.** K. *Cath Belaig Muguil ria Laignibh, 7 ria leth Cuind for feraib Muman,* i. q. cecidit *Cormac m. Cuilenan Ard ri Casil, 7 Arduasal h Erend* [Prælium *Belaig Muguil* (3) gestum a Lageniensibus, et a Dimidio Hiberniæ dicto Dimidio Conni, contra Momonienses, in quo cecidit Cormac filius Culenani, summus Rex Casseliæ, et præcipuus Nobilis Hiberniæ.] *Fland mac Maelsechnaill, 7 Cerbaill mc Murigean, 7 Cathal mc Concubuir ri Connacht,* victores fuerunt.—Ab Adam usque ad Cormac fluxerunt anni VI.c.x.(4) *Cerball mac Murigeann ri Lagen* [Rex Lageniæ] . . . . K.K. Kl.K.K.K.

**An. Dccc xl ix.** K. *Fland mc Maelsechnaill ri h Erend* [Rex Hiberniæ] moritur. *Niall Glundub* regnare incipit. (5) K.K.

**An. Dccc l ii.** K. *Cath Athacliath* [Prælium Dubliniense] in quo cecidit *Niall Glundub.*(6) K.K.K.K.K.

**An. Dccc l viii.** K. *Cathal m. Concubuir ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est.(7) K.K.K.K.K.Kl.K.K.K.K.K.K.

**An. Dccc lxx i.** K. *Maidm ria Congalach mc Mailmithich for Gallaib* [Victoria parta per Congalachum filium Malmithichi de Alienigenis.](8) K. K.K.

---

(1) Annal. Ult. 899, al. 900. (2) Ib. 904.

(3) Ib. 907, al. 908, et not. ib. p. 244, unde constat Annales Buellianos, designatos juxta ordinem notarum K, æram communem antevertere annis 66, ut antea notavi.

(4) Vide quæ de æra mundana Annalium nostrorum dicta sunt in Prolegomenis p. x, cxxv, et seq.

(5) Annal. Ult. 915, al. 916, et not. 1 ib. p. 249.

(6) Ib. 918, al. 919. (7) Ib. 924, al. 925.

(8) Ib. 938, al. 939.

An. Dccc lxx v. K. *Murcertach mc Neill rigdamna h Erend* [futurus Rex Hiberniæ] interfectus. (1) K.K.K.K.K.K.

An. Dccc lxxx ii. Kl. *Cath Munibrocain for Gallaib*, [Prælium Munibrocanum contra Alienigenas,] in quo cecidit *Ruadri ua Cananan*, 7 alii multi.(2) *Ceallachan ri Casil* [Rex Casseliæ] mortuus est.(3) K.

An. Dccc lxxx iv. K. *Congalach mac Maeilmithig ri h Erend* [Rex Hiberniæ] interfectus est. *Ua Neill* regnare incipit. *Tadg m. Cathail ri Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est.(4) K.K.K.K.K.K.K.K.K.

An. Dccc xc iv. K. *Fergal ua Ruairc du chirbed 7 du dichendad.* [Fergal O'Ruarc occisus et decapitatus.] K.K.Kl.K.K.K.

An. Dcccc i. K. *Concubur mc Taidg righ Connacht* [Rex Connaciæ] mortuus est. K.K.K.

An. Dcccc v. K. *Murchertach mc Domhnaill u Neill*, 7 *Congalach mc Domhnaill mc Congalaig* interfecti sunt *o Amlaib mc Sitruica.* [per Amlafum filium Sitrici.](5) K.K.

An. Dcccc viii. K. *Cath Temrach ria Maelsechnaill mc Domhnaill rig n Erend for Gallu Athacliath*, 7 *finacaib Amlaib in taurud.* [Prælium Temorense gestum a Maelsechnallo filio Donaldi Rege Hiberniæ contra Alienigenas Dublinii, et clientelas Amlafi torvi.](6) K.K.

An. Dcccc xi. K. *Cath ria Maelseachnaill*, 7 *ria Gluniaraind mc Amlaib for Domhnall claen ri Lagen*, 7 *for Imar Puirt-lairge*, [Prælium gestum a Maelsechnallo, et a *Glunirand*, i. e. Genuferreo, filio Amlafi, contra Donaldum curvum, Regem Lageniæ, et contra Imarum Waterfordiæ,] ubi ceciderunt multi tam submersi in mare, quam occisi in terra cum illo fortunato, scilicet *Patraic m. Amlaib.* K.

An. Dcccc xiii. K. *Maelsechnaill mc Domhnaill du togoil Insed Condacht*, 7 *du morbad a tusech.* [Maelsechnall filius Donaldi expugnat Insulas Connaciæ, et occidit ejus Duces.](7) K.K.

---

(1) Ib. 942, al. 943. (2) Ib. 949, al. 950.

(3) Ib. 953, al. 954. Diversitas est hoc anno, annorum 72, inter notas K horum Annalium et æram communem. (4) Ib. 955, p. 272, et not. 1 ib.

(5) "*per Donaldum O'Neil.*" Annal. Ult. ad ann. 976, sed perperam, ut patet ex IV Magistr. ad ann. 975, æræ com. 977. Codex Harleianus Annalium Bucelliæ Catal. Ayscough 4791, Clarend. MSS. habet "*o slinlaib*" mendose. (6) Annal. Ult. 979, æræ com. 980. (7) Ib. 984, al. 985.

**An. Dcccc xvi.** K. *Dunchad ua Brain Comarba Ciarain* [Vicarius Ciarani] *Cluana mc nois* quievit in xiv Kal. Feb. apud Ardmacanam civitatem, relinquens mundum Xpm sequtus est. Ibi mortuum suscitavit ut refertur. (1) K.K.K.K.K.K.K.K.

**An. Dcccc xx vi.** K. *Sluaged la Brian, 7 la Maelsechnaill gu tuc sad giallu Gall leo.* [Exercitus cum Briano et Maelsechnallo donec abstulerunt obsides Alienigenarum secum.] M.xiii. (2) K.

**An. Dcccc xx viii.** K. *Sluaged la Brian gu Athluain.* [Exercitus cum Briano Athloniam.] Ibi obsides Midensium 7 Connachtensium cepit. (3) K.

**An. Dcccc xxx.** K. *Cath Cidebe tegla itir Ultu 7 cenail Eogain,* [Prælium Sylvæ Telcæ inter Ultonienses et Tironenses,] ubi ceciderunt duo Reges, scilicet *Aed ua Neil 7 Eochaid mc Airdgail ri Ulad,* [Rex Ultoniæ,] 7 multi alii. (4) K.K.Kl.K.K.

**An. Dcccc xxx vi.** K. *Cathal mc Conchubur ri Connacht* [Rex Connaciæ] in peregrinatione mortuus est. K.K.

